Venatione ferarum. 126
Vt nemo ad suum patrocinium. 138
Vt nullus ex vicariis pro alienis. 139
Vt dignitatum ordo seruetur. 167
Veteranis. 196

Finis tabulæ titulorum.

SOLEMNIS, SVBTILISSIMA AC FRVGI LECTVRA, Reuerendi Patris, & DOMINI IACOBI REBVFFI LEGVM COMITIS EXIMII,

Super tribus posterioribus libris. C. fœliciter incipit.

LIB. X. De iure fisci.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accusare possunt omnes de crimine publico, Imperiale ius quid.*
2 *Camera fisci, & camera Imperialis, an sint idem.*
3 *Camera computorum Regis Franciæ quæ sit.*
4 *Mulier in dignitate cōstituta, an possit hr̄e ius p̄ronatus.*
5 *Fiscus, & respublica an differant.*
6 *Fiscus vnde dicatur, & hr̄t quadā iura, quæ alij nō hn̄t.*
7 *Successor an possit reuocare, quod à prima persona non fuit reuocatum, quando agitur pro iure quod competit ad rem, & obligatio concernit personam.*
8 *Fisci priuilegia quæ, & quando illis vtatur, vel iure cōi.*

IN glo. rubricæ prope prin. ibi au
getur fiscus quantum ad bursa-
le, seu pecuniarium cōmodum.
Sed in vniuerso respublica mi-
nuitur propter crimina & dis-
scutiones, vel. si quis ingenuā.
§. in ciuilibus. ff. de capti. & ibi
Bart. in e. ibi de iure publico: vult dicere q̄ in
præcedēti libro ius publicum sumitur. i. quod
1 cōmuniter omnibus patet, omnes. n. possunt
2 de crimine publico accusare 1 [a] hic accipitur
publicum, quod ad bursam pertinet vt insti. de
publi. iudic. §. 1. Bat. vel magis clare, visum est.
s. de commodis subiectorum, nūc Imperator
nititur tractare de iure suo fiscali, sicut domi-
nus decimas frugum sibi retinuit in signū vni-
uersalis dominij. extra de deci. c. cum non sit
in homine secundum Barto. & Doc. In gl. ibi
quærēda, etiam hodie iuxta determinationem
notatorum per glo. & Doc. in auth. bona. C. de
bo. pro scrip. Item quando bona confiscantur
expresse per l. vt in l. nemo, vel in foro. C. de
epi. audi. & in auth. de incest. nup. §. 1. colla. 2. &
hic secundum Bar. in l. 1. ff. de bon. damn. & sic
etiam habet locum hodie, quando quis delin-
quit contra fiscum in auth de man. prin. §. tu
ssos. colla. 3. & quando non adimuntur omnia
bona, sed pars bonorum, vt C. ad l. Iuliam. de
vi pub. vel priua. l. 2. & hoc tenet Pe. & Cy. in d.
auth. bona. & Bartho. ff. de bon. dam. l. 1. q. vlti.
Item in casib. l. commissa. ff. de publica. Item
etiam hodie habent locum pœnæ, quando ha
bent applicari alteri quam fisco, vt in auth. de
rap. muli. §. 1. colla. 9. & in auth. de interdictis
collc. hæte. §. 1. colla. 9. Item in altero casu du-
plex crimen committendo, vt in l. 3. in prin. ff.
de ijs qui mor. sibi consci. de istis dic vt no. per
gl. in auth. vt nul. iu. §. fi. & per Pet. & Cy. dicta
auth. bona, & plenius per Bar. in l. 1. ff. de bon.
dam. Sed quare non intitulauit hic de iure Im-
periali. Respond. quia ius Imperiale est ma-
gis latissimum cum quandoque consistat in di
spensatione l. 2. ff. de adop. & in l. adoptio non
iure facta, & inf. de superindicto l. 1. & in con-
dendo legem, vt l. fin. C. de legi. quandoque in
authorizando, vt ff. de nata. resti. l. quæris, & in
auth. qui. mo. nat. effi. legi. §. 1. colla. 6. quando-
que cōcernit vniuersalem iurisdictionem Im-
perij. ff. ne quid in loco publico. l. 2. in princ. &
§. marito. & §. si quis a principe iuncta. l. depre
catio. ff. ad l. Ro. de iac. & insti. de iur. nat. §. sed
& quod principi & in similibus de quibus tra-
ctatur in pluribus partibus iuris: hic autem in
hoc lib. 10. agitur de solo commodo pecunia-
rio fiscali ponendo primo hunc tit. generalem
vt hic no. in ea. gl. ibi. §. publicum, quia ibi, de
iure publico pertinente ad statum ciuitatis Ro
manæ, vt ibi habetur, & no. iuncta constitutio
ne prima in prin. C. de iusti. codi. confir. l. cum
qui vectigal. ff. de ver. sig. In gl. ibi, vel Imperij
2 camera, hoc potest intelligi, vt pro loco ipso
vbi est domus, quæ vocatur camera fisci. vnde
proprijs loquendo appellatur Imperialis ca-
mera quicquid ad commodum pecuniarium
Imperij pertinet, vt l. sed Celsus in princ. ff. de
con-

ADDITIO.

a Accusare. Not. gl. & Bar. in l. ea. ff. de popu. acti. & in l. 3. §. diuus, ff. de sepul. viol. & in l. agraria. ff. de ter. mo. Abba. in c. cum p. de accus. lo. de Ana in c. nonnullis. in 2. col. de iu-dic. & in c. fi. in 2. col. de malc. imo etiam filiusfam. inuito pa tre secundum Bar. in l. inter liberos §. filius ff. de adult. & in l. post legatum § filiusfa. ff. de his qui. vt indi. contra glo. in l. cum non solum §. necessitatem. sup. de bo. quæ libe.

contrahen.emp.ſicut menſa dicitur ipſa negociatio, magis quam locus vbi menſa tenetur, vt l.cum pater.§.menſæ.cum ibi nota.ff.de lega.2. Alia vero, quæ ad iuriſdictiones, & honores pertinent Imperij, & non ad commodum pecuniarium aut burſale, continentur appellatione reſpubl.& non fiſci, vt d.l.Celſus in prin. & l.2.§ hoc interdictum. ff. ne quid in loco pu-
a blico. [a] & ſic idem eſt dicere procurator fiſci, & procurator cameræ, & ita vtitur curia Ro-
3 mana, & Bar.& etiam vtitur curia Franciæ Regis habens cameram computorum, vbi ſunt ſtatuti aliqui officiarij, vocati magiſtri cameræ computorum, & alij vt theſaurarij, clerici cameræ, ſeu theſaurariæ & ſimiles habentes certa officia ad ea quæ tangunt fiſcale, ſeu regium, vt hic oſtenditur.ſ. de pace iura.firm.§.ſi qs vero temerario auſu, ibi cameræ noſtræ &c. & ex notatis per gl.& Doc.inf.eod.l.inſtar. vbi fit mentio de theſaurarijs, & ſcriptoribus the-
4 ſaurariæ. In ea.gl.ibi & auguſtæ, facit ꝙ cõceſſa certa penſione reginæ ſuper certis caſtris, ꝙ iura patronatus eccleſiarum videantur reginæ
b cõceſſa, [b] pro hoc quia nobiles mulieres poſſunt iuriſdictionem habere. extra de arbi.c dilecta.& C.de arbi.l.fi.cum gl.licet ſecus in alijs mulieribus.ff.de reg.iu.l.2.pro hoc videtur caſus extra de iure patro.c.ex literis.& 12.q.2.c. cum deuotiſſimam, quarum videtur verius cũ in generali conceſſione non veniant illa quæ ſpecialem habent rationem in feudis, ſi de feu. de.mili.c.generali de ea. qui cur.ven.c.1.& bene facit l.quiſquis.inf.de agri.& cenſi. Nec obſtant prima iura, quæ intelliguntur, quãdo adminiſtratio iuriſdictionis erat ſpecialiter conceſſa illis mulieribus cum expreſſione dignitatis, & in caſu noſtro non erat hoc ſpecialiter conceſſum pro quo extra de do.c.paſtoralis in
5 fin. In eadem gl. ibi loco ratione rei ſucceſſit, & ſic vt idem fiſcus & reſpublica: circa ꝙ dicẽdum eſt, ꝙ reſpublica poteſt ſumi quatuor modis: primo pro toto vniuerſali Imperio, & tũc verum eſt quod fiſcus & reſpub. ſunt idem vt hic, cum fiſcus ſuccedit loco reipub. Romanæ præterea procurator fiſci, & procurator reipu. videntur idem, vt ſ.de mo. multarum. l.procuratores, & l.fi. ff.de aſſeſſo.ſicut ſpecies eſt idẽ cum ſuo genere l.ſi quid earum.§. interemptũ. ff.de leg.3. nam poſito fiſco ponitur reſpublica: & ſi homo ergo animal. Sed non econtra. ita debet intelligi hæc glo.& gl.l.non eſt ambigendum.ff.de bon.poſ.& l.inter publica in 1.q. & per hoc procederet libellus, ſi quis ageret nomine vniuerſali reipublicæ, ſicut ſi ageret nomine fiſci.l.2.in prin.ff.eo. ti.vbi dicitur agi nomine reip.& l.fiſcus in quæſtione.cum ibi notatis in pen.gl.& ff.de leg.1.l.ſi ſeruus plurium.§. a.ſuper verbo ei. Secundo modo poteſt ſumi
c reſpublica pro republica Romanorum, [c] prout erat ab initio, quando regimen vniuerſale erat apud illam rempublicam: & tunc idem vt in præcedenti dictum eſt, quia populus Romanus conſiderata poteſtate ſua vniuerſali habebat fiſcum, & pro tunc dominabatur omnib. nationibus.C.de iuſti. C. confir. in prima conſtitutione in princi. Si autem intelligimus pro republica Romanorum poſt trãſlationem, vt ff.de conſti.princ.l.1.& de offi. præfe. præto.l. 1.ver.regimentis.pro iuribus competentibus illi ciuitati Romanæ, vt in iuribus quæ habẽt infra centeſimum lapidem, vt l.1.§.cum vrbem. ff.de offi.præfe.vrbis.& in alijs iuribus quæ ſunt infra territorium ſuum; & tunc reſpublica Romanorum, & fiſcus non ſunt idem, vt l.ſciendum in prin.ff.de le.& ar.ff.ne quid in loco publico.l.2.§.hoc interdictum; & ad municipa. l.ſimile.& in feud.quæ ſunt regalia.cap.1. Tertio modo poteſt ſumi reſpublica, pro republica cuiuſlibet ciuitatis, & etiam quarto pro republica cuiuſlibet municipij, iuxta no. in auth. de hære.& falc.in prin. & tunc ſine dubio non eſt idem cum fiſco, vt apparet ex l.1.de bo.vacan.& ex tit.inf.de iure reipu.& ff. de public. l.
6 ſed & hi ſecundum Bar.& Doc. In eadem glo. ibi, & dicitur fiſcus, quaſi fixus &c.quoniam fiſcus dicitur ſacus quod declara, vt not. inf. de numerã.& actu.l.omnibus. alias incipit in pro-
d uincijs.lib.12.Bar. [d] In eadem gl.ibi de communi tantum, dic ꝙ fiſcus habet quædam iura, adeo ꝙ alij ineſſe non poſſunt, vt eſt habere ꝓcuratorem fiſcalem, quem nullus alius habet de cauſis inferendis in fiſcũ, vt ff.eo.l.1.& quaſi per totum iſtum librum. Quandoq; habet quædam iura ſingularia ex ſingulari, & ſpeciali cõceſſione principis concedente: & hoc competit fiſco, & non alteri, vt l.1.& multis ll.huius li. & inf.de.ven.re.fiſca.cum pri.eo.l.1.& de iſtis
e loquitur hæc rubrica & ſequentes tit. [e] Quædã ſunt iura quæ competunt fiſco & alijs; tamen in illis habet fiſcus priuilegium, vt alijs præferatur: vt in actionibus perſonalibus, & hypothecaria & ſimilibus, & de hoc loquitur tit. de priuilegio fiſci. Similis differentia eſt inter tit. de iure do & tit.de priui.do. hoc ergo vult dicere gl.ꝙ hic loquitur de iure communi & ſpeciali, hoc eſt de iure communi, quod competit fiſco, quod alteri non competit, alias congruit, nec poteſt congruere: de ſpeciali, quod competit fiſco tantum, quod poſſet alteri congrue-

ADDITIONES.

a Publico. Adde ꝙ fiſcus & reſpublica differant per Bal. in l. 1.in fi.ſup.de pœna iudi qui male iudi & in l.ſi hypothecam.ſup.de remiſ pig. Bar hic eundem, & Bal. in l.ſi pignus. vbi eſt tex.no.ff qui po.in pig.habe.

b Conceſſa. Adde quod mulier in dignitate conſtituta poteſt habere ius patronatus: & ius præſentandi, vt no Abba.in c. ſi.de conceſ.præben.Cardi.in clem 2.de iure patro.Et quid in fœmina priuata eundem Abb.hic alleg.c.ſi.in 2.col.ver. ſed quæro.de conceſ præben.

c Romanorum. Adde quod proprie res publica dicitur Romanorum improprie autem aliarum ciuitatum no.in l.cum qui de ver.ſig.Cardi.in cle.2 de re iudi. Bar.in l.cum rem ſupra qui po.in pig.habe.& Spe.in tit.de reſti in integ.§.2. in 3.carta verſic. idem quoque el 2.& qualiter differat a re fiſci dixi ſupra 2 addi.

d Bar. Vel aliter dicitur fiſcus, quaſi viſcus vel firmus, quia ſemper eſt ſoluendo, vt no.hic Bar & Bal.in l.1.in fi.C. de hære. vel act. vendi.Et ideo annuus redditus a fiſco debitus inter immobilia computatur, vt no. Bal in l.1.in 1.col. in eo. co.& infra de ſuffra.per l.iubemus, & ibi per eum & Docto.in 1. col.ver.2.dico ſup de ſacroſ.eccl Adde Ang & ibi bo. tex. in §.vult.n. ſup.in auth.de non alie. Bal.in addi. ad Spec. in tit.de reſti.ſpo.in ver.redditus, & Card.in cle.exiui.§.cumque, & §.licet de verb.ſig.

e Tit. Adde quod iſte tit.tenet locum tantum in fiſco Imperiali, aut ciuitatis Romanæ, non autem in fiſco aliarum ciuitatum, vt no.Bal.in l.aduerſus.ff.de fur.& Alex.in l.2.ff.eod. tit.idem in l.non tantum.§.aut ſenatus.ff.de peti.hære.

gruere:tamen non placuit Imperatori concede
te.vnde expone hic cum dicit, ibi de iure com-
muni ſubaudi in quo fiſcus eſt priuilegiatus, vt
dictum eſt ſupra.Si habes ibi de ſpeciali tantum
expone. i. de priuilegio quod fiſcus habet in iu-
ribus competentibus ſibi & alteri Bar.In gl.adi-
tionali Ibi pactum perniciosſum. Sed pone cir-
7 ca hæc, patrem dediſſe filio inceſtuoſo aliqua
bona qui mortuus eſt antequam peterentur per
fiſcum, nunquid poterunt peti ab hærede? &
videtur ꝙ non.C.de re.do.l.h.inſ.de decurio.l.ſi
ille in fi.Sed dico contra,nam quando agit pro
iure quod competit ad rem,ſi obligatio concer
nat perſonam,ſi a prima perſona reuocatũ nõ
fuerit a ſucceſſoribus reuocari non poterit, vt
in l.ſup.alleg.Sed vbi competit ius in rem fiſco,
tunc licet prima perſona mortua fuerit poteſt
a quocunque reuocari,ſacit.ff.de ſer.expor.l.ſi
Titius,& de contrah emp. l. ſi quis ſub hoc pa-
cto.Sed ſic eſt hic, ꝙ fiſco competit ius in rem
& ideo ab hærede peti poterunt.ff.ad Syll.l.Ga-
yus.& eſt tex.ff.eo.l. edicto. §. item diui & de re.
8 do.l.his ſolis in fi.Glo.aditionalis, circa hoc cũ
quæritur in quib.caſibus vtatur fiſcus iure cõmu
ni vel priuilegiato vel derogatorio, diſtingue:
quia aut non apparet, ꝙ fiſcus velit vti iure pri-
a uilegiato, ª & tunc vtitur iure communi. C. de
reſcin. vend.l.de contractu.& ff. ne quid in loco
pub.l.2.& §.hoc interdictum. Si autem ſit dubiũ
tunc fit interpretatio contra fiſcum.ff.eo.l.non
puto,aut eſt certum quod fiſcus vult vti iure pri
uilegiato, tunc aut in iure derogatorio in quo
derogatur fiſco,quando cauſa eſt pecuniaria, &
eo caſu fit interpretatio contra fiſcum, vt ff. ad
Trebel.l.ſi legatus.§.fin.& dicto §.hoc interdi-
ctum.& eſt ratio quia magis vult ſubiectos locu
pletari quam ſeipſum,vt in authentica,vt iudic.
ſine quoquo ſuffra.§.1.colla.2.Aut tractatur de
honore vel commodo ſpeciali non in cauſa pe-
cuniaria tunc vtetur iure priuilegiato,& ſpecia-
li & ſuperioritaris.ff.vt le.no.ca.l.1.§.ſi ad fiſcũ.
de hoc per Cy.ſup.de peti.hære.l.1.& in Speeu.
tit.de diſpu.aduo.§. poſt hoc.verſi.vel illud ſpe-
ciale in fiſco ſecunda particula ſecundæ partis.
Sed magis mihi placet qđ ponitur per Cy.d.l.1.

ADDITIO.

a Priuilegiato.Adde quæ ſint priuilegia fiſci.per Bald.in l.1.
ſup.de hære.vel act.vendi.& in l.1.de priu.fiſ.Specu. in tit.de
reo.verſicu.item ſi fiſcus.& in tit.de diſpu.& alleg §.4. verſi.
vel illud ſpeciale.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius,contra quem agit fiſcus hypothecaria,debet vt abſoluatur probare præceſſiſſe hypothecam donatio nem,ſecus ſi priuatus ageret contra eum, & ibi de ratione diuerſitatis.*

2 *Futuris creditoribus non competit ius reuocandi alienata in præteritum tanquam in fraudem creditorum, & quid in hypothecaria,ſiue pauliana.nu.3.*

4 *Alienans in fraudem creditorum, per ceſſionem bonorum non effugit pœnam carceris.*

5 *Indefinita an æquipoleat vniuerſali.*

Si priuſquam Caſus,in dubio dona-
tarius a fiſco conuen-
tus hypothecaria debet probare donationẽ præ
ceſſiſſe,vt abſolutio ſequatur.h d.ſecundum pri
mam lecturam.Bar.Dy.ſummar ſic. Fiſcus non
reuocat ea quæ emerunt de patrimonio debi-
toris, antequam debitor eſſet factus. hoc dicit
Dyn.In glo.3.in fi.ibi.§.ſi res.de hoc eſt tex. in l.
vltima.§.Lucius.& eo.tit.l.qui ſaxum. ff.de do-
na.facit.C.de rei ven.l.quotiens.Barto.In gloſ.
1 4.ibi qui nec erat adhuc.hæc vera cum ſit ſingu
lare in fiſco,vt donatario incumbat onus pro-
bandi.Secus ſi priuatus ageret hypothecaria cõ
tra donatarium, quia tunc ſibi incumbit onus
probandi,ſibi prius fuiſſe rem obligatam quam
donatam,vt l.de rebus ſup.de donat. ante nupt.
quæ eſt ſingularis quantum ad hoc. Sed eſt ſin-
gulare in fiſco,vt donatario incumbat onus ꝓ-
a bandi. ª & hic eſt caſus,pone gl. in terminis.do-
natarius fuit conuentus actione hypothecaria
a fiſco,fiſcus probauit contractum fuiſſe de mẽ
ſe maij,vnde non conſtabat de prioritate,& po
ſterioritate temporis;quis debet obtinere?& re
ſpondetur quod onus probandi incumbit dona
tario,& ſi hoc probat non reſcinditur per hypo
thecariam, nec tãquam alienatum in fraudem.
Secus ſi priuatus ageret,vt d.l.de rebus.& ſecun-
dum hanc lecturam hæc l. continet ſingulare.
nec obſt.glo. rubricæ quæ non continet verum.
nec ob.quod de iure communi præſumitur du-
raſſe dominus niſi probetur contrarium, q̃a hic
vtraque pars faciebat ipſum dominum fuiſſe &
ipſum eundem alienaſſe.Sed de prioritate,& po
ſterioritate temporis dubitabatur:ꝙ hac l.deter
minatur ſecundum Bar.Sed ſecundum dubium
erat quia in hac l.erat ius cõe fiſci,& priuati. ar.
ff.de iur.& fac.igno.& ita ſm hunc intellectum,
concordaret cum gloſ.rubricæ: tamen opinio
Bar.videtur verior cum hic tractetur de ſpecia-
libus & ſingularibus iuribus fiſci,vt no.ſup. in ru
brica.& arg.l.ſi vno anno.ff.loca.pro quo.ff.de
leg.1.l.qui filiabus,& de leg.3.l.prædijs.In ea.gl.
2 magna ibi.§.ſimili modo.Et ſic habes ex iſta le-
ctura quod creditoribus futuris non competit
ius reuocandi alienata in præteritum tanquam
in fraudem creditorum, & hoc idem ius inter
fiſcum & priuatum.Sed ſi de prioritate & poſte
rioritate dubitatur,fauore fiſci donatario incũ-
bit onus probandi, & hic eſt verus caſus ſecun-
dum hanc ſecundam lec.Bar.ſm quam ſecundã
lecturam hæc l.hoc intendit.donatarius reuoca
toria conuentus a fiſco in dubio debet probare
donationem præceſſiſſe, vt abſolutio ſequatur.
3 hoc dicit Barto. Circa hoc quæro in hypothe-
caria vel pauliana probaui rem mihi donatam
eſſe,

ADDITIO

a Probandi. Adde quæ ſit ratio iſtius ſingularitatis in fiſco,
quod donatarius debeat probare donationem hypothecam
præceſſiſſe per Bart.in l.non puto. ff. eod. & per Alex.in l.&
quę nodũ §.quod dicitur de pig.& ibi ẽt Bar.addo inſuper
quod idem habet iuris fiſcus in poſſeſſore. quia debet pro-
bare poſſeſſor rem fuiſſe prius alienatam,quam hypotheca-
tã fiſco,vt no.hic fin.Bar.& in alle.l.& quæ nodũ §. quod di
citur de pigno.Et vtrum habeat fiſcus tacitam hypothecam
in bonis delinquentis no.Cy.in l.ſi quis poſt hac.ſup. de bo.
dam.Dy.in l.non placuit.ff.de iure fi.pleniſſime per Bart. &
Alex.poſt Dy.& Guil de Cun.in l.reſcriptum. ff. de pac.

esse, vtrum post publicationem potero probare
donationem præcessisse. Respondeo sic nisi in
prioribus articulis fuisset articulatũ de tempo-
re. ar. extra de testi. c. ex tenore. & dixi. C. de pro-
ba. authen. qui semel. Bar. In ead. glo. ante finem
ibi cum adhuc non erant creditores. Et pro de-
4 claratione huius tertiæ lecturæ præmitte quod
ex tit. quæ in fraudem creditorum. oritur quæ-
dam actio in factum contra alienantem quæ ad
hoc est vtilis: vt per cessionem bonorum alie-
a nans in fraudem [a] non effugiat pœnam carce-
ris. l. fi. in fi. ff. quæ in frau. credi. & secundum hãc
tertiam lecturam hoc intendit; actio quæ datur
contra alienantem in fraudem non potest intẽ-
tari contra eius hæredem si probet alienationẽ
præcessisse debitum: hoc dicit Barto. Super mo
dica glo. fina. ibi cum eos non haberet. Sed cer-
te illa actio in factum quæ datur ad pœnam, vt
in carcerem detrudatur, procedit ex delicto vt
dicta l. fina. ergo non datur contra hæredes, vt
ff. de reg. iu. l. sicut pœna, & sup. ex delic. defunc.
l. vna. Et ideo hæc positio non procedit, nisi di-
cas hæredem teneri de eo quod ad eum perue-
nit ex fraude defuncti, vt dicta l. sicuti. Dy. & ff.
quæ in fraud. credit. l. ait prætor. §. hæc actio. se-
cundum prædicta videtur in fraudem futurorũ
alienari non posse. Sed ego aliter intelligo l.
istam simpliciter vt litera iacet: quia si defun-
ctus primo donauit bona fide non in fraudem
futurorum creditorum, & tunc habet locum
hæc lex, aut mala fide in fraudem futurorũ cre-
ditorum cum quibus contrahere sperabat, &
tunc locum habet Pauliana, & hoc dico. per
hanc l. & per alias quæ dicunt alienationem fa-
ctam in fraudem creditorum renocari. nam lo-
quuntur in alienante in fraudem creditorum.
b Vtrum indefinita æquipolleat vniuersali [b] vide
glo. singularem in l. 2. ff. de liber. & posthum. in-
definite. vnde perinde est, ac si diceret præsentiũ
& futurorum. argum. ff. de seruit. vrban. prædio.
si seruitus. vide gl. & Cyn. qui tenent quod idem
est in creditoribus futuris, sicut in præsentibus.
supra de donatio. ante nup. authen. sed iam 6. q.
item eadem ratio quæ est quando in fraudem
creditorum, qui sunt, factum est habet locum
in futuros. & quando inter diuersa & c. vt ff. de
verbo. oblig. a Titio. vnde hæc l. facit contra il-
los qui antequam committant delictum alie-
nant bona in fraudem fisci, vel ciuitatis, ne po-
stea secuto maleficio sequatur bonorum publi-
catio: dicit Thomas de Formentinis de quo
dic vt nota. per Cyn. C. de bon. proscript. l. si
quis post hanc.

ADDITIONES.

a Fraudem. Adde an & quando præsumatur donatio facta fuisse in fraudem Ange. in l fina. sup. de dona. inter vi. & vxo. Bal in addi. ad Spe. in tit de dona versi. Item pone quod aliquis. & in auth. sed idem necesse sup. de dona. ante nup Bar. plene in l. post contractum de do. & in l. omnes. § Lucius. de his quæ in frau. credi. Bart Cæpol. in trac. de contrac. simula. 24 præsum. Cano. in c. ex literis de præsump. & Spec. in ti. de dona. inter vi. & vxo §. 1. ver. & sic nota.

b Vniuersali. Vide Bart. in l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. du. per canonistas in c. vt circa, de elec li. 6 Dic tantum quod licet indefinita æquipolleat vniuersali præsertim ad pœnã cui tandam, tamen quando surgit absonus intellectus, seu constitutio redderetur parui effectus tunc non æquipolleret indefinita vniuersali, & quoad pœnam vitandam. casus est in cle. 2. secundum Do Pano. ibi iuncta gl. in ver possessiones de reb. eccl. non alien. & an indefinita oratio comprehendat futura. no. Bar. in l. si ita. de au. & arg. le. & in l. fi. sup quæ res pig. obl. pos. Cano. in c. fi. de rescri. Zaba. post alios Doc. in clem fi. eo. tit. melius quam alibi per Abba. in c. audiuis col. 4. ver si var. & Fe. col. 14. versi. mata etiam quotidianum verbum de præscri. Alexan. consi. 7 iure super hac dubitatione. & consi. 11 e. inci. visis acutissimis. vol. 2.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Clerici cameræ apostolicæ, & in Francia clerici cameræ computorum sunt ij, quos tabularios iurisconsultus appellat. & an & quando computatio per tabularium facta operetur solutum, & an oriatur actio ex tali computo. cartulator põt dici tabularius, & gabellarius salis.*

2 *Notario commutti non possunt quæ causa cognitionem desiderant.*

3 *Error calculi cum thesaurarijs, vel clericis cameræ computorum vsque ad quæ tempora possit opponi, & quid inter priuatos, & de quali errore intelligatur. nu. 4.*

Instar. Casus, computatio facta per tabu-
larium nõ habet effectum nisi pro-
curatore Cæsaris approbante. hoc dicit Dy. cõ-
putatio id est apocha de soluto. quæ sic voca-
tur, vt supra de fide instrumen. l. plures, & quid
debeat continere dic vt inf. de apo. pub. l. 1. vel
1 sic, cõputatio facta a tabularijs, seu cartularib.
vim sententiæ non habet quo ad condemnatio
nem & solutionem, nisi per iudicem confirme-
tur. hoc dicit secundum vtranque lectu. Bartol.
Et pone casum plenius in terminis. isti tabula-
rij computauerunt vnam rationem ex qua me,
affirmauerunt debitorem fisci in certa quantita
te, quæritur vtrum ista computatio, & affirma-
tio habeat vim sententiæ, ita quod possit fieri
contra me executio vt non admittar ad defen-
siones, sicut nec post sententiam? & respõdetur
quod non, nisi talis computatio fuerit approba
ta per procuratorem Cæsaris, & secundum hoc,
non habet sententiæ vim quo ad condemnatio
nem. Vel pone tales notarij computantes ra-
tionem scripserunt me nil debere, & me inte-
gre soluisse, quæritur an ex hac computatio-
ne oriatur exceptio rei iudicatæ sicut ex sen-
tentia? & respondetur quod non, nisi fuerit
approbata per procuratorem Cæsaris, & istæ
sunt lecturæ quæ ponuntur hic in secunda par-
te gloss. & licet gloss. videatur facere differen-
tiam inter primam & secundam lecturã in per-
sona iudicis quasi prima loquatur in præside, se
cunda loquatur in procuratore Cæsaris; hoc nõ
mutat iuris ministerium. Sed ponit facti accidẽ
tiam, vt patet ex ll. alle. in secunda parte gl. Bar.
In prima gl. ibi. i. tradere rationem; hæc est pri-
ma glo. in qua ostendit quid est computatio, &
deinde declarat qui dicantur tabularij Bartol.
Et ibi susceptoribus. hodie isti susceptores vocã
tur thesaurarij, & cum eis mittebantur isti tabu-
larij, qui hodie in curia Romana vocant clerici
cameræ apostolicæ, in regno aũt Franciæ vocã
tur clerici cameræ cõputorũ, Parisius & in alijs
thesaurarijs regni vt ĩ capitib. Senescalliorũ vo
cant clerici thesaurariæ, vt in mõtepessulano, &
alijs

alijs similibus.sic etiam in gabella salis corrulator porest dici tabularius, & gabellarius salis potest dici susceptor. In ead.gl. ibi & eius officium est ingerere.id est sæpe & frequenter dicere susceptori, seu thesaurario, qui erant debitores fiscales, vt ab eis exigerentur debita secundum Bar. In ead.glo.ibi non vero computare; quod intellige verum principaliter. Sed per quandam consequentiam ad officium eorum spectabat computatio, non enim potcrant denūciare susceptori, seu thesaurario aliquem esse debitorē, nisi possent computare rationem, ex qua appareat quid debetur Barto. In ead. glo.ibi horum ergo tabulariorum.hic est secunda pars glos. in qua examinat literam huius. l. quam secundam partem glo.declara vt scripsi super casu longo. Bart. In ead.glo.ibi, & sunt hæc vera.hæc est tertia pars huius glos. in qua circa præmissas lecturas format tria dubia secundum Bar. In ea.glos. ibi quæ sent.sine appe.re.l.1.§.1.& sic apparet, ꝙ computatio erronea non habet vim sententiæ
2 erroneæ. In ea.glo.ibi.l.calculi.& si est facta cōputatio ab eo ad cuius officium non spectabat, tunc non habet vim sententiæ, ad hoc vt mittatur executioni, & ad hoc, vt pariat exceptionem rei iudicatæ, vt alleg. l.sed bn̄ valet, quo ad aliud primo quod ex tali computatione intimata iudici potest iudex procedere contra illum assignatum debitorem, nisi se legitime defendat, vt infra de apochis publicis.l.1.& dictum est supra circa casus positionem. Item etiam habet alium effectum, quia si aliquis vult retractare cōputationem ratione erroris habiti in computatione hic potest facere vsque ad 30.ann. vt l.calculi hic alleg.ff.de admi.re.ad ci.perti.& sic post
a 30.ann.habet vim sententiæ.[a] Si autem vult retractare calculationem ratione gratiæ adhibitæ in ea, vt quia calculator omisit aliquam exceptionem, vel expensam quam omittere non debebat, vel computauit introitum quem computare non debebat, & tunc potest retractare vsque ad 10. vel 20. ann. secundum distinctionem positam in l.omnibus.§.1. ff.de diuers. & tempo. præscrip. & sic post illa tempora habet vim rei iudicatæ secundum quod si fuisset deductum in sententiam iudicis statim haberet effectum suum, & hoc modo habes declaratā istam tertiam partem gl. Bar. In gl. ibi error fuerit expressus. Idem si non exprimatur, dū tamen de errore exactè possit apparere, vt C.de sentē. quæ sine certa quanti.l.1.2.resp. & l. 3.nam non refert vtrum mente &c.ff.si cert.peta. l. eum ad quem.de quo dic vt ff.de re iudi.l.cum prolatis & l.præses.eo.tit.& no.per Cyn.in l. vnic. supra de erro.cal. Sed opin.glo.credo esse veram Roma. In eadem glo. ibi. Item nota hic arg. hic est quarta pars huius glos.in qua inducit. l.istam in arg. ad duas quæstiones & postea colligit quædam notabilia Bar. In gl. ea. ibi sed contradico. idem Bar. In ead. glos. ibi vt in procuratore de hac quæstione dic plene vt per Inn.extra de off.
3 deleg.c.prudentiam. In ea.glo. ibi. a procedente, breuiter illud quod est faciendum per iudicē
b & plenam causæ cognitionem requirit[b] nō potest expediri per notarium etiam si sibi committatur, vt l.nec quicquam.§. vbi decretum. ff. de offic.proconf.& leg. ea vero quæ essent iurisdictionis possent per notarium expediri, si sibi cōmittatur. In ea.glo.in fi.ibi ius commune habet fiscus, & per hoc videtur quod hæc l.habeat locum in officialibus aliarum ciuitatū, & pro hoc glos. rubricæ quæ dicit quod hæc l.continet ius commune & hoc placet.nam licet hæc l. contineat ius singulare in fisco: quia facit mētionem de quibusdam officialibus, quos solus fiscus habet, vt patet per scripta in hac. l. tamen in iuris effectu continet ius commune, & hæc vera in calculatoribus, & in missoribus rationum ciuitatis, & in clauarijs.& similibus. Sed si sunt administratores, vt consules sindici, & similes quid operaretur, habes tex.in l.præses. supra de tran-
4 sac.secundum Bart. Circa hanc l. quæritur quid in computatione facta inter priuatos. Respon. quandoque inter priuatos erat lis, & calculator fuit positus a iudice inter eos, & tunc talis calculatio valet, & plenam fidem facit. l. 2. supra de vsur. & fruc.le. l. a. tamen prætextu erroris officio iudicis committentis retractari posset vsq; ad sententiam.sup.de iur.& fact.igno.l.error. Si vero computatio est facta ab ipsis partib. tunc sunt aduertenda verba assumationis. Si quidem continent calculationem tantum, & tunc respectu erroris potest quandocunque retractari. vt supra de erro.cal.l.1. Si vero continēt pactum, vel transactionem generalem vel specialē, nunc faceret præiudiciū, vt l.emptor.§. Lucius. supra de pactis.& supra de transact.l.si quidem secundum Bartol.

ADDITIONES.

a Sententiæ. Nisi tale error esset modicus. quia tunc retractari non posset l.quamuis ff. de condi.& demon Bal.in l.si cui. & in l.si sub conditione & in l.cum seruus.eod.tit. Idem in l. omnem.sup.ad Tertul in l.pe.col.6.sup de condit.inser. Vel nisi esset erratum in calculo temporis l si.versi.cum nobis.& ibi Doct.sup.de tempo appel.latii.per Pau.de Cast. consi.34. & ibi an possit in causa appellationis alleg.

b Requirit. Adde quæ, & quando dicatur plena causæ cognitio gl & Doc.in l.3.§.sciendum.in ver.summatim. ff. ad exhi. Bar.in l.1 § de plano.ff.de offi.procon & leg.Cardi.& Lanfr. in cle.sæpe.de ver.sig. Et in quibus causis requiratur plena cognitio. Specu.in titu.de iurisd.omn. iudi. §.postremo.versic. a.sciendum est.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Procurator fisci est iudex inter fiscum & priuatum.*
2 *Interdictum fraudatorium, quando & cui competat.*

Si minori. Casus. Debitori fisci soluenti restituitur eius res indebite alienata.h.d. Bar. Vel si loquitur hæc l. quando contractus nō tenet ipso iure, & dic ꝙ si res obligata fisco a procuratore fisci minori precio quam deberet interueniente fraude emptoris, vel gratia procuratoris venditur, soluto precio reuocatur venditio.h.d.Dy. In tex.ibi inferenti s.tibi debitori Dy.in gl.magna ibi ad instar Yconomi. Idem in administratore alicuius vniuersitatis qd in administratore ecclesiæ, vt hic Bart. ar.l.si C.de sacrosf.eccl. In magna gl.prope prin. ibi alias emptori si soluerat fisco. Istam glo. intelligo quando agitur cōtra emptorem.si enim ageretur contra fiscum, non est dubium ꝙ ipsi

fisco solui deberet.emptor.n. non pôt aliqd di-
cere dño,nec per modum actionis, nec per mo
dum exceptionis:quia ipse non conuenit. Intel
ligitur ergo,hæc qô qñ conuenitur emptor. In
hoc casu cui debeat solui glo. ponit duas opin.
quas iunge simul;aut.n.contractus nô tenuit ta-
liter,ꝙ emptor mereatur perdere precium. tûc
soluetur fisco, & non emptori. Ita intelligitur
hoc arg.l.qui in ꝯctib.inf.eo.ti.& C.de litig.l. fi.
aut emptor non meretur perdere preciũ, & tûc
aut solutio facta per emptorem est conuersa in
vtilitatem debitoris:& dêt sibi solui, alias nô,vt
in gl.facit.C.de præsc.30.ann.l.1.& ibi per Doc.
Illud autem membrum.s.qñ ꝯctus tenuit nô po
1 nitur in hac l.qa vt ŝ. ꝓxime dictũ est, Hic ꝯctus
non tenuit sm Dy.& Bar.In ea.gl.in ver.Item si
traditus: hic incipit declarare ꝯ quê agat,& qua
actione,& hic incipit prima lectura. s.qñ ageba
tur ꝯ fiscum.In glo.mag. ibi,& sm hoc agitur ꝯ
fiscum actione pig. Ista est prima lectura huius
legis,ꝙ agebatur ꝯ fiscum,& hoc vr̃ probari per
hunc tex.Ibi dum dicit aditus procurator meus
qui est iudex inter fiscum & priuatum,nã si age-
retur ꝯ emptorem esset iudex præses prouinciæ
cum lis verteretur inter priuatum,& priuatum.C.
a si aduers.fis.l.2.[a] nec obstat ꝙ solũ possessor cõ
uenitur ad rei restitutionem, vt l.fi.ff.de rei ven.
qa pôt intelligi,ꝙ fiscus vendidit, & non tradi-
dit &c.& sic declara hanc gl.a versu.Item si tra-
ditus erat fundus &c. qui est supra vsq; ad locũ
istum,nec intelligas, ꝙ fiscus possit cõueniri rei
vendicatione,vt possessor, licet possit facere vt
possideat.l.Pôp.§.si is q precario.ff.de acq.pos.
Sed actione pignoraticia quæ est personalis, ꝯ
êt quis tenetur ad restituendũ ar.l.1.ŝ.si ven.pig.
aga.& hoc fuit mens huius glo.Et si opponatur
ꝙ actio pignoraticia requirit rei interuentũ.in-
sti.qui.mo.re ꝯhi.obli.in fi.& ꝙ hic res non per
uenit ad fiscum,& sic non possit ꝯhi act.pig. in-
tellige ꝙ fiscus occupauit res, & sic incipit possi
dere, vel êt si nunquam possedit si emptorê suũ
misit in possessionem : illa possessio emptoris
sufficit ad parandam obligationem , & actionê
pignoraticiã,vt l. creditor hypothecas.ŝ. de di-
strac.pig.licet Pe.aliter sentiat.sup.si vendi. pig.
aga.l. 1.sm Bar.In ea.gl.paulo post ibi,si autem
ꝯ emptorê.Hic incipit secunda lectura, qñ age-
batur ꝯ emptorem,& has duas lecturas, & hâc
l.intellige qñ venditio erat primo vel ipso iure
nulla,vt hic,& l.eum ꝯ ŝ.si vê.pig.aga. alias age
retur ꝯ venditorê primo , & in subsidium deue-
niretur ꝯ emptorem,vt l.1.In eo.ti.Bar.in ea.gl.
ibi.ff. de solu. l. pupilli. Istud de hoc interdicto
est singulare,& satis congruit hic. Nam hic ven
dita est res aliena in fraudê: Ideo pôt eo compete-
b re istud interdictũ fraudatorium , [b] vt d l.pupil-
li.& no.in l.1.ŝ.si ven.pig.aga. Edictum vero de
his q̃ in fraudem credit.loquitur qñ quis alienat
bona sua.Ideo illud est separatum ab interdicto
fraudatorio,pp quod Io.in arbore ponit sub di
uerso titu. interdictum fraudatorium ab illo qđ
in fraudem creditoris,declaratur plenius.d.l.pu
pilli.sm Bar.in ea.gl.ibi de iurisd.om.iud. in l.2.
& sm hoc hæc l.continet casum singularem,qđ
inspiciatur forus actoris , hoc est fisci vendentis
magis quam forus emptoris,cum alio vendente
te nũquam forus actoris inspiciatur. Sed solum
forus empto.vt l.venditor.ff.de iudi & l.1.supra
vbi in rem actio.secũdum Bar. In gl.mag. ibi est
no. sume hunc versum glo. per modum ꝯtrij. d.
l.j.alle.& deinde distingue,vt in gl. pone in l. 3.
in fi.gl.si.sub.quod nihil est , quia ibi loquitur in
ꝯctib.fisco perniciosis , hic aût erat perniciosus
priuato,cuius res vẽdita fuit , & iô illa pœna nõ
vendicat sibi locũ,vt no.ff.de publ.l.si multi. Dy.

ADDITIONES.

a Leg.2.Adde tex.in l.mancipia.sup.de ser fug & in l.2.sup. de sent.quæ sine cer.quan no Bar.in l.ad fiscum.sup.vbi cau-sæ fisca.& in l.1.de off procu.Cæs. Aduerte tamen ꝙ non est ordinarius,sed delegatus.no.Cyn.& Salyce.in l.1.sup.vbi & apud quem in integ.resti peta.

b Fraudatorium.Adde materiam istius interdicti fraudato-rij.& an.quibus,& quando competat.per Spe.in ti. de re.ec-cle.non alie.ver porro.& ver.cæterum. & ver. est & interdi-ctum,& in tit.ff.& C.de his quæ in frau.cre.per totum.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 Publicatis bonis statu integro remanente , non amittitur ius succedendi.

Bonorum appellatione an comprehendantur futura.

Statuta cõtra ius cõe disponentia quomodo interpretẽtur.

2 Feudatarius si recedat a feudo,an terra quas ibi tenebat remaneant domino.

Certa forma. Casus. Publicatio bo-
norum statu integro
remanente non impedit quem succedere : h. d.
Vnde scias,ꝙ qñ Imperator capiebat aliquã ter
ram non sibi amicã extrahebat inde hoies for-
tes & armigeros,& eos in alia loca transferebat,
& oĩa bona quæ habebant in illo loco publica-
bat,& alius locus mẽsuratus eis assignabatur, vt
hic,& insf.non licere.habe.metro. super tubrica.
& sic est notabilis hæc lex,ꝙ non perdit ius suc-
cedendi quamquam bona publicentur statu tñ
remanente, alias secus si status mutaretur perdê
do ciuitatem & libertatem. l. si qua pœna. ff. de
his qui sunt sui vel alie.iuris.Bar.In gl.fi. ibi per-
mitti intelligitur.& sic no. ꝙ statuta quæ dispo-
nunt ꝯ ius cõe non recipiunt interpretationem
extensiuã.de quo plene per Bart.in repetitione.
l.oẽs populi.& per Cy.& Doc.in l.2.C.de noxa.
& per Inno.ext.de cõsti.c.cum accessissent.gl.fi.
in fi.& sic no.ꝙ simplex appellatio bonorũ non
porrigit ad futura.qđ d.vt per Cy.& Doc. sup. q̃
res pig.obli.pos l.fi.& per Bar. plene in l.si ita.ff.
a de auro & argen. leg. [a] Super tota l. tertia sum-
2 me argumen. ex l. ista quod si aliquis tener rem
aliquam

ADDITIO.

a Leg. Adde dum dicit ꝙ bonorum appellatione non ve-niunt futura,dic ꝙ est verum in contractib.vt no.Bar. & Bal. in l.fi.C.de pac.per tex.fin.in l fi §.1.de leg.2.Ang.in l.fi ff de pig.Doc.Moder.in l.stipulatio hoc modo concepta. & ibi la te per Alex.in 7.col.& seq de ver.ob. maxime quãdo agitur de magno præiudicio,vt ibi per eum,& per Bar.Bal & Doc. in auth.sed cum testator.sup ad leg.Fal.& p Bal.in l.iubemus. sup.de sacros.eccl.in vltimis autem voluntatib.secus , vt per eosdem vbi.sup.& Bar.in alle.l.fi.in col.15 ver. Item de fru-ctib.sup.de pac.& in mate.huius q.vide gl. & Doc. in l.nam ad ea.in ver.præses de condi.& demon.& Bal.in l.3 in 2 col. ver.& not.quod si omnia bona sup.ad leg.Fal. tex. no.in l fi mandauero tibi §.is cui bona.ff.man.Pau.de Cas.cons. 30.& Car.omnino.in cle.2.in prin.ad fi.de pę.

aliquam in feudum a te, vel ad aliquem honorem, & recedat de eo loco in quo erant terræ quas ipse tenebat, ꝙ ipse terræ remanent pœnes dominum. arg. inf. de vetera. l. pen. & inf. de protec. & do. l. pe. & ar. inf. de prin. agen. in re. l. pe. & ar. sup. de epis. & cle. l. generaliter. econtra videtur ꝙ non debeant remanere pœnes dominum, Sed debeant alijs assignari. ar. inf. de decur. l. si ad magistratum, & l. quidam ignauiæ. & in auth. qui. mo. na. effi. sui §. si vero. eodem modo est arg. ꝙ si clericus non stet in ecclesia sua non gaudeat priuilegio clericali. arg. in præal. leg. secundum dubium de quo erat de cler. non resi. c. relatũ, & in c. iter quatuor. & c. ex tuæ. & c. fi. &c.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Nuntio principis, an & quando sine literis credatur*
2 *Delegati an possint p testes probari, & an & quando sine literis credatur ei, & in quibus.*

1 Prohibitum. Casus. Nuncijs principis non creditur sine literis, & ipsis volentibus aliorum bona capere quilibet cuius interest potest de facto resistere. h. d. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit vnum dictum. In secunda dat remedium ad obseruationẽ illius dicti. In tertia ponit quando officialibus est credendum. Secunda ibi, & vt omniũ. Tertia ibi, tunc enim Bar. In tex. ibi quorum interest: puto etiam quod ad resistendum potest quis conuocare amicos, & etiam sine conuocatione possent conueniri vicini & amici, vt l. si qs in seruiture. in si. ff. de furt. facit quod no. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi ar. Et propterea est consuetum, quod oppressi exclament, succurrite, ex quo videntur conuocare venientes, vt l. prætor ait. § si quid. ff. vi bo. rap. & habes per gl. & Doct. in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Barto. In tex. ante fi. ibi cognouerit. hic videtur text. quod literæ sunt ostendendæ illis quorũ interest textus in authen. de collato. § eos. colum. 9. declarat melius quam alibi, quod hoc debet notũ fieri in curia præsidis prouinciæ quo facto illi officiali creditur per totam prouinciam, & intellige. l. hanc non habere locum nisi quando officialis mittitur de vna prouincia ad aliam. nam in eadem prouincia est præsumptio quod officialis sit notus, vt dicto §. eos. Est verum quod dicti officiales debent portare insignia officia-
a lium ex quibus cognoscantur, [a] vt nuncij baculum regium, alias posset eis resisti. l. item apud Labeonem §. si quis virgines. ff. de iniurijs. iũcta l. si ignorans. ff. loca. Barto. In tex. ibi cum literis nostris. no. quod officiali venienti cũ literis debet obediri, an autem mandatum priuati posset probari aliter quam per literas, vel instrumenta Doc. in l. 1. supra de procura. & plene per Bart. in l. eum qui. in fi. cum l. seq. ff. commo. Bart. In glo. quæ incipit resistentibus. no. quod loquitur de resistentia quæ potest fieri officiali, quod dic vt per Pet. Cyn & Doc. in l. 1. sup. vnde vi. & per Guil. de Cung. ff. de iusti & iu. l. vt vim. & p Dyn. in l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniurijs. & per Ber. ext. de off. deleg. ex lris. in gl. pe. & per Dy. in c. ꝙ quis mandato facit iudicis. 11. q. 3. c. non debet, & p Inn. ext. de off. dele. c. si quando. In tex. ibi literis nostris, debet ergo commissio facta per principem probari per scripturam non per testes, vt
b hic. [b] & no. inf. de exc. & exac. l. qcunque. li. 12. & per hoc in auth. de col. §. eos autem. Iac. dicit ꝙ ille qui asserit delegationem a principe non possit nisi per literas probare, vt dictis iu. ib. Sed in alio delegato seruamus secundum generalẽ. C. de fid. instr. l. in exercendis. & per hoc facit. C. de nup. l. imperialis. §. fi. Sed certe imo & delegatus a principe probat etiã sine literis, vt in auth. vt in medio li. §. 1. & h. d. & per hoc. in authen. de litig. §. si non apud iudicem, & est alius vt in
2 auth. vt liti. iurent. §. quia vero. In omnib. enim istis fiebat delegatio per principem, ẽt sine scriptis potest dici, vt concordemus, aut qui asserit est in loco propinquo principi, & tunc posset probari per testes, aut in loco remoto, & tũc habet monstrare literas, vt d. l. 1. sup. de man. prin. & dic. §. eos autem. in auth. de colla. ar. ad hoc ff. de dam. infec. l. 4. §. si tam vicinum Sed hoc non bene concordat. l. & ideo potest dici, aut quis offert sibi mandatum, & tũc oportet, ꝙ habeat literas, vt d. l. vna. quia videtur suspitio, aut ab alio offertur: & tunc posset probari per testes, ꝙ non sit suspitio, & pro hoc quod dicitur de instrumento. in l. si cyrographum ff. de proba. nec hæc distinctio est bona, quia ipse posset facere vt alius offerret mãdatum, & subornaret testes. Et ideo ego dico aut mandatum est simplicis commissionis puta inter Cy. & me, & tunc posset probari per testes, vt d. auth. in medio li. §. 1. & §. hoc diximus. & vt in l. 3. §. quia vero. Si autẽ sit mandatum non simplicis cognitionis, Sed maioris potestatis, vt si asseram datam potestatem in exigendo aliquid magnum, vel vt sim iudex: & tunc si istud consonat officio, quod ego alias habebam, vt si mandat fieri aliquam
c executionem, [c] tunc possit probari per testes:

ADDITIONES.

a Cognoscantur. Adde ꝙ in his quæ sunt magni præiudicij, non creditur nuncio cum sigillo sine literis, no. Inno. in c. qa verisimile de præscri. arg. c. literas. eo. tit. idẽ tenet Abb. Sicu. post gl. & But in c. significante. de app. Bal. in c. i. de pa. consiã. ver. sigillo. & in l. si is qui sup de fur Bart. in extrauaganti ad reprimendum. ver. nuncium Lanfr. de Oria. in c. quoniam cõtra falsam. ver. citationes. & ibi plene Fely. post alios. de proba. Nisi consuetudo sit in contrarium no. Alex. in l. si domine ff. de fal. Bal. in l. si quando. sup. de testi. Io. de Imo. in c. cum parati de app. Fely late in alle. c. quoniam cõtra. in 8. col. ver. gl. in ver. citationes de proba.

b Vt hic. Adde casum in quo valet priuilegium principis super quo non est scriptura confecta de quo tamen aliter constat per Bal. in l. humanum. sup. de legi. & per Panor. in cle. dudum. in fi. ver. valet priuilegium. de sepult. Adde per Panor. Fely. & Doct. in rubr. de consti. nu. 3. & in addi. tam antequã eundem in c. in nostra in fi de rescrip.

c Executionem. Adde distinguendo iterum istud procedere si delegatus, qui aliquem actum iudicialem facit non sit vilis vel alias humilis persona, vel nisi procul ab eo illum actum faciat, vt no. sing do. Inno. in c. cum in iure. de offi. dele. Anto. de But. in c. præterea. de dila. Bal. in auth. offeratur in 4. colum. de lit. contes. late Bar. & Doc. in l. a. in 2. colum. ver. sed iuxta hoc quæro. ff. si quis in ius voc. nõ ierit. Pau. de Cas. cõsi. 48. & Spe. in tit. de cita. §. iam de citatione. ver. sed pone. Adde nouissime per Feli. post Innoc & Panorm. in c. pastoralis. de rescrip. Bal. & Alex. in al. l. 2. ff. si quis in ius voc. eundem Fely. in c. cum ex officij de præscr. & in c. super literis 16 col. de rescri. & in c. nonnullis. in 2. colu. vers. inquantum dicit eodem titu.

ftes:fic intelligo text.vt in authen. de ll. §.fi non apud iudicem: & fic habes in feruiente, quod non poteft aliquem citare fine mandato fuperioris, vt in authen.de quæfto.§. fi vero aliquid, & fine fcriptis poteft ei mãdari, vt §.fi vero epifcopus. in auth.de fanc.epi. Si autem non habet ita confonantiam cum fuo officio, vt puta ꝙ fit iudex: & tunc non poffet probari per teftes fic intelligo dictam l.vnam.& dictum. §. eos autem.de col imo eft cafus quod habet monftrare originale.inf.de diuerf.offi. l. probatorias. & l. fi.de Cung.

LEX VI.

Iuftas. Cafus. Procuratore fifci agente ante tempus actio perimitur, ficut quolibet priuato agente. h.d. fecundum primã lecturam. Sed fecundum fecundam lecturã hoc di.contra fifcum negligentia præfcribitur ficut contra priuatum.h.d.Bar. In tex.in fi.not.maiorem puniri vt terreatur minor. vnde illud. A boue maiori difcat arare minor. Fran. In glo. quæ eft fuper verbo concremari. ibi ideft amitti. dic ꝙ cum quis proponit actionem ad quã non eft admittendus, eft duplex modus repellendi, eft vnus de facto.f.lacerando libellum vel concremando eum in igne, & fic poteft ftare proprie. quafi dicat iudex comburat libellum, eft alius modus pronunciando, vt colligit in l. 2.in fi.§.ut nemo priua.cũ ibi notatis Bar. & Doc.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Bona litigiofa inter fifcum & alterum, apud quem debeant effe lite pendente, & ibid.ratio habetur.*
2 *Officialis ditatus pendente officio an præfumetur quæfiuiffe ex bonis fifci.*
3 *Publicatis bonis, fifcus poteft cogere notarios, vt inftrumenta exhibeant ad bona pertinentia.*
4 *Defcriptiones fieri bonorum lite pendente, an poffit petere fifcus.*

Defenfionis facultas, alias eft facilitas. Cafus. Contra fifcum licet cuilibet fe defendere & ante fñiam bona non auferuntur, poft fñiam follicite inueftigabuntur, quod ẽt in officialibus locum habet.h.d. Primo ponit vnum dictum. Secundo rõnem dicti. Tertio ex ijs ponit vnam conclufionẽ Quarto ponit effectum illius cõclufionis. Quinto circa prædicta mouet vnum dubium, & determinat. Secunda pars ibi: cum facultates. tertia ibi, ergo. quarta
1 ibi.vt cum. quinta ibi, fane Bar. In tex.princ. lex ifta loquitur qñ nondum conftabat bona pertinere ad fifcum, & oftẽdit penes quem effe de-
a beant, qõne pendente.[a] Item qualiter inquitatur de quantitate bonorum, & inquantũ teneatur qui de ipfis fubripit Dy. In tex.ibi inquietari defcribiq; hoc verum nifi effet contumax, & fugeret, vt de requi.ter.l.fi. Et circa hoc dic, ꝙ quædam eft defcriptio quæ eft idem quod incorporatio in patrimonio fifci, vt depingere arma fifcalia in domibus & poffeffionibus aliorum, & fimilia: & ifta prohibentur hic. ita intelligit glo. hic dum allegat.fup.vt nemo priua.l. a. cum fimilib. Quædam eft defcriptio. i. fcriptura quæ fit a tabellione, vt res non perdantur, vel fubtrahantur: & illud poteft fieri lite pendente, vt l. 1. §.pe.ibi vide Bar to.ff.de ven.in poffef.mit.licet fequeftratio fieri nõ poffit Bar. & ibi exemptionem. i. comprehenfionem non obftante ꝙ fint Cæfariani. Dy.in gl.1.in fi. Item ibi cõftabat bona vacantia hic dubitabatur Dy. In glo. 3. ibi in auth.vt nulli iudi. in §.fi. dic vt ibi no. & per Cy. in auth.bona.C.de bo.profcrip. & per Bar. ff. de
a bo.dam.l. 1. In gl. fi. in fi. dic ꝙ aut officialis habebat aliqua ante fuum officium, tunc non præfumitur habere a fifco ar. §. interdicimus. in gl.
b alleg.[b] aut quæfiuit bona per officium, & tunc aut erat officialis talis qui poterat cõtrahere de quo habetur.ff.fi cer.pet.l. præfidis. tunc præfumitur ex fua induftria habuiffe. ar.§.arbi.tut.l. fi defunctus.ff.pro focio.l. merito. aut non poterat fecundum officium fuũ contrahere de quo habetur.ff.de contrahen emp.l.non licet. & tũc præfumitur habuiffe a fifco, vt hic, & eft ratio propter prauam fufpitionem vitandam.ar. l ẽt. fup.de dona.int. vir. & vxo. & dic vt no. per Cy. in auth.licentiam.C.de epi.& cle & l. quicquid fi cer.pe In gl.quæ incipit.1.notarios no.ꝙ quãdo bona alicuius publicantur, poteft fifcus mit-
3 tere pro omnibus notarijs, fi habent aliqua inftrumenta ad illa bona pertinentia, & eos cogere, vt fibi exhibeantur Bar. In glo. nifi ibi præfumantur fifci: fi hoc effet verum effet valde notandum. Sed mihi nõ videtur verum per l. fi defunctus.C.arbi.tut.& ff.eod.titu.l.3.§.multa. vbi non præfumitur de bonis fifci, nifi liquido hoc probetur Bar. in ea.glo.ante fi.ibi in prælato dic vt in auth.licentiam.C.de epif.& cle.& not. extra de peculio cleri.c.1.de fuc.ab intefta. c. 2. & plenius 12.q.1.cap.funt manifeftæ. Super tota l. defenfionis facultas. Nota princ. l. ad quæftionem de facto, ago contra te, peto hæreditatem, in qua veniunt quæ poffides tempore fentẽtiæ fiue tempore lit.ff.de peti. hæred.fi quo tempore. Peto ergo lit.penden.vt defcribantur ea quæ
4 nunc poffides: quæro an fim audiendus, & videtur quod non, ne aliquid fiat in præiudicium liberalis iudicij.ff. de petitione hæredita. fi quis libertatem. & quia alia via ordinaria eft profpectum mihi: quia prohibita eft alienatio rerum hæreditariarum, vt l. Diuus eodem titulo, fecundo quia per tormenta feruorum poterit fciri veritas bonorum, vt fupra dixi ergo non debet ad hoc extraordinarium recurri quid plura. l. ifta in princip. di. expreffe, quod non fiat defcriptio: econtra quod fic, quia hoc peto gratia diminuendarum litium & exonerãdæ probationis. ergo fum audiendus infra de agri.

ADDITIONES.

a Pendente. Adde quod lite pendente debent effe penes poffefforem illorum videtur enim adhuc illorum dominus, vfque poft fententiam, vt dot. Barto. in l. abftinendi.ff.de in integ.reftitu Bal.in l.penul.10.colum.verficu. quæro dictum eft fuperius.fupra de conditio. infer. & in tit.de pa conftan. §.nos Romanorum.col.6.& in Spe.in tit.de accuf.§. fequitur videre ver.qualiter fiet.

b Alleg. Adde quod officialis pendente officio ditatus præfumitur ditatus de bonis fifci not.Bald in l.1 fupra de hæred. vel act.vendi. Idem in l.quifquis fupra fi cert. peta.& in c.1. de conten.inter do.& fidc.in vfib.feud. latius per Alexan. in l.diuus.ff.de bon.dam.

agri.& censi.litibus. Item quo iure resistis ne fiat descriptio, cum mihi multum prosit & tibi nihil noceat: ego enim exonerabo onere probationis nec aliquid iuris imutatur, cum non habeat locum ista descriptio, nisi in euentu victoriæ. ar. ff. ad l. aquil. Si tua non interest: ergo malitiose facis volens vt fiat longiori tempore quod pôt citeriori, ergo non debes audiri. ff. de serui. si cui. credo quod fiat descriptio: quia mihi prodest & tibi non nocet. p l. quæ dirimit quæstionem. ff. de aq.

a pluu. l. 2. §. item varijs.ª & hoc l. non habet quia loquitur de illa descriptione: quia valebat consistere & facit supra de bo. dã. l. si quis intra An. de Barulo; quod credo expensis tamen meis vt di cto. §. item varijs.

ADDITIO.

a Varijs voluit allegare. ff. de aqua pluuia arcē. l. 2. § itē varus.

LEX VIII.

SVMMARIVM.

3 ſcriptum circa prin. ſed concordare potes ſi di-
cas ꝙ in petitione pœnali habeat fiſcus hypothe
a cam,[a] vt in hac glo. inutilis tamen eſt cõtra cre-
ditores ſortis petitionem prætendentes, vt hic in
tex. & ff. de iure fiſci. l. in ſumma, & l. quod pla-
cuit, & l. ſtatlus. §. fi. vnde perinde eſt, ac ſi nõ ha-
beret, ex quo habet inutilẽ, & ita loquuntur aliæ
glo. iſti contrariæ, quæ dicunt ꝙ non habet, ve-
rum eſt vtilem Dy. vel dic, ꝙ aut delinquit in ad-
miniſtratione, & tunc fiſcus habet tacitam hypo
thecam, vt hic, aut extra adminiſtrationem, &
tunc non, & ſic loquuntur glo. contrariæ de Fer-
ratis, & Petr. de Bel. perti. ar. de dona. cauſa mor-
tis. l. ſi quis. Et eſt ratio, quia ſi indiſtinctè habe-
ret tacitam hypothecam tolleretur. l. poſt con-
tractum. ff. de dona. quia poſt contractum capi-
tale crimen non poſſet donare: quod ibidẽ per-
mittitur quaſi, &c. Odof. Sed hæc ratio non vi-
detur bona, quia ob. l. in ſumma alle. quæ dicit
indiſtinctè creditores omnibus pœnis fiſcalibus
præferri: quare dic, quòd aut impoſita pœna cer
tæ partis bonorum, & tunc habet fiſcus tacitam
hypothecam, quia in ſuis rebus non poteſt con-
ſiſtere. ff. de pig. act. l. ſi rem modo, de reg. iuris. l.
neque pignus, & ad hanc diſtinctionem facit. C.
communia de leg. l. fi. Doct. dic de hoc, vt nota.
de bo. poſ. l. ſi quis poſt hanc. per Cy.

De

ADDITIO.

a Hypothecam. Adde quòd idem tenuit Barto. in l. poſt con-
tractum ff. de dona. & Cy. hic. ſ. quod habeat fiſcus in pœnis
tacitam hypothecam. Idem Bar. in l. reſcriptum in prin ff. de
pact. Dy. in l. quòd placuit, & Bar. in l. aufertur. § fiſcus de iure
fiſci. Guil. de Cung. tamen Alex. Bald. & communiter omnes
Doct. tenuerunt contrarium in alle l. reſcriptum quos ſic po-
tes concordare Bart. & ſui ſequaces dicunt eum habere taci-
tam hypothecam, ſed non cum effectu, quæ perinde eſt ac
inutilis. ſalua per omnia diſt. auctoris noſtri.

De fiscalibus vsuris.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Vsura non accedit pœna, & econtra, & quomodo differant inter se.*

Eius. Casus. Fiscus de pœnis non debet vsuras exigere hoc dicit Dy. in tex. ibi pœnæ debitæ ex contractu vel quasi, ex delicto, vel quasi Dy. Inflictam per sententiam procuratoris Cæsaris te condemnantis in pœnam conuentam vel legalem, in quã incideras Odoff. nõ exigentur licet debitor sit in mora. An. Irrogauit, nec irrogare potest Dy. & ibi vltra. i. vltra pœnã quæ per legem potuit imponi, & ita expone in pœna legali Dy. quam placitum est. s. inter vos, vel per l. Odoff. & ibi pœnã. s. legalem vel conuentionalem Dynus. & ibi inserre in fine tex. Et
1 sic nota ꝙ vsura nõ accedit pœnæ. Itẽm dico ꝙ vsura remanet in nomine, & substantia vsuræ. ff. de ad. tu. tutor qui reper. §. si vsura. & l. qui negociationis. §. 1. Itẽ dico, ꝙ pœna non accedit pœnæ, vt ff. de vulg. ex facto. §. Iulius, quod est verũ nisi quis contra primam pœnam deliquerit. ff. de pœnis l. aut nudam. §. quisquis. Item dico ꝙ pœna non accedit vsuræ. Sed pœna est vltra legitimũ modum vsurarum, alias sic. s. de vsu cum alleg. iuncta. l. eos. §. pe. & fi. ff. de act. emp. Iul. §. ibidem. cum ibi no. Doct. in glo. 1 ibi ꝙ pœnæ. s. meræ alias sic. l. fi. j. all. Odoff. in ea. glo. ibi. ff. de magistra. conue. l. fi. & est ratio, quia sicut vsura vsurarum non debet exigi. ff. de vsuris. placuit. §. qui. ex cau. infa. irro. l. improbum. Sic nec vsura pœnæ debet exigi, cum vsura non sit aliud nisi
a pœna, [a] non soluentis. ff. de vsuris. cum quid. §. si pupillo in fi. Et intelligas hoc verum in mera pœna scilicet cum ex vna parte sit lucrum, & ex alia damnum, alias si interesset illius, cui promissa est licet pœna quo ad soluentem, tamen bene curreret vsura. ff. de eo per quem factum est. l. 1. & ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. l. penult. in fi. An. In glo. fi. in fi. ibi mulctam. de quo vide quod no. supra de modo mulct. l. eos. In glo. super verbo ordinaria & depor. l. 2. cum glo. super verbo supponere, & ibi per. Cy.

ADDITIO.

a Pœna. Adde ꝙ quãuis vsura dicatur esse pœna, vt l. 2. & Bar. ff. de nego. ge. & Alex. in l. lecta ff si cer. pe. differt tñ a pœna in hoc, quia vsura potest deberi absq; mora, vt in casu. l. idemq; §. 2. ff. man. & in l. quamuis io fi. de pig act. not. Alex. late in l. mora. ff de vsur. pœna autem sine mora vel delicto non debeatur no. Bar. vbi supra vers. secũdo quæro. & Ang. in alle. l. lecta.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Ad vsuras regulariter fiscus non tenetur.*
2 *Priuilegiato succedens non priuilegiatus an gaudeat priuilegio, & econtra.*

Si sub pignore. Casus. Fiscus succedens in locum priuati debitoris tenetur ad vsuras ex pacto debitas per retentionem pignorum, sicut priuatus debitor teneretur hoc dicit Dy. In tex. ibi, & est ratio dubitandi in hac. l. quia fiscus pro anteriori tempore tãtum vtitur iure illius cui successit, & pro futuro tẽpore iure suo, vt l. fiscus. ff. de iure fisci. Sed fiscus regulariter non tenetur ad vsuras, vt §. fiscus in glo. all. quare nec in hoc casu videbatur teneri, & pro hoc d. l. cum quidã §. si debitores à contrario sensu. Sed non fuit ratio decidendi, quia ius erat à natura quæsitum, ergo ex persona hæredis non debet ius immutari, supra de pactis l. pacto successorum ad quod. ff. ad l. fal. l. in quãtitate in prin. Cal. Et ibi sub pignore. Secus si sine pignore, quia tunc vsuræ non debentur nisi in stipulationem deuenerint s. de vsuris. l. quamuis, & l. per retentionem Dy. & ibi successit, & sic nota, quód non mutatur ius obligationis ex persona hæredis. ff. de ver. obli. l. 2. §. ex his An. Item
1 nota vbi priuilegiatus succedit non priuilegiato caret priuilegio sicut nõ priuilegiatus habet pri-
a uilegiũ si succedat priuilegiato, [a] supra de tempo. in integ. resti. l. 2. & ff. de mino. l. insolutum. §. fi. Bet. Et ibi oportet iure retentionis tantum Odoff. dependi. i. solui. Dy. pacto. s. nudo Dy. placuit inter debitorem & creditorem. Dy. In gl. 1. ibi priuati, sic est econtra vbi non priuilegiatus succedit priuilegiato, vtitur priuilegio. ff. de mino. l. interdum, & de in integ. resti. l. non solum. s. de tempo. in integ. resti. pe. l. 1. 2. & 3. An. In gl. 2. ibi retentionem, quia tunc per retentionem pignorũ consequitur vsuras non iure actionis nisi stipulatio intercesserit in contractu stricti iuris, supra de vsuris. l. quamus. 1. Odoff. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Priuilegiato, hoc verum est nisi tale priuilegium esset personale, quia cum persona extingueretur. not. Bal. in rub supra de vsu. in 4. q. ver. item mutatione personę per l. 1. infra de impo. lucra. descri. eod. li. cum concor. lo alijs autem secus, & est ratio, quia tunc priuilegiũ intelligitur perpetuum not. idem Bal. in l. 1. ad fi. supra de diuer. rescrip & in l. vectigalia. in fine supra de vect per tex in auth. consti quæ de dig §. illud colla. 6 Adde Spec. in tit de instru. edi §. instrumentum ergo publicum. ver. item excipitur quod est vituperandũ. vide late Alex. consi. 86. volum. 1.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Sanctio quid sit.*

Fiscum. Casus. Fiscus non potest petere à debitoribus suis vltra semisses vsuras, hoc dicit Dyn. In tex. ibi fiscum. Sed quæ est ratio dubitãdi in hac. l. quia princeps legibus est solutus ratio videbatur, suos officiales stipulari posse ipsius nomine quantascũq; vsuras vellent sicut alij priuilegiati ar. ff. de legi. l. princeps
1 Sed ratio decidẽdi fuit, quia nil tam principi &c. supra de testam. l. ex imperfecto. de legi. l. digna vox. Audi. parere, idest, obedire Odoff. sanctioni
a quæ dicitur multis modis, [a] vt not. in prooemio. ff. in

ADDITIO.

a Multis modis, dic ꝙ sanctio dicitur propriè lex pœnalis. no. In sum. 1. dist. & ibi Arch Car. io proœ. cle. §. quoniam, & in cle. si. §. fin. in prin. de vi. & ho cle. & in quo differt a constitutione, vide glo. & Zaba. in cle. sæpe in prin. de verb. sign.

ff in prin. Odoff & ibi per quam subaudi sanctio nem Odoff. ad dimidiā quæ dicitur semis Odof. & ibi exigat subaudi etiam si maiores fuerint stipulatæ Odoff creditoribus, sub quibus debeban tut vsuræ centesimæ, & etiam trientes. & sic est deterior fisci conditio succedentis in locum pri uati, quam illius in cuius locum succeſſit: quod videtur contra. l. ff. de publici. l. si ego. §. partus, de diuer. temp. præsc. l. cum hæres. Sed dic quòd ratio est quia fiscus in hoc releuatur, quòd pro tempore futuro poterit exigere maiores si succedit in locum illius, qui minores exigebat vt ff. de vsu. l. cum quidam. §. fiscus. cum §. fi. sic ergo grauetur in illo, quòd non posset exigere nisi secūdum suam cognitionem, si succedit in locum illius, qui minores exigere poterat ar. ff. de iureiuran. l. cum qui. Ber. de Deucio. Et ibi quocumque modo siue per succeſsionem vel alio modo Dy. Iac. Rebuffi.

De sententijs aduersus fiscum latis retractandis.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum de nouo repertorum prætextu, an retractetur sententia adue. sus fiscum eccles. vel mino. ē lata.*
2 *Aduocati absentia an sit causa sufficiens, vt pars habeat dilationes.*
*Aduocato procuratore*ve *fisci absente lata sententia non valet. ibid.*
3 *Respublica, minor, & ecclesia æquiparantur.*
4 *Acta antiqua in nouo iudicio an, & quando fidem faciant, & an ex illis sit procedendum.*
5 *Contra procuratorem, aduocatum vel iudicem gratiam facientem an agi poſsit.*

Causas in quibus, Casus. Sententia lata contra fiscum retractatur vsque ad triennium, si aliquid est omissum, quod faceret ad victoriam fisci, & hoc si fraus vel præuaricatio nō interuenit, alias etiam vltra triennium retractatur, hoc dicit Dy. In tex. ibi causas. fuit ratio dubitandi ex. l. iustas, supra de iure fisci. Cal. Item large ponitur, vt cōprehendat omnem quæstionem quam fiscus habet, licet ponatur propriè causa pro quæstione criminali Sed lis pro ciuili, supra de transactio. l. causas. Odoff & Doct. & ibi intra, subaudi si instrumentum pro eo faciēs fit omissum, & idem
1 si testes de nouo reperierit, vt per ipsos sicut per instrumenta de nouo reperta sententia rescinditur si lata fuerit contra fiscum, ecclesiam, vel minorem, quia parem vim obtinent testes & instrumenta. C. de fide instru. in exercendis, & quia appellatione instrumentorum testes continentur. ff. de fide instru. l. 1. in fi. de ver. sig. notionem. §. instrumentorum. Communiter dicitur cōtra, quia istud est contra ius commune, ꝙ sententia per instrumenta nouiter reperta rescindatur, & sic non debet extendi imo magis restringi. arg. supra de inter. ma. l. fi. iuncta 1 eum qui. ff. de ver. signi. vnde ex quo. l. ista prouidet expresse in casu instrumentorum de nouo repertorum, in aliis casibus videtur contrarium ordinasse vt. ff. solu. ma. si vero. §. de viro specialiter, quia tunc daretur materia falsum fabricandi seu committendi: quia lata sententia cōdemnatus posset testes calumniare vel subornare taliter, ꝙ sentētia posset rescindi, & sic falsum committeretur: quod non est dicendum ar. eorum quæ notantur, ff. de rei ven. officium supra de ꝓbat. auth. quæ semel in auth. de testi. §. quia vero. tu dic primam opinionem veram, nec ob. ratio. s. testium subornatio, quia illa ratio locū habet in priuato, & nō fisco, cum non sit verisimile inde oriri iniuriam, vnde Iura &c. supra vū vi. meminerint arg. s. de offic. ciui. iudi. l. 2. & ff. de offi. præ. præ. l. vna circa fi. & idem dico in minore. ar. eorum quæ notantur in l. vbi ff. de eden. & videtur casus secūdum vnum intellectū. ff. de mino l. minor. 25. an. si omissam, & idem in ecclesia quia non est verisimile, quòd subornet cum semper sit cultrix institiæ in seu. de alie. feu. c. 1. § 1. per Doct. item ibi triennium a tempore latæ sentētiæ An. & ibi retractari per resti. in integ. si omissum est instrumentū vel aliquid pro fisco faciēs, ex quo probari poterat ipsius fisci intentio vel exceptio ff. de re iudi. l. Imperatores. licet nulla fraus vel præuaricatio interuenerit Dy. & ibi post id tempus. s. triennij. & subaudi retractari posse, & sic perpetuo qn fraus vel præuaricatio interuenerit pecunia mediāte. Sed si gratia vel ambitione, dic retractari post quadriennium vt notat hic Dyn. In glo. 1. ibi. ff. de iure fisci. in glo. eaibi §. Diuus. & idē si absens sit procurator fisci ar. ff. de va. & extra. cog. l. 1. §. aduocatos & not. in §. Diuus. alleg. in glo. Doct. Secus in priuato, s. de postu. l. velamenta. de Stenis. firmatur quia est ipso iure nulla. Odoff. In ea. glo. ibi restitutione, & est diuersitatis ratio in-
2 ter omiſsionem instrumenti & absentiam aduocati, quia defectus aduocati concernit totā causam,[a] & quamlibet eius partem, cum nulla causa fiscalis sine fisci aduocato valeat vt. s. Diuus. & ibi not. in glo. all. Sed tamen defectus instrumēti non quamlibet causam ꝯcernit cum sine instrumentis causæ multæ terminentur. C. de rei ven. l. cum super & l. indicia & de fide instru. & iure ha. fis. l. & si instru. Item ꝯ quamlibet partem causæ cum sufficiat in vna parte produci quære etiam. ff. de car. edic. l. 1. §. 1 & si quis. Doct. in e. glo. ibi. l. Imperatores. idem si omissi sint testes, vt hac. l. quæ loquitur generaliter arg. s. de fide instru. l. in exercēdis. ff. de fide instr. l. 1. Ferrariæ & Rauēna, & ibi quia respon. vt ibi nota. & hæc vera quādo sine facto aduersarij. Si autē per factū aduersarij omissum fuerit instrm tunc potest retractari ēt in priuato. s. de trāsact. l. sub prætextu, & hæc locum habent in instru. omisso nondū producto. Si aūt quæras an posset snīa retractari prætextu instrumēti iam producti, tunc aut fuit quæsitū de fide

ADDITIO.

a Causam. Adde an expectandus sit aduocatus partis qui est propediem venturus Bart. & Alex. in l. si longius ff de iudic. eundem Bart in l. 1. ff. de vaca mu. & in l. si votus §. fi. ff. de iour. vide late ficu. in c. quod super his extra. de voto. Et an talis absentia sit iusta causa dilationis petendæ not. Bald. in sua Marga. in ver. dilatio. versic. 1. Inno. in c. 1. vt lit non contest. Lanfran. de Oria in repe c. quoniam contra falsam in versic. dilationes de proba.

fide instrumenti & tunc non retractabitur supra de fide instr. l. fi. aut non fuit quæsitum de fide instru. & tunc aut loquimur in maiore & tunc si iudex tulit sententiam non prætextu illius instru. sed alia de causa, tunc nõ retractabitur. Secus si prætextu dicti instrumenti vt supra si ex fal. instr. l. a. & l. falsam cum ibi nota. Aut loquimur in minore, & tunc ipso iure est nulla. supra si ex fal. alle. l. 2. & fi. quæ sic intelligitur per glo. C. si ex fal. instr. l. a. Doc. In ea glo. ibi constitit & supra quãdo prouo. non est. l. venales. ibi in ecclesia vt in authentica de non alie. § si minus. & hoc ideo qa

a respublica, & minor, & ecclesia equiparantur,[a] supra de sacrosan. eccl. l. fi. infra de iure reipublicæ. l. rem publicam Bart. In glo præuaricatio ibi l. si expressim, vbi tenet gloss. quód ex antiquis actis agetur & fidem facient in nouo iudicio sic not. supra de testi. l. fi. super verbo, mouentium, pro quo. l. penultima in fi. supra de arbi. contrarium no. ff. de re iudic. l. cum quærebatur: nam finita prima instantia nõ valent prima acta per gl. & Are. & Dy. no. ff. iud. sol. l. a. ff. de iureiu. l. sed si possessori in fi. cum gloss. pro quo. ff. de excu. tut. l. spadonem. §. qui absolutus. & no. supra de iudi. properandũ. §. fi. & ibi per Cy. super verbo iudicii & §. & si quidem in gloss. vt non teneatur & ibi per Cy. Sed dic quód inter diuersas personas non est procedendum ex primis actis vt d. l. sed si possessori in fi. & dic easdem psonas actoris & rei: nam licet iudex alius sit, tenent tamen prima acta vt no. ff. de iudi. l. mortuo. inter easdem vero personas si processus sit finitus deficiente solemnitate iuris, tunc ex eisdem actis est cognoscendum, vt no. dicta. l. si expressim. & ibi scripsi. quia non videtur finitum, quod inutiliter est finitum. ff. de auctoritate tutor. l. 2. Si vero processus & sententia tenuerint, sed ex aliqua causa est iterum cognoscendum, tunc prima acta sufficient, cum sortita fuerint ritum effectũ vt in gloss. l. cum quærebatur. & vide quod no. supra de eden. l. 2. Docto. & ibi per Cy. & supra de

b re iudic. l. gesta.[b] In glo. fi. de priuileg. credi. l. 3. in glo. cum potuerit. ff. iudi. sol. l. cum res alias incipit, cum lite. & ibi per Dy. & extra de elect. capi. dudum. Dic aut loquimur in casibus in quibus sententia est ipso iure nulla, & dic vt l. si vt proponis. supra quomodo, & quando iudex. & examinaui in l. cum quærebatur. ff. de re iudic. & ibi plene. Aut loquimur in casibus in quibus sententia rescinditur per restitutionem in integrum. & tunc videtur iudicandum ex eisdem actis: nam per restitutionem restauratur prima instantia. l. 1. supra si aduersus re. iud. Barto. In ea gl. ibi agetur scilicet, quando petet sententiam reuocari

5 Odoff. Et ibi procuratorem vel aduocatum vel iudicem ambitionẽ vel gratiã facientẽ Odoff. & ibi imperatores. & dic vt ibi & per la. & per Cy. C. si tu. vel cu. inter. l. etiam in fi. & supra de iudi. l. properandum. §. fi. & l. imperatores vbi videtur gloss. dicere quód sic. ad quod ff. de mino. l. cuius mandato. de dolo l. & eleganter. §. penul. & fi. supra de. conue. fis. de. le. 2. quod potest esse verum si agatur ad pecuniam. Si autem ad speciem tunc non, quia illã nõ posset a procuratore recuperare qđ esset absurdũ. ff. sol. ma. l. si filio. §. 1. ad qđ supra de iud. l. pperãdũ. §. fi. i. sicto s. si tu. vel cu. inter. l. 3. ĩ scđa solutiõe gl. Be. Deucio Ia. Rebuff.

ADDITIONES.

a Equiparantur. Adde an semper æquiparentur. & in quibus. Spec. in titu de loca. §. 6 versic. 15. ad no. Ioan. de Imo. & Ab. in c. inter monasterium. & Ioan. in c. cum Bertoldus. extra de re iudi. imo est ecclesia in certis casibus plus his priuilegiata quos vide in cap. & ibi de San Geor de resti. in integ. lib. 6. & gloss. & Docto. Bald. in l. generaliter in princi. supra de re. credi. Idem in cap. 1. §. Item sacramenta in 3. colum. de pa. iura. fir.

b Gesta. Adde Bart. late discussisse istam materiam in l. 1. in 1. colum. in fi. in versicu. oppono acta facta quorum bono cum dem in l. is apud quem in 4 colum in princip. versicu. quæritur glo. & ibi late do. meum do. Iaso de May in 14. colum. versi. secundus casus supra de eden. Adde ibidem. Bald. in 5. colu. versicu. venio ad secundam partem. & Alex. in l. a ff. iudi. sol.

De bonis vacantibus & de incorporatione.

Rubrica.

In rubro ibi, incorporatione, idest apprehensione & reductione in fiscum. videlicet per quos, & qua forma fit uetur quando refertur, quomodo de hoc in l. fi. & quando non refertur quæstio de hoc in l. 3. Dy.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Fiscum multi excludunt a bonis vacantibus.*
2 *Aditio an sit necessaria ad bonorum vacantium acquisitionem in fisco: & quid in priuato.*
3 *Acquirũtur vtrum bona a priuato nisi corporaliter apprehensa possessione.*
4 *Ciuitates Lombardiæ præscripserunt merum imperium.*

Scire debet. Casus. Bona vacãtia dẽnt ptinere ad fiscũ nõ ad ciuitatem, etiam si de hoc habeat priuilegiũ ad eius postulationem impetratum, vel sic & melius, ciuitates nõ succedũt in bonis vacãtibus & si occupauerint, auferunt ab eis. hoc dicit Bar. In tex. ibi scire debet. s. ad hoc vt bene possis exercere seruitium tibi cõmissum Dy. Et ratio dubitandi potest esse in hac. l. quia ciuitates sunt priuilegiatæ regulariter vt aliæ res publicæ s. de sac. sanc. l. fi. ideo videbant succedere vt fiscus. Itẽ quia admittunt ad receptionẽ vectigaliũ vna cũ fisco. supra de vec. & co. l. fi. Sed ratio decidẽdi fuit, qa habent loco priuatorũ. ff. de vet. sig. l. cũ qui vectigal. & ideo excludũtur, vt priuati licet habeãt priuilegiũ ad earum postulationẽ cõcessum, nõ ob. l. fi. supra de sacrosa. eccl. quia loquitur in certis casibus, vt ibi no. nec ob. l. fi. supra de vectiga. quia ratione soli ꝙ est in ciuitate vbi merces reponebant, præstatur vectigal. & ideo admittitur ciuitas in certa parte vt no. ff. de publica. l. 1. circa prin. circa fi. gl. Cal. Et ibi grauitas in bonam partem sic. ff. de offi. præfec. præto. l. 1. §. 1. ibi & grauitate &c. Odoff. Et ibi intestatorum, quod pluribus modis contingit. vt instit. de hære. quæ ab intesta. defe. in princip. ibi res idest bona, hærede etiam succedente ab intestato iure prætorio Dy. Et ibi nec ciuitates subaudi. ex quibus sunt tales defuncti. vendicandarum subaudi rerum vacãtium Odoff. intestatorũ. s. morientium sine legitimo hærede Odoff. Ciuitatibus idest ad ciuitatũ vtilitatẽ Dy. obtẽtu. i. occasione, Odoff. priuilegiorũ ad eorum instantiã concessorũ, Dy. In glo. 1. ibi. § Diuus, alias incipit vacantium. In ea. glo.

glo. ibi substituti, subaudi excludunt fiscũ, Odoff.
& ibi. l. vacantia. Item infinitæ personæ exclu-
dunt fiscum in authentica de hæredi. & fal. §. si
1 quis autem non implens, & § si dominium re-
rum, vel potes dicere, quòd dominium perti-
a neat ad fiscum aditione præcedente, [a] saltem
per procuratorem fisci arg. ff. de offic. procurat.
Cæsa. l. 1. in fi. & hoc videtur verius & no. in §. an
bona. In glo. alleg. Odoff. Et dic ꝙ interdum ac-
quiruntur bona ex vltima voluntate, & tunc dif-
fert fiscus à priuato quantum ad substantiam ac-
quisitionis in tribus: primo quia fiscus potest
adire per procuratorem, quod non potest pri-
uatus. ff. de acquiren. hæred. l. per procuratorem
iuncta. l. sicut. & quasi per totum, supra de offic.
procur. Cæsa. secundo quia fiscus aditam potest
repudiare, quod priuatus non potest. ff. de offic.
procu. Cæsa. l. 2. iuncta. l. sicut, & quasi per totum
supra de repudi. hæredi. Item quia fiscus cadu-
cam siue non aditam transmittit, quod priuatus
non potest ff. de leg. 2. l. quod principi. iuncta. l. 1.
§. in nouissimo, supra de caduc. toll. Sed in qua-
2 litate, & in modo non est differentia quia in pri-
uato acquiritur aditione, sicut in fisco vt l. cum
hæredes ff. de acquiren. hæredi. iuncta dicta l. 1. in
fin. interdum acquiritur inter minimos, & tunc
est differentia, quia fisco acquiritur dominium
sine traditione arg. huius l. & ff. de iure fisci. l. Im-
peratores, & l. 1. §. an bona. & supra de publi. l.
commissa. Secus in priuato. supra de pact. l. tra-
ditionibus. ff. de rei vend. l. si in rem, & intelligo
quòd datur rei vendicatio, si præcesserit hæredi-
tatis aditio facta per procuratorem Cæsar. not.
ff. de iur. fisc. l. 1. § an bona iuncto. ff. de offic. pro-
3 curator. Cæsa. l. 1. §. fi. In possessione autem dic
quòd non acquiritur nisi corporaliter appre-
b hensa, [b] vt not. ff. pro so. l. cum duobus. §. idem
respondet alias est. l. per se. & incipit si fratres, de
Deucio. Et ibi. § an bona. vel melius dic præce-
dente aditione, vt ff. de offic. procura. Cæsa. l. 1.
§. 1. in fi. & l. 2. & not. in. §. an bona. hic alleg Sce-
nonis. In ea. glo. ibi §. Dynus habet. verum est in
bonis vacantibus: secus in iam incorporatis:
quia tūc demum spacio quadraginta annorum.
vt l. omnes, supra de præscript. triginta anno. Et
dicam in vacantibus hanc glos. veram, quando
sine titulo possidentur: alias idem in fisco, quod
in priuato secundum Dyn. ff. de vsucap. l. quam-
uis, & not. C. de quadri. præscrip. l. 1. in prima gl.
res autem quæ sunt in vsu publico, nullo tem-
pore præscribuntur. vt l. viam publicam. ff. de
via publica. Petrus de Serueria. Et ibi præscri-
prio, hic verum quando bona vacantia possi-
dentur sine titulo: alias si possidentur tit. & bo-
na fide præscribuntur, & vsucapiuntur tanto
tempore quanto contra priuatum. ff. de vsucap.
l. quamuis. & no. in l. 1. supra de quadri. præscrip.
Dyn. in gloss. antepenult. ibi, eadem ratione, &
4 etiam consuetudine, cum ipsæ etiam ciuitates
maxime Lombardiæ præscripserint merum im
perium, quod est maius in authent. de defenso-
ciuit. §. nulla. in fin. & videtur casus, infra de di-
uer. offic. l. viros, lib. 12. cum ibi dicat pote-
statem præscribi. & potestas est merum impe-
rium. ff. de verbo. signific. l. potestatis verbo. de
iurisdict. omn. iudi. l. imperium. de Serueria. Dy.
Iaco. Rebuffi.

ADDITIONES.

a Præcedente. Adde ne fallare quòd fiscus tenetur adire bo-
na vacantia, si adit vt hæreditatem, & ita intelligantur iu-
ra dicentia fiscum debere adire bona vacantia, ita nota. Spec.
in titul. de instru. edi. § compendiose latius Bart. in l. 1. §. an
bona. ff. de iure fisc. per l. commissa quam ad hoc alleg. ff de
publi. idem tangit ipse Bar. in. l. sicut §. 1. ff. quod cuiusque
vniu. no.
b Apprehensa. Et idem dic esse iuris in fisco. non enim bono-
rum vacantium possessio transit in eum sine apprehensione.
not, late, & sing. Bal. in c. 1. quid sit inuestitura vsi. feud.

LEX II.

SVMMARIVM.

*1 Ingressi monasteria, an se & sua monasterio dedicare in-
telligantur.*
*2 Castro dato per Principē, videtur iurisdictio meri imperij
esse donata.*
*3 Aduocatus, si impetrauit a iudice vt possit dicere vnum
verbum, potest adhuc infinita dicere.*
*Verba, integro statu, in contractu vel vltima volunta-
te posita, quid importent, & num. 4.*
*5 Adiacentia alicui rei quæ esse dicantur ad hoc, vt ve-
niant cum alienatione ipsius rei.*

Si quando. Casus. Si Imperator dat
possessiones cum integro
statu, omnia videtur concedere, quæ continen-
tur nomine iusto. hoc dicit Dy. vel sic & melius,
si res conceditur integro statu per Principē, in-
telligitur cum pertinentiis, & omni iure suo, &
instrumentis, & omnibus etiam fructibus, qui in
ea sūt, hoc dicit. Vel breuius beneficia Principis
sunt latissime interpretanda. In ista. l. potest esse
ratio dubitandi ex. l. cum debitor. §. fi. ff. de pro-
batio. & donatio est stricti iuris & condictio ex.
l. quæ pro ea competit, vt supra de donatio. l. si
quis argentum. §. sin autem, etiam quia non re-
peritur in. §. in bonæ fidei instit. de act. sicque vi-
detur stricte interpretanda. Sed ratio decidendi
fuit ex. l. fi. ff. de consti. prin. & hoc operatur ver-
bum, integro statu, hic positum. An. In tex. ibi si
quando no. ꝙ priuilegia sunt latissime interpre-
tanda, vt. ff. de consti. prin. l. fi. & ad hoc sępe alle.
1 Et ibi annorationes idest priuilegia sine stipula-
tione. Dyn. Coll ge arg. ex hac l. an ingressi mo-
a nasteria se & sua Deo dedicant, [a] & videtur ꝙ sic
supra de sacros. eccl. auth. ingressi. Tu dic, ꝙ aut
statim fecit professionem, nec vult acerbitatem
religionis experiri, & tunc ipso ingressu se dedi-
cat & sua: alias si velit experiri ordinem sm lu-
ra nostra infra terminum, vt in auth. de mona. §.
scimus. Et tunc. ī. tempus professionis non sunt
bona dedicanda: quia non est ibi causa perpetuo
morandi. ar. l. si chorus. §. 1. & l. si fundus legatus.
ff. de leg. 3. & ff. de cap. l. nihil. & de reli. l. diui fra-
tres, & C. de religi. si necdum: quia tunc verè di-
citur ingressus cum exire nō potest sicut & pos-
sessio tradita reuocari pōt. ff. de acq. poss. non vi-
detur,

ADDITIO.

a Dedicant. Adde qst. istam late discussam & decisam per Bar.
in alleg. auth. ingressi. in 3. q supra de sacrosan. eccle. Bal. in l.
si nondum. supra de fur. Paul. de Cast. consi. mihi 305. Bar in
auth. si qua mulier, supra de sacrosan. eccle. Panni. & Doct.
in. c. fi. de successio. ab intest.

detur. & de act. empt. l. 3. in princ. cum ibi nota.
2 An. de Bar. Item collige arg. quòd si castrum datur à principe, videtur iurisdictio meri imperij
a esse donata,[a] argum. ff. de offic. eius cui man. est iurisdi. l. 1. in fi. de iurisdict. omn. iudic. l. 2. An. de Barulo. Et pro hoc facit. l. fi. ff. de constit. princ. & l. 1. § cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. Bart. & ibi scripsi, quòd non haberet dubium, si dedisset castrum cum territorio: argum. ff. de verbo. signific. l. pupillus. §. territorium. Pet. de Mor. contineant, subaudi hoc quod sequitur. Dyn. in-
3 tegro, verba rescripti. Et ibi hoc verbo, not. pro aduocatis qui dicunt frequenter iudici domine audiatis me: quia vnum solum verbum volo vobis dicere, & tamen post dicunt infinita verba: sed ipsi intelligunt vnum verbũ, id est, vnum factum volo proponere. Odoff. & ibi vis, id est, virtus seu effectus vltimus, id est, iste sensus, & ea potestas. Odoff. & ibi scribebamus, scilicet, alicui concedendo in priuilegium. Dyn. & ibi adiacentibus, scilicet ad illorum prædiorum culturam deputaris gratia perpetui vsus, alias secus. ff. de leg. 3. l. si chorus, & l. si ita legatum. Dyn. instructum subaudi, vt idem importet, quod legatum fundi instructi. An. de Bar. possessionis, scilicet patrisfami Dy. tradẽda, scilicet ei ad quem possessio donatur. Super tota l. quæro si ista verba poneretur in contractu vel in vltima voluntate, quid importarent. Respon. vt puto idem, quòd si legaret fundum instructum. argu. l. sæpe. §. fina. & l. prædia. §. ita legatum. ff. de fundo instruct. sed hic comprehendit plura quæ appositione instrumenti etiam non comprehenderen-
4 tur, vt hic patet: & fit largissime, vt not. in l. fi. ff. de constit. princ. & de regul. iur. l. in testis. Bar. In glo. 1. ibi priuilegia, scilicet proprio motu concessa. supra de diuer. rescript. l. si. cum ibi notatis. In ead. glo. ibi. infra de agri. & man. vbi etiam proprio motu principis non valet cõcessio colonorum facta iure venditionis, nisi alius sibi similis societur. Sed dic quòd ibi est ratio, ne ille aliis colonis propter dissimilitudinem molestus existat. ff. de offic. procurat. Cæsa. l. fi. vel solue vt Inno. extra de dona. cap. cum dilectus. vbi dicit, quòd principis priuilegium latissime interpretatur contra ipsum principem concedentem. Sed inquantum alius læderetur: intelligitur stricte, vt l. contraria, & l. 2. §. merito, & §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. pu. Bart. magis tamen videtur contra. infra de fun. rei priua. l. fi. lib. 11. Sed dic quòd ibi est ratio: quia iura imperialia, sicut est canonis præstatio: non possunt sic priuato remitti: vt ibi, & supra de præscrip. triginta annorum. l. comperit. & infra de fundi. patri. l. fi. §. fi. vel verbum, integro statu, tollit contrarium Ber. de Deucio. Sed primum videtur verius ꝙ talia iura imperialia per talia verba, integro statu, &c. ne videantur remissa. vt in cap. 1. de ca. qui curiam vendi. in feudis, & de feu. de. mili-
5 conditio. sa. cap. in generali. In glo. quæ est super verbo cum adiacentibus ibi, vt subiicit quod intellige si sint ibi gratia vsus perpetui: alias non
b venirent.[b] ff. de legat. 3. si fundus legatus, & l. si chorus §. 1. nec his verbis debebunt instrumenta aliorum prædiorum, nec pecuniam collectam à nominibus. ibi posita. ff. de lega. 3. si mihi mensa. An. de Barulo. In ca. glo. ibi. vel similia quæ semper in instrumentis ponas & menti habeas. An. & hæc sunt verba optima, & non obliuiscaris. Dulius. In eod. glo. ibi vel fundi, scilicet donati, secus de aliis instrumentis, vel cartis aliorum prædiorum, &c. vt scripsi in præcedenti gl. in princ. An.

ADDITIONES.

a Donatá. Adde Bart. in l. 1. §. 1. in 1. colum. versic. ex hoc collige. ff. de offic. præfect. vrb & in l. 1. & ibi Alex. in vlt. colum. versic. ex hoc sequitur ff. de iurisdictio. omn. iudic. Dy. in l. 1. § damus, de suspect. tuto. Adde Bal. in l. prouil. in 3. col. versi. sed nunquid vendita cum supra de condit. inser. eundem in l. pen. versic. ex his conclude. supra de bo. quæ libe. & in c. 1. §. item si quis. in 1. colum. versic. secundo quod ille in tit. qui. mo. feu. amit. in vsi. feu. Quod tamen intellige de iurisdictione quæ describitur a territorio. non autem de ea quæ esset alicui in priuilegium personale concessa. vt per Bald. vbi supra, & Fels. in c. Rodulphus. 11. col. versic. proprietatis vero. de rescript.

b De quod non venirent in donatione domus talia in domo existentia nisi ipsi essent affixa. vt not. Ducto. in l fi ff. de supel. lega flo. in l. sed & si quid §. proprietatis. ff de vsufr. nisi esset legata vel donata instructa, vel nisi se aliter consuetudo haberet. vt ibi per eos, & in l. fundi. de act. emp. Adde tamen quòd si domus propter delictum confiscaretur esset secus not. fin. Bal. in l. 3. in 2. colum. versic. vnde si statuto cauetur, supra de incest. nup. quod tamen Bald dictum Bar. aliqualiter limitat. in l. fi. ff. de supel. lega. & in l. 3. in 2. col. versi. & prædicta facient. supra de nauti. fœno.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus bonis debet facere inuentarium.*

Si quando. Casus. Si res aliqua deferatur in fiscum primo debet examinari per procuratorem Cęsa. postea debet incorporari per procuratorem fisci, & tituli in eis sine auctoritate superioris nullo modo debent scribi, & contrafacientes grauiter puniuntur. hoc dicit Bar. Hic dicitur per quos sit incorporatio facienda, quando non refert quomodo & qualiter. Postea imponit pœnam non seruantibus formam hic positam. Dy. in tex. ibi per comitem, id est, per procur. Cæsa. vt supra vbi cau. fis. l. si quid aduersus, cum glo. & infra de com. rer. pri. l. 1. Dyn. Licet aliter glo. intelligat, & ibi per rationales, id est, procuratores fisci. Dy. & ibi incorporatio: quia talia bona incorporabuntur in bonis imperatoris. Et ideo dicitur incorporatiõ. stilus, id est, scriptor. Dy. vel dic. id est, scriptura inter alias res fiscales ascribat Dy. & ibi tituli, id est, signa quæ debent in bonis confiscatis Dy. proponantur, id est, scribantur secundũ primam positionem: vel dic signa apponantur secũdum secundam. Dy. supplicijs. s. capitis sic infra de his qui ex pu. co. l. fi. vel dic vt infra l. fi. in fi. Dy. subeundis arbitrio iudicis. ff. de pœnis. l. sanctio legũ Cal. huius. s. præceptum. propria. i. propria auctoritate vsurpatione in mala parte. inf. de cano. fru. vr. ro. l. fi. In glo. 5. ibi. l. 2. est enim rationalis cõmune nomen ad procuratorem Cæsa. & fisci, vt dicta l. 2. & 3. supra de modo mul. & supra vbi causæ fisca. l. ad fiscum. & l. nullum. Hic tamen
1 ponitur pro procuratore fisci. Dyn. & ibi Cæsa. imo fisci. Dyn. In glo. 7. ibi. l. si quis intra. & sunt ista argu. quòd curator datus bonis debet facere

inuen-

a inuentarium, ᵃ & arg.l.si quis, hic alleg. & ff. de
bon. aucto. iudic. possi. l.fi. & de ven. in poss. mit.
l. 1. §. penult. in fi. Ang. de Barulo. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Inuentarium. Adde Ang. idem tenentem in auct. vt lice. ma. & auie. in princ. col. 8. Spec. in tit. de instr. edi. §. nunc vero aliqua. versic. sed an teneatur inuentarium. Imo etiam obstat ei exceptio non confecti inuentarij. Ita not. fio. Bal. in auth. sed cum testator. supra ad leg. falci. & Spec. vbi supra. §. 18. Abb. in c. ex parte. el 2. de appel. & consi. 52. incipi. præfatos. & Alex. cons. 52 vol. 4.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Successorium edictum hodie an habeat locum inter agnatos, & cognatos.*

Vacantia. Casus. Bona vacantia debēt
pertinere ad fiscum. Tunc
demum cum certum est de iure nullum existere
successorem hoc dicit Dy. In textu ibi vacantia.
& posuit esse ratio dubitandi in hac. l. quia videbantur
ista bona vacantia concedi cuilibet occupanti.
argu. ff. pro derelicto. l. 1. & per totum.
Sed ratio decidendi fuit, quia vacabāt citra domini
voluntatem, & post mortem ideo succedit
fiscus in subsidium alterius legitimi successoris
cum interest nostra habere hæredem. ff. de interrogo.
act. l. & quia Doct. in glo. 1. ibi de facto,
id est, de proprio facto. Dy. in ea. glo. ibi soluendo,
& certum est nullum existere successorem,
vt hic dicit. l. ista. Dy. Et ibi, an bona. vel dic melius,
vt ibi not. & supra eo. l. vna. super verbo ven
1 dicandam. Odoff. de Ste. In glo. 2. ibi vel superiori:
& ij in infinitum. in ea. gl. ibi & vxor quod
a potest esse verum in transuersalibus ᵃ institu. de
legi. agna. succes. §. fi. & in ascendentibus vero, &
descendentibus dic secus, cum illi intelligantur
in infinitum. ff. de in ius voc. l. quæq; §. parentes
de verb. signif. l. libero. Guil. de Fer.

ADDITIO.

a Transuersalibus. Adde quod successorium edictum habet hodie locum inter cognatos, & fiscum excludit. not. glo. est no. in l. post consanguineus in verbo, defertur, & ibi Bartol. in princ. ff. de suis & legi. allega. & sequitur eam Bald. in l. si ex persona. versic. quæro vtrum si ex successorio supra de fideicommis. Idem in l. si quis posthumos §. si filium in vlt. col. in princ. versi secundo quæritur, & ibi late per Doct. Alex. in 5. col. versic. quid autem in querela. cum multis concor ibidem per eum sig. ff. de liber. & posthu. alleg. Bald. tex. insti. de legi. agna. succes. §. placebat.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Iurare vtrum teneantur publici administratores, & quale iuramentum præstent.*

2 *Curator ad certam rem vel litem datus an teneatur inuentarium facere.*

3 *Extraordinaria pœna imponitur, cum non est per legem certa statuta.*

4 *Fiscus si agat contra aliquem dicendo rem petitam ad se pertinere, procedetur per inquisitionem.*

5 *Copia actorum an sit danda inquisito, & quorum.*

Si vacantia. Casus. Quæ forma sit ser
uanda in apprehensione
bonorum vacantium dicit primo, secundo ponit
pœnam officiali, & præsidi, & fisci patrono,
qui circa præmissa in fisci dispendium aliquid
commiserunt. hoc dicit Dyn. vel sic & melius.
In prouinciis vbi non est procurator Cæsaris de
principis curia certi officiales destinantur, quorum
sollicitudine bona vacantia sub præside inuestigantur:
& de his inuentarium conficitur, &
Principi scribitur, & committens fraudem hic
pœna inserta punitur, hoc dicit Bar. Primo ponit
dictum. Secundo illud extendit. Tertio ponit
fraudem committentis. Secūda ibi, quæ forma.
Tertia ibi. nam si quid. Oppo. quòd hoc
facit coram procuratore Cæsa. supra eo. l. si quādo
sol. & glo. ibi, quòd hic loquitur. quādo quæstio
refertur ab aliquo: ibi quando à nullo: quòd
non placet: quia est contra tex. hoc est iure id
possidere vel vendicare. In tex. ibi ad ærarium,
id est, ad thesaurarium. Prohibeantur subaudi,
& his fiat controuersia vt differat. l. 3. supra eod.
Dyn. Electi, scilicet à Principe qui eligit vnum
de militibus sui palatij ad istud faciēdum, quod
sequitur. Sieno. & iureiuran. idem credo in omnibus
punitis reipublicæ, si non habeant administratorem
tantum publica auctoritate, vt authen.
vt hi qui ob. se pe. habere res mino. §. fi. siue
publica auctoritate & vtilitate, vt in authen. vt
iudi. sine quoquo suffra. §. fi. & in auth. iusiurandum,
quod præ. ab his per totum. de hoc dic, vt
not. infra de ero. mili. an. l. penulti. in princ. subditi
iurare debent in feu. qualiter vassal. in d. c. §.
fi. & not. ff. de regu. iur. l. non videtur. §. qui iussit.
1 Doct. obstricti. de officio suo bene gerendo, &
sic not. publicum administratorem debere iurare
sic in auth. iusiurand. quod præsta. col. 2. de
deu. & ibi committantur subaudi ad præsidem
prouinciæ, vbi sunt illa bona. An. eorum, scilicet
palatinorum. Et ibi data, publicauit enim
inquisitionem, si est aliquis qui velit contradicere.
An. reclamandi, id est, contradicendi vel
conquerendi Dyn. reclamandi, id est, tempus
infra quod de iure suo quis proponat, alias postea
non auditur, supra de ingen. & ma. l. dissamari.
& de re. pign. si eo tempore, quod est verum,
si tempore transacto, res fuit per fiscum occupata:
alias te non adhuc occupata post tempus
auditur. ff. de ademptio. legar. l. mancipiorum.
Odoff. & ibi iussu nostro subaudi, quod faciemus
per litteras nostras demum completis omnibus
supradictis, vt supra de iure fisci. l. prohibitum.
occupentur, & cum bonis nostris incorporentur.
Odoff. ærarij enim fisci. Dy. seruetur. not. arg.
2 qui tenetur ad litem tenetur facere inuentarium
contra glos. possiam in l. de creationibus supra
de epist. audien. & idem dico de curatore dato
ad vnam rem. per l. istam. & argu. l. & si ad spe-
a cies. ff. rem pu. sal. fo. ᵃ Sed dico sic. Aut illa res
debet

ADDITIO.

a Sal. fo. Dic quod quādo datur curator ad litem certam vel rem certam, tunc non teneatur talis inuentarium conficere, & ita est intelligenda gloss. in allegat. l. creationibus in ver. conscripto. ita tenuit Spec. in titu. de acto. ab vniuer. ver. puberes, & sequen.

debet adiungi cum aliis,& pro illa debet fieri in-
uentarium, quia eadem est ratio nc fraus &c. vt.
§.hine nobis in auth. de hæredi.& fal.& pro hoc.
C.de cura. furi.l.fi. Aut non debet adiungi: quia
datus tantum ad vnam rem vel litem, & tunc
habet locum dicta gloss. quia cessat tunc ratio
frau. &c. ar.l.adigere.§.quamuis.ff.de iur. patro.
& per hoc quæritur cum plures actiones alicui
competunt, & illis vti vult: tenetur eas nomi-
nare, alias non, arg. eorum quæ notantur. C. de
eden. l.1. Ber. de Deucio. Indignationem scili-
3 cet nostrã. punitur ergo extraordina. pœnà cum
non sit à lege determinata. ff. de effrac. l.1.§. ex-
pilatorum. Dy. Vel dic aut deliquerunt in bo-
nis fisco quętendis: & tunc in duplum punien-
tur. vt supra de iur.fisc. l.defensionis: aut in quæ-
sitis:& tunc in quadruplum, vt in eo.tit. l. quæ in
contractibus. Odoff. & de Deuc. patronus, scili-
cet, qui circa frandem fisci aliquid commisit
Dyn. Ih glos.4. ibi. de iur.fisc.l.defensionis. no.
4 ergo secundum glos. istam, quód si fiscus agat
contra aliquem possessorem, dicendo rem pe-
titam ad se pertinere, procedetur per inquisitio-
nem: ad quod facit l. ista. Sed contrarium cre-
do: nam in casibus fiscalibus ordo iuris debet
seruari, scilicet de conueni. fisc. debito. l. quo-
niam. ibi iuris ordinem &c. & infra tit. 1. l. pe-
nult. nec ob. l. ista. quia hic nullus apparebat le-
gitimus contradictor a principio. & hoc innuit
a verbum, vacantis, ar. supra l. proxima [a]. Et nota
ex hac l. casum, in quo præses inquirit: & sic fit
inquisitio de iure nostro. ad quod in l si quis alle.
& est alius casus ff. de offic. præsi. l. congruit. &
idem vbicunque aliquis sine accusatione puni-
tur tam de iure ciuili quam canonico. vt no. per
5 Roffre. in tractatu de inquisitionibus. Item no.
ex hac glo. quód cum fit inquisitio, facienda est
b copia parti [b] quando sibi præiudicatur ex ea vt
hic, data copia, &c. quia nulli est legitima de-
fensio deneganda. vt l. defensionis. supra de iur.
fisc. sicut vbi fit contra aliquem inquisitio, debet
citari, vt fit præsens in iuramento testium: &
det defensiones, vt expressum est extra de accus.
& inquisi. c. qualiter. §. debet. arg. ff de mino. in
causæ la 1. §. causa. & supra si per vim vel alio
modo. l.fi. An. In glo. quæ est super verbo, oc-
cupentur ibi. supra eod. l. si quando. Sed illa ob.
quia sine hac solemnitate fit ibi incorporatio.
Sed dic ꝙ ibi nulla fuerat quæstio, hic sic. Steph.

ADDITIONES.

a Proxima tene primam opin. per ea quæ no Bal. in l.1. supra de hære. vendi. & in cle. 1. supra de priui. fisci Specu. in tit. de re versi. item si fiscus. Adde opti. tex. & qui non potest cauillari. in l missi. infra de exact. tribu. eo. lib.

b Parti. vide late Bal. qui hoc tenet in terminis in l. 2. in prin. supra de eden.

De Delatoribus.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Concessa palam vel clam fieri non refert.*
2 *Spurio relictum an applicetur fisco, vel hæredibus.*
3 *Cautela vt incapaci possit relinqui.*

Si ei qui. Casus. Tacito capaci relicto fi-
deicõmisso cessat delatio. hoc
dicit Dy. In textu ibi capere tempore testamẽti
& mortis Dy. & dic capere. i. cum effectu acqui-
rere Dy. Et ibi potest: quia non ponitur prohi-
bitus de iure Dy. potest scilicet ex testamẽto re-
lictum. Contra. ff. de ritu. nup. l. fi. Sed ibi in pro-
hibitis hic in permissis palam cessat, & sic not. ꝙ
1 non refert concessa fieri clam vel palam, quæ-
dam tamen sunt ꝯcessa, quæ si clandestine fiant
non valent vt electio. & not. extra de clandesti.
despon. per totum. ff. de admini. tuto. l. non exi-
stimo. extra vt ecclesiastica benef. c. 1. ver. porro
& arg. supra de rescin. vend. l. penult. & ff. de ritu
nup. l. fi. quod dic vt ibi per Iac. Butri. & supra de
summa Trinita. l. 3. per Cyn. & ff. vi bono. rapto.
l. 2. §. antepenult. per Dy. Ang. Et ibi palam, not.
ergo non refert cõcessum fieri clam vel palam:
quædam tamen sunt quæ si clandestine fiant ha-
bent in se vitium, & si palam fiant non habent:
vel si habent non tantum. ff. de ritu nup. l. fi. & de
administ. tuto. l. non existimo. Ang. de quo per
Cy. in l. 3. C. de summa Trini. & per Iaco. Butrig.
dicta l. fi. Vt ista materia plene liqueat, dic quod
aut aliquis est rogatus restituere capaci, & valet
indistincte siue clam, siue palam fiat, vt hic, aut
est rogatus restituere non capaci, & tunc aut pa-
lam aut clam aut vtroque modo. Si palam va-
let, scilicet quantum ad hoc, vt non habeat lo-
cum delatio: vt dicta l. non intelligitur in prin.
non tamen valet quantum ad hoc, quód non ca-
pax capere possit, puta propter iniuriam libe-
rorum: vt quasi incestuosus, & tunc applicatur
hæredi: si est de liberis, alioquin aliis, supra de
incest. nup. l. si quis incesti. de na. lib. l. 1. Si autem
alia ratione non erat capax tanquam, quod non
scriptum remaneat penes heredem. ff. de his quæ
pro non scrip. l. si quis in metallum, supra de ca-
duc. tol. in princi. Si autem palam, & clam recte
idem, vt dicta l. non intelligitur. §. si quis pa-
lam. Si autem clam aut testator rogat de resti-
tuendo non capaci, quod erat hæredis, aut de
suo. Si hæredis, aut hæres non tantum habet à
iudicio testato. & bene valet ff. de iure fisc. l. ita
fidei. §. fina. Si autem tantum habet, non valet:
tunc habeat locum delatio. ff de donatio. cau.
mortis l. quod conditionis implendæ, & de con-
ditio. & demon. l. sed si hæc. §. 1. Si autem testa-
aut fideicommiss. effectum non habuisset: etiam
si iste fuisset capax, & tunc non habet locum de-
latio. ff. de his qui. vt indign. l. fi. Aut effectum
habuisset, & tunc habet locum delatio, & ma-
teria huius. l. ff. de his qui. vt indig. l. hæredem, &
l. in fraudem. ff. de leg. 1. in tacitis. Ber. de deucio.
Ad euidentiam huius. l. & tituli debes scire quód
quando relinquitur aliquid aliquibus, qui sunt
indigni, & illud siue relinquatur tacite siue ex-
presse: defertur in fiscum. Ita loquitur totus
titulus de his quibus vt indignis. ff. & C. maxi-
me, l. hæreditas. Et quod ibi nota. quandoque
relinquitur aliquid non capacibus, & tunc, si
aliquid relinquitur palam tunc non defertur in
fiscum. Est verum quód non valet relictum, sed
remanet apud eum a quo relinquitur. vt l. non
intelligitur. in princ. ff. de iur. fisc. & l. Lucius. §. fi.
ff. de leg. 1. Si vero relinquitur tacite tũc in pœ-
nam eius qui assumpsit tacitam fidem de resti-
tuendo

tuendo non capaci, bona deferuntur in fiſcum, vt d.l.uon intelligitur.§.1 ff. de iur.fiſc.& l.etiam
2 ad leg.fal.An autem iſtud quod relinquitur ſpurio palam, quòd debeat deuenire in fiſcum:vel
a remanet apud hæredes.[a] Dic vt l. 1. ſupra de naturalibus lib.& not.in l.hæreditas.& ibi dixi pleniſſime in l.fin.ff.de his qui.vt indig. Qui autem dicuntur non capaces hæredes, dic vt ff. de iur. fiſc.l.1.& not.inſti.de lega.§.legati.Bar.In glo.4. ibi ſtipendiorum, imo videtur ideo non poſſe deferre: quia vacare debent armis.ſupra de iur. delib.l.fi.in princip. Sed dic quòd illa non eſt ratio,nam idem in clariſſimis, & veteranis qui armis intendere non coguntur. Sed tamen propter honorem ipſorum hoc eſt,quia ſi ceſſarent in probatione efficerentur infames. vt infra eo. l. 2. 3. & 4. & ff. de iur.fiſc. l. 3. in princip. pe. de mor. Iſta quæ ſequuntur cadunt in gloſ. 1. in princip.In gloſſ. 1. ibi. §.ſui.& §. in extraneis.& not.ff.de hæredi.inſti.l.ſi alienum.§.in extraneis. Dy.in ea gl.ibi ſecundo.ſ. tempore mot. Dy.Et ibi §.incertis.immo.§.legarl.& not. ff.de iur.fiſc. l.1.in 1.glo. In glo.2.ibi.& non de ſuo,& hoc intelligo quando rogatus de ſuo nihil a teſtatore habebat; puta patronus in tertia inſtitutus. vt l. ita fidei.§.fi.alleg.in glo. Sed vbi aliquid a defuncto haberet,& eſſet rogatus reſtituere non capaci:puto quòd habeat locum hoc,ma.quia quantum de ſuo dat tantum minus videtur conſequi a defuncto de eo,quod ab eo habet.argum.ff.de conditio.& demonſtr. l. ſed ſi hoc ſpeciali. §. fi.
3 Bet.de Deucio.In ea.gl.ibi in tacitis. not. mirabilem cautelam, quæ abſtrahitur de iſta gloſ.q ſi quis non capaci vult aliquid relinquere, quod faciat de bonis hæredis non hæreditatis.& facit
b bene alleg.l.ita.alleg.in glo. Alaſardi [b] In glo.fi. ibi deſtructo.not.ar. a cõſequenti deſtructo Sed non procedit ab antecedenti deſtructo. vt l.eum qui in princ.ff.de publiciana.& ibi no.& in l.quidam tabularum. in princ.ff.de furtis.Rebuffi.

ADDITIONES.

a Hæredes Adde Bar. Bal.Pau.de Caſt.&Doct.in l.teſtamenti factio.& ibi Imo. & Doct. Lanc. deci.præceptorem meum. ff.de teſt.Pau.de Caſtr. Alex.& Do Iaſon.de May. etiam meũ præceptorem in l.ſi is qui ex bonis.ff.de vulg. & pupil.Barth. Cæpo.in ſuis caute.caute.38 incip nunc videamus.

b Alaſardi.Adde alias multas cautelas ad hoc per Barth. Cæpol. cautel 38. & per Do. Thomam de aduocatis de Brixia. moder. cautela.41.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Iudex mortuo vel abſente delatore an poſſit cauſam ad vtilitatem publicam pertinentẽ ex officio ſuo perficere.*

2 *Iuſſus ſuperioris excuſat ab infamia, & dignus eſt venia qui ſuperiori obtemperat.*

Monente. Qui de neceſſitate proſequitur delationem ab alio factã nõ patitur pœnas delatoris hoc dicit Dyn. vel ſic,qui defert ex neceſſitate officij vel ex præcepto iudicis pœnam delatoris non ſuſtinet. hoc dicit Bar. In tex.ibi monente,& potuit eſſe ratio dubitandi:quia licet ex ſuo officio debeat iſta facere: tamen videbatur ſaltem in aliquo puniri, ex quo non probat ar.infra.de decu.l. 2. Sed dic quod fuit ratio decidendi, quia alius detulit, & non ipſe. Item iuſſus ſuperioris a pœna excuſat. vt hic not.in glo. fi. Dy. Et ibi ſolicitudine ideſt cura.quia erat officialis. Inſtrueres ideſt ordinares vel proſequereris Dy.quæ ſcilicet acta cauſæ cal. precibus, ſubaudi. quas porrexiſti Principi intexra ideſt in libro principum ſcripta.Ea propter ideſt quia prædicta te induxerunt.Dy.in perſona ideſt ne pœna non probantium tibi imponatur.Dy.ſententiam.ar. præſtat hic.l. quòd vbi iudex alicuius loci procedit contra aliquem ex officio licet non probetur,non tenetur iudex ad expen.& ad idem.ff.de iur.fiſc.l. fiſcus in quæſtione.§. delatoris. & facit. l. 2.ſupra. qui accu.non poſ. hoc eſt verum ſi iudex haberet tales vehementes probationes, quòd haberet iuſtam cauſam procedendi.Et idem de notario petẽte ſcripturas ab abſoluto.arg.l.qui ſolidum.§.etiam.ff. de leg.2.& quòd not.in auth. de iudi.§. oportet. alias ſecus vt l.properandum.§. ſiue autem alterutra.ſupra de iudi. & quod not. per Ber.& Inno. extra de dol. & contum. cap.finem.reuocabit ſubaudi ne in aliquo puniaris, licet non pro-
a l.1. Rebuffi.[a] Super rubrica de anno. & tributis munerum patrimonialium quædā sunt ordinaria & quædam extraordinaria & quæ sint ista habetur. infra de vaca.pu.mu.l.1.ordinaria autem subdiuidunt, quia quædā sunt certa quo ad præstationem & modum præstandi, vt ea quæ indicuntur rebus vt tributa vt infra eadem.l.2. quædam ordinaria quantum ad præstationem non quantum admodum præstandi, vt sunt indictiones, qa certū est ꝙ præstant, vt qn̄ de quinquennio in quinquennium. vt infra tit. 1.l. 1. Illa etiā quæ quantum ad præstationem & modū præstādi sunt ordinaria subdiuiduntur: qa quædā sūt q̄ imponuntur principaliter personis vt capitatio vt infra ð capi.l.1.& infra ð censi.l.fi.§.di. Vespasianus, sed tributū quod imponitur prædiis multa noīa hēt, vt no. infra de censibus in rubr. & in gl.hic posita nota.do hoc, vt supra dixi de publi. l.1.§.1. vnde tributum omnia ista comprehēdit. Quoad extraordinaria aūt realia sunt duplicia. nam quædā sunt quæ præstantur rōne rei & hæc noīantur superindicta, quædā p̄stantur propter vbertatē, de quo dicitur, infra de superindictis. l. 1. alia quæ præstantur pro voluntate principis, vt pro natiuitate filij princip. de qua dicitur, supra de sacr.san.ecc.l.placet. & hæc inter se differunt

ADDITIO.

a Rebuffi. Adde de multiplici appellatione huius nominis tributum & quod illius veniat appellatione, & in quo ab annona cenm vectigal. collecta & reliquis id genus victa
1 not.per me.supra hoc tit.in 1. Addi.per Sal.in l.fi.sup.sine cēsu.vel reli. Alex.in l.rescrip.§.scien.de mu. & ho. Bar.in cons. incip.punctus q. talis est quidam Titius olim de Perusio.eūdem in l.a.ff.de iure imu Arch. & Io. An in Nouel extra de im mu.eccl.li o Bal.in l.neminem in ver.extra glo. supra de sac. sanc.ecc.latis.per Do.meum Do Iaso.May.in l.placet in 2.col lum.cum seq vbi quid sit collecta quid indictum quid superindictum quid munus mixtum quid ordinarium & quid extraordinarium supra eo. ti & Do.Ni.Boerij in lib.consu.bitu. in tit.consue feu.& recep.§ 17.in gl.a.

ferunt ſicut genus & ſpecies: nam omne ſuper-
indictum eſt extraordinarium. nam eccleſia non
excuſatur a munere ordinario licet a ſuperindi-
cto ſic in d.l. placet. Iacobus Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMARIVM.

1 *Collectas quæ perſonis pro rebus imponuntur, debet domi-
nus ſoluere non conductor, & quid ſi omnes fructus pœ-
nes colonum, puta quia dominus locauit fundum ad pen-
ſionem pecuniariam pauloante.*

Aes quidē. Caſus. Onus æris alieni eſt
perſonale, & ideo diuiditur
inter hæredes ꝓ portionib. hæreditarijs: onus tñ
annonale & tributorum eſt reale, & requirit poſ
ſidentem, vt prout quis poſſidet & fructus perci
pit oneretur. h.d. Bar. Dyn. & An. In tex. in prin.
iſtud quidem incidenter dicit Imperator. Odo.
Et ibi alienum. ſcilicet ex cōtractu, vel quaſi pro
ueniens Dy. & dicitur alienum quod alij debe-
mus. ff. de verb. ſig. l. cedere. §. alienum. doct. poſ
ſeſſiones. ſ. ex quibus debita debētur Odo. & ſic
eſt onus reale. vt l. imperatores. ff. de public. vbi
glo. tangit Bar. In prima gl. ibi, & ibi nota. vide
quod no. in l. a. in fi. ff. de prætor. ſti. & p Dy. in l. ſi
tibi homo. §. ſi fundus. In gl. 3. ibi, item hoc caſu.
vt ſupra compen. l. 1. An. In gl. quæ eſt ſuper ver
1 bo fructus not. bene hanc. l. quæ mirabiliter col
ligit ex l. iſta, ꝙ ſi aliquis locauit fundum ſuum
ad penſionem percipiendam in pecunia, ita,
ꝙ fructus omnes remaneant pœnes colonum,
ꝙ dominus ad tributa non teneatur, niſi conſue
tudo aliter ſe habeat: vt in gl. ſed ſi talis colonus,
vel conductor eſſet partiarius, tunc tenetur qui-
libet ꝓ parte, ſcilicet ſoluere talia tributa ſeu de
cimas, vt ff loca. l. ſi merces. §. vis maior, in fin.
& hoc niſi eſſet conſuetudo in contrarium vt d.
l. litibus. & d. §. Lucius. & hoc verum in onerib.
realibus. in collectis vero quæ imponuntur per
ſonis pro rebus eſt inſpicienda perſona, cui im-
ponitur. l. reſcripto, in fi. ff. de mu. & ho. & infra
eo. l. indictiones. & de mu. pa. ſuper rubr. & ſic il
lud inter hæredes diuiditur pro hæreditarijs por
tionibus Bar. has collectas quæ imponuntur per
ſonis pro rebus debet ſoluere dominus non cō-
a ductor,[a] & ſi illud conductor ſoluat computa-
bit domino, vt ff. de via publica. l. ædiles, ante fi.
Et hoc verum niſi ſit talis, qui iure proprio, ca-
piat fructus, vt vſufructuarius emphyteuta & ſi-
miles, tunc videtur teneri ad omnes indictiones
vt l. quæro. ff. de vſufru. le. pro quo. ff. de vſufruc.
l. hactenus. & l. ſi pendentes. glo. ſi quis cloacā.
Sed doct. dicunt, quod in illis collectis, quæ im-
ponuntur perſonis pro rebus vſufructuarius ſol-
uat pro extimatione vſusfructus & proprietari⁹
pro extimatione proprietatis, arg. infra de noxa.
l. ſi ex duobus. §. ſi plures. & de dam. infec. l. ſi pro
prietarius. ad municip. l. filius. §. idem reſpondit
& infra de mulie. & in quo lo. l. 1. cum ibi not. Et
eſt ratio, quia tales collectæ habent ſolui pro ſo
lido & libra. i. valorum bonorum cuiuslibet. C.
de ope. pu. l. omnes, pro quo. infra eo. l. indictio-
nes. l. fi. circa me. Iacobus Rebuffi comes legū.

ADDITIO.

a Conductor Et ratio eſt quia collecta eſt munus reale, vt no.
in l. prædia ſupra de fideicom. cum ſimi. ex quo infero quòd
collectæ ſolutio pro re aliqua probat illius rei dominium no.
Ange. & Bal. in l. n. in fine. ſupra de naui. ii. doct. in l. cum ſi. &
ibi idem Bal ſupra pro ſocio. idem in l. data in 16. col. ſupra q
accu. non poſ. Alex conſi. 14. vol. 4. Ang. in autheo qui. mod.
na. effi. ſui. §. ſi quis ſupra. col. 2. non tamen probat poſſeſſionē
not. Bar & doct. in l ſi pater. ſupra de act. emp. cum concor.
per eum alleg. Adde tamen, ꝙ collecta poteſt peti actione
perſonali & hypothecaria, vt not. Bal. in præalle. l. prædia. in
1. col. verſ. ſed quæritur cum collecta. ſupra de fideicommi. &
Spe. in tit. de loca. verſ. 18.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Collecta pro ſolido, & libra indicenda eſt.*

Indictiones. Caſus. Onera patrimo-
nialia quæ poſſeſſionib.
Indicuntur debent indici ſecundum modum
æſtimationis earum. Iſte modus ponitur, Infra
de ſuſcep. & at. l. modios in fi. hoc intendit An.
Vel ſic, & melius ad onera realia non tenetur qs
in pluſquam de ea re poſſideat. h.d Bart. In text.
1 ibi perſonis. l. non ſecundum perſonarum con-
ditionem. Odoff. ſolent, & ſic patet ex hac litte-
ra, quòd collecta eſt indicenda pro ſolido, & li-
bra. infra de apoc. pub. l. fi. de operi. pub. l. om-
nes. quod intellige, niſi inquantum ſit conſuetu
do in auth. de man. prin. §. coges. Si tamen eſſet
conſuetudo, vt vnus pro alio ſolueret, non va-
let nec debet ſeruari. infra de omni agro deſer. l.
hac diffinitione lib. 11. vt in auth. vt non fiāt pig.
In prin. colla. 4. & auth. habita. c. ne fili. pro pa ꝑ
doc. proſpiciet. ſcilicet ne conueniaris vltra mo
dum poſſeſſionum quas poſſides. Dy. & Iac. Re
buffi. In gl. t. In fi. de iſto multiplici genere mu-
nerum dicetur, inſra de mu. pa. ſup rub. Ia. Rebu.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Furti ſpecies eſt de alieno largiri: ob id præſes prouinciæ,
non poteſt facere gratiam de collecta. Et an fiſcus vel
alius, ibidem, & num. 2.*

Omnes penſitare. Caſus. Nemo
pōt tributa mi
nuere vel augere, niſi princeps Dy. In tex. pēſita-
re. i. ſoluere pēſiones, quæ. ſ. manus nſæ, genitiui
caſus, legationib. i. ꝑceptis ꝑ lr̄as factis aſcribūt. i.
in ſcriptis mittunt, alicui de nr̄o ꝑcepto exigēda
amplius q̄ ſolitū eſt ꝑſtari, remittēdi, exigendi. ſ.
extra ſolitū. Et no. ꝙ nō pōt aliqs collectā face-
re niſi princeps ſit. extra de excu. mu. Nā ſi quis
vicarius, mutat caſū in iſto verſ. remittēdū, ſub-
audi & remiſerit ꝯpellaſ. ſ. dare fiſco. Odo. ī gl. 3.
ibi in quadruplū. i. qñ exigit plus. In gl. 5. ibi reſer
uari. ſ. qd poſſit cōueniri. In e. gl ibi, cui eſt remiſ
ſum, dic in ſubſidiū ſi nō eſt ſoluēdo remittens,
1 Odo. Et ibi ꝑſes, no. ꝙ ꝑſes nō dēt facere gratiam
de collecta: qā ſpecies furti eſt de alieno largiri.
ff. d fur. l. ſi pignore. §. 1. In e gl. ibi q̄ eſt ꝫ. Sol. aut
a i⁹ fiſci ē dubiū: & tūc valet remiſſio.[a] ff. de fur.
l. inter-

ADDITIO.

a Remiſſio. Adde q̄ ſit nō diuerſitatis, quare fiſcus ius liquidū
in collecta nō pōt remittere, dubium aut ſic: qa remittere iꝰ
liquidū eſt dare, ita no. Bar in l. actione in 2. col. in fi. verſ. alij
ſoluunt ſupra de trāſa. & ita intelligit. l. peculium in prin. ver.
iꝰē not ff. de pecu. idem in l contra iuris poſt glo. & ibi Pau.
de Caſt. in prin. in ver. facere, & in l. tale. in prin. ff. de pact. la
tiſſime per Alex. in l. ſi mulier. vbi multa alleg. ff. de cond. ob
cau. quod non eſt exactor collectionū, vt plene hic per Bart.
& Spe. in ti. de remiſ §. 2. Zaba in cle. paſto. de re iudic. latiuſ,
per Fel. in c. cum Bertoldus in 6. col. de iudi.

l.inter dũ.§. qui tutelam,& d.l.præses. aut certũ est & tunc nondum quæsita potest remittere in sui præiudicium, dum ibi sit soluendo, vt hic & arg. sup. de vsu.l.aduersus. Sed si sit iam quæsita
a not. ff. de trans.l.nulli.de offi.pro.co.l.1.de decr. ab ordine fa.l.ambitiosa.de Deu.In ead.glo.ibi potest remitti subau.quod puto verum arg.sup. de mo.mul.l.fi.in fi.& l.illicitas §.fi.ff.de offi.præ si.infra.e.l.fi.ver. sed hi qui & ar. infra quemad. ad ciui. mu. iudi. l.fin.in ordinarijs autem dic ꝙ si sit munus indictum rei secundum. l. modios infra de suscep.nil valet remissio:quia ipso iure facta est pauperi.ff. de mu.& ho.l.cura extruendi § inops.infra de decu.l.nemo iudex.Si autem indicatur personis,pro rebus tunc potest remittere vt hac glo.& ff.de censi. l. forma.§. illam.& §.seq.& infra de censi.l.omne territorium & infra e.l.nemo in fi.Bert.de Deucio.In eadem gl. ibi eũ vt pater.& expone idest tanquam pater.& ff.de pac.no de marito.infra de mulie.& in quo lo.& Bar. ff. de impen.l.neq; stipẽ.& in additiõe scripsi.In additionibus fosso.5.tamen Bar.tenet in l.Lucius §.idem respõdit constante,ꝙ vir dẽt soluere collectas &c. & idem tenuit in l.prædiꝗ ctaneque stipendium & Specul.in tit. de censi. §.nunc dicendum.in fi.quartæ partis tertia particula.Iac.Rebuffi.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

Exemptus a præstatione munerum, an sit etiam exemptus, ab ordinarijs.

Omnes omnino. Casus. Nullus excusat a collecta ordinaria cũ nõ sit munus extraordinariũ. Bar. An. In tex. ibi oblationem. idest solutionem puta tributorũ de Sre. signatum. idest depositum. Dy & no. ꝙ illud dicitur munus ordinariũ quod l.imponitur Bar.vocare. idest in earum solutionem cessare. nam extraordinaria non tenent̃ soluere nisi essent auctoritate imperatoris indicta vt.s. de supindictis l.1. alle. vocare extraordinaria.idest eorum solutionem remittere Dyn. soluitur scilicet secundum formam,quę traditur.j. de suscep.& ar.l.modios.& not.in rubr.Dy. Per hanc,l. habetur quòd priuilegium quod conceditur excusato a muneribus:nõ porrigit ad mu-
1 nera ordinaria , pro quo faciunt iura in glosis huius.l. alle. Bar. nec etiam extraordinaria not. nõ vocatur extraordinarium quod solemniter fit & ideo doctor qui legit aliquem librum solẽniter qualitcunque sit hora nõ dicitur legere extraordinariè.An.de Bar. Nec Baccalarius dẽt dici legere extraordinariè, si legat hora quinta.dũ tñ solẽniter legat.ꝓ quo facit.j.ti.proxi.l.1. quia magis debet attendi cã quam nomen vt l. si cognatis.ff.d re.du.& maxime si quinta hora per superiorẽ hñtẽ ad hoc ptãtẽ,& cũ cã sit ordinata ar. infra de superindic.l.1. quæ causa,seu necessitas subest ꝑ raritatem audiẽtiũ & numerositatẽ baccalariorũ,q suos cursus in audiendo cõpleuerũt temporibus præteritis, quib' scholariũ erat magna copia, & sic ꝑ necessitatem hoc fit, qđ excusat ar.l.1.ff.de offi.consul.cum ibi not. Præterea quia soluunt vniuersitati ea quæ per alios baccalarios aliis horis legentes , scilicet ordinariis solita sunt solui:& sic si habent onus habeãt idẽ priuilegium quod alii arg. l.fi. ff. de testa.mili.& l.secundum naturam de regulis iuris. & ibi in ea dem ratio,& e.La Tuio. ff.de verb.oblig. cum simi.per hoc ff.de testa.mili.l.fi.& quasi statuta recipiunt interpretationem a iu re cõmuni.l.2. C. de noxa. sed de iure cõmuni non est differentia in horis ergo &c.in prohœmiis fforum.ver.quibus. sub §.sed quia.Iac.Rebuffi.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo circa tributa & illorum solutionem debet attendi, & ad plus tenentur qui multum possident, quam qui parum.nu.2.*
2 *Itineris est habenda ratio.*

Pro locis. Casus. Qui in vno grauatur in alio releuatur.hoc dicit.Dy.In tex.ibi pro locis,circa hoc dic, ꝙ aut limites sũt in alia prouincia ab illa,in qua tributa exiguntur & non dẽt quis portare tributa suis expẽs. argu. ff.de procur.l.sed hæ §.non solum. Si autẽ sũt in eadem prouincia tenet̃ portare vt hic. infra eo. l.nemo.si ergo vterque desert quia ambo sũt in eadẽ prouincia : tunc magis debuit propinquus quam remotus: Si autẽ nulla defert quia vterq; est de alia prouincia , tunc magis debuit remot' quam propinquus : quia plus fatigatur res publica indeferendo,ita intelligunt l.modios in fi.cũ glo.Bar.Et est ar.l.ista.& infra.e.l.nemo. & infra de suscep.l.modios.supra de iure emphy cusi.l.2. §.fi.&.16.quæstio.2.c. reuertimini & cad.causa. quæstio.7.c.decimas & ff.de consti.pe.l.item illa primo,& c.cum simi.& ff.de le. commis.l.fi.fundus in fi.cum sim.Ex quo infero ꝙ emphyteuta debet portare pensionem ad domum sui domini si sunt ambo de eodem castro vel villa alias non argum ff.de transac. cum hĩ. §.causa quod est verũ in vtroq; nisi aliud de vsu & consuetudi
a ne [a] sit obseruatum vel ex pacto inter eos habito in initio contractus fuerit conuentum ar infra de agri. & censi.l.litibus §.hoc de redditibus extra de cẽs.c.quãio.& c.ex parte & supra loca. & conduc.l.legem.& ff. de publ. & vecti.l.publicanus.& ff. de censi.l.forma.§.agri.& §.si nõ quis agrum qui est contra.alias enim emphyteuta nõ tenetur portare pensionem domino suo nisi ad expẽ.domini sui,vt hic. & l.nemo.& ff de operis libe.l.imponi.l.operæ.n.& l.pe.& ar. 12.q.2.vulteranæ. sed non vltra locum vbi ambo morantur. Nec ibi sit talis est cõsuetudo patriæ vt supra dixi, aliter sic.not. ꝙ plus debet grauari in collectis ille qui habet proximas possessiones, quam qui hẽt longinquas. Item not.quòd pro modo. posses-

ADDITIO.

a Consuetudine. Infero ex his dictis quòd consuetudo circa solutionem tributorũ ipsa quoad tributa attẽdatur, quod expresse tenuit. Bal.in l.3.in.2.col.versi. item in quibusdam. supra de nauti.fe.Spe.in tit.de nauti.fe.ver.1.in Spe.& ver.vlti mo quæritur. Et vtrum emphyteuta teneatur portare pensionem ad domum domini sui vide quod posui in addi.ad l.præ capitan fi.in addi.6 de can.largi ti.l.m illo li.

possessionis est onus Imponendum . vt supra co. l.indictiones.& infra de suscept.l.modios secundum dubium,& ibi annonam,idest tributum in annonam conuertendum Dyn. ad milites alias ad limites.In glo.1.ibi pro magnitudine locorum q.d. illi qui possident magna prædia plus debent portare quam qui possident parua,& intellige magnitudine respectu redditruum , vt l. fi. supra de alluuio. & palu.& ff. de euict. l. 1. Bartol. In secunda glos.ibi liminia.hoc vult dicere illa quæ sunt propie limina, quia minus grauantur in expen. itineris plus grauantur in portanda annona
3 & illi qui magis distant a liminibus:.quia plus grauantur in expen.itineris, releuantur,quia minus portant. quod est notandum pro grauaminibus ,quæ tota die inferuntur communitatib. vt minus grauentur, qui plus distant , vt sic ab onere itineris releuentur. nunquam tamen cogitur quis extra prouinciam portare,infra eo.l. nemo. Bart. Iacob.Rebuffi.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas in tributorum solutione seruatur . & in quibus etiam sit seruanda.*

Immunitatem an possint concedere ciuitates,a muneribus.

In fraudem. Casus. Rescriptum impetratum, ne quis teneatur soluere tributum,non valet.h.d.Dy. Bart.dic munera ordinaria. In tex.ibi elicitum. idest impetratum Dy. sortiri,nisi secunda iussio interueniat.nam tunc posset vt not.supra de peti.bo. sub lat.l.2.Dy.In tex.igitur,quia rescripti impetratio non tenet Dy.æqualis.nor. æqualitatem seruandam in solutione tributorum sicut in iudicijs, & in quibus causis seruatur æqualitas dic , vt infra de proxi.sacro. l.in sacris. Item nota.hic, quod pacta , quæ faciunt ciuitates cum aliquibus , ne soluant aliquid pro collectis non valent , & pro hoc est. l.expressa,infra de decurio. l.vacuatis.& est ratio quia onerarentur pro immunitate
1 te alterius: & ideo talia pacta vel rescripta non valent.infra de cen.l.1.& melius.ff.de mu.& ho. l.3.§. præses.sed licet non valeat in piudicium fisci vel aliorum,valent tamen in præiudicium paci
a scentis, [a] vt no.in d.l.vacuatis in fi.magnæ gloss. An.de Bar.pro quo.l.omnes pensitare.supra eo. & ad prædicta bene facit,l.cura extruendi.§.fin. ff.de mun.& hono.licet supra de cõue.fi.debi.l. 2. teneat , q nullus excusabitur.Ibi subreptione, hoc est contra illos qui impetrant dona a rege eo prætextu, q pro eo multos labores exposuerunt : quoniam talibus litteris per mendacium impetratis non est obediendum , vt hic & legibus in gl.alleg.cum prætex.priuilegij non debet vacillare publica vtilitas.infra de priui.scho. l.2. li.12.ad quod.c.ne damnosa.25.q.1.imo de hoc debet certificari princeps & facta certificatione expectari secunda iussio, iuxta notata, supra de peti.bo.sub la.l.a.in gl.fi. Iac.Rebuffi.

ADDITIO.

a Paciscentis.Dũ dicit q valet pactũ super immunitate in præiudicium paciscentis.hoc est verũ,nisi esset concessa immunitas ab ordinariis onerib.vt no.Bar.in l.1.infra de indicaslo lib.& ita dicit intelligi debere istã l. imo nõ põt per concedentem reuocari,no.idem in l.priuilegia.in fi.sup de sacros. eccl.Bal.in l.qui in patria in 10.col.sup vnde libe. & Alex. in l.oes populi.in 4 col.de iusti.& in idem cons.119.vol.2.latius cons.110 vol.1.& in l.qui semel de decre.ab ordi faciendis. & a quib.concedatur,vide Bar. in l. exceptis. infra de decu. isto lib.eundem in l.2.& ibi allega.ff.de iure immu.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Castrum dirutum , an teneantur subditi restaurare domino existente potente ad id agendum.*

Ecclesia an, & quando teneatur ad reparandum muros ciuitatis,& ad illorum custodiam.

2 *Aduocatus non cogitur exire prouintiã, si causa sui clientuli deuoluatur extra prouintiam.*

3 *Itineris est habenda ratio.*

Nemo. Casus. Nemo tenetur portare tributum extra prouintiam.h.d.Dy. In tex.ibi instruendas, instruitur mansio cum in ea portatur frumentum , & similia , quibus instruitur domus. Odof. Vel dic ad instruẽdas mãsiones.i.reficiendas,vel de nouo faciendas mãsiones,vel castra,vel similia. Bar. & sic vr hic ex-
1 pressum,q subditi non teneantur instruere, si sit dirutum,vel ædificare, aut custodire castrũ dñi, dño existente potente ad custodiendum,nec existente magna necessitate, pro quo faciunt ll. alleg.in gl.huius l.& infra proxi. & infra de priuil. do.au.l.2.lib.11.& C.de testi.l.qm.nam ipse dominus suis expensis habet custodire,pro quo. ff. de offi. præ.vr.l.1.verſ.erat autẽ familia,ibi mercede vel gratia,& ff.de operis lib. l. operæ enim. & hoc nisi esset consuetudo, vt infra de agri. & censi.l.domini prædiorum.& l.litibus.§.hoc de redditibus. tenentur tamen ad custodiam murorum, in quibus habitant,cum etiam ecclesiastici teneantur.c.peruenit, extra de immu. eccl. in tex. ibi species. quæ tributorum nomine soluuntur. ibi conferendas.i. portandas Dyn. longius.i.extr. prouinciam Dy.delegetur, mittatur. Dy. itineris, quia laborabant itinerando.nam licet in totum non excusentur, minus tamen soluere debent.arg.infra de aquæduc.l.1.§.1.vel ex pone itineris,vt supra eo.l. pro locis. Bar. necessitatis. hoc est, vbi necessitas fuerit compellantur homines portare de vna prouincia in aliam tributa, alias non. & sic habetur ratio necessitatis.idest paupertatis iuxta l.omnes.supra e.ibi de legentur.i.mittantur Sed de hoc vr supra de operib.publ.l.ad portus.& infra quibus mu.vel præsta.ne.li.se ex.l.si Sed dic q quædam sunt opera, quæ tangunt immediate vtilitatem singulorum priuatorũ,& ad illa oẽs tenenẽ, vt,ll.cõtrariis,& quædam quæ non tangunt immediate ; & tunc non tenẽtur, vt hic, & supra de operib.publ.l.3. de Deucio, delegentur in sua prouincia , & ibi soluat Odoff. Collige hic argu. quod non cogi-
2 tur aduocatus exire prouinciam , si causa sui
a clientuli in alia prouincia deuoluatur , [a] nota. ff. de

ADDITIO.

a Deuoluatur. Adde q si promisit aduocatus suo clientulo victoriam causæ, tunc debet ire extra prouinciam,not.Dy & Ray.in l. Mæuia § si & ibi Bar.ff.de annu.leg.idem in alle §. non solum in vlt.col.ver.vlterius quæritur. ibit tamen eques expen.sui clientuli ita not.sing.Bal.in l.1 an vltim. colum.ver si.vlterius quæritur.C.de iusti.a.

ff.de procur. l. sed,hec. §.non solum.Item collige ꝙ est habēda ratio itineris.supra eodem l.pro locis.& ff.de iudicijs.si longius. & quid operanť viarum discrimina, dic vt nota. extra de resti.in integr. & c.cū ex litteris in fi.Deu.Bar.sed pone quód princeps volebat expendere tributum, ibi vbi exigebatur,nunquid ille exactor poterit exigere sumpt⁹ quos faceret iste collector siue possessor in portando tributo?& videtur quód sic: quia intan tum releuatur ille collector:& ideo nihil interest sua cum tantum haberet expendere:sed credo contra quia interesse obligationis non debet metiri ex persona vel damno debitoris,sed ex persona creditorum ff.de operis libe.l. medicus in vltimo dicto.& in authen. de colla. §.hoc quoque vbi videtur casus in gl.quæ est super verbo longius. hoc bene no. ad id quod determinatur per glos. an debitor sit eiusdem fori vel non in l.item illa in princip.ff.de const.pec. & ad id quod scripsi de emphyteuta supra eo.l. pro locis:vel dic longius,quando expensa itineris est maior quam sit labor eius , pro quo bene facit infra l.prox.Ia.Rebuffi comes legum.

LEX VIII.

SVMMARIVM.

1 *Breuiores causa qua dicantur.*

2 *Collectam non tenetur quis portare extra prouinciam suam.*

3 *Ciuitates vicina an teneantur conferre in necessitatibus alterius ciuitatis. & quid si a principe concedatur rescriptum super hoc.*

Mediterraneæ. Casus. Translatio tributorū quæ pl⁹ habet dispendij quam lucri est vitanda.h.d.Dy. Ad euidentiam huius l. scias quód antiquitus erat consuetudo, quód ciuitates mediterraneæ mittebant annonas ad fortalitias exercitus,quæ erant iuxta ciuitates maritimas, & econtra ciuitates maritimæ mittebant ad mediterraneas. & sic ex hoc sequebatur , quód plus expendebatur in portando quam valeret id quod portabatur : quod princeps prohibet fieri hic . quod facit ad multa primo, quód non imputetur tutori si non exigit debitum in quo oportebat eum plus expendere quā inde percipere poterat. vel si non portauit vel nō fecerit domū in qua plus expendisset quam valeret,vel si non fecit inuentarium illo casu , quo plus expenderet in cōfectione eius quam esset vtilitas, vt l.tutor qui repertorium in prin. ff. de admi.tut.& l.fi.C. de ali.pu.præstan.¶ Item ex hoc potest elici, ꝙ
1 illæ dicantur causæ breuiores,in quibus debet procedi sine scriptura & summarie:vt in authē. nisi breuiores , C. de sententijs ex periculo reci. qñ pl⁹ expēderetur in scriptis q̄ sit valor causæ . Item ꝙ iudex nō dēt facere vocari testes ad locum iudicij , quando tantū distant, ꝙ plus expēdetur in eorum aduentu quam sit valor causæ. ar.huius.l.sed tunc iudex debet delegare examinationē vt l generaliter.§. his de præsentibus. C.de iureiuran.& de fid.instr.auth. apud eloquentissimum. Item facit quod quando in habendo recursum ad superiorem expenderetur plusquam sit valor causæ,quód tūc dicatur non posse haberi recursus & sic , ꝙ eo casu repressaliæ possunt impetrari. qđ plene examinaui in quodam tra-
2 ctatu quem feci de repressalijs.Bar. Item no. ex hac l.quód subditi non tenentur portare colle-
a ctam extra prouinciam [a] supra eo. l.pro locis & supra l.proxi. In tex. ibi mediterraneæ,idest quæ sunt in medio terræ vel quæ nō sunt in mari:nec iuxta mare. Dy. & An.a maritimis q̄ sunt in mari vel iuxta mare onerabantur scilicet ante hanc l.Dy. dispendij. idest damni.Dy. translation. idest impensa facta in trāslatione tributorum de loco ad locum Dy.se nouerint idest sciant, Dy. commiserint idest coegerint ad prædicta soluēda vel portanda de vna prouincia in aliam.Dy. expen.quia forte mediterraneæ portabunt frumēta maritimis, & maritimæ portabant pisces mediterraneis. Dulius.vel potest dici ꝙ expensas faciebāt mediterraneæ ciuitates hominibus maritimarum ciuitatū & econuerso in portandis tributis:quod hic prohibetur fieri.Odoff. dispendij.s.portatio tributorū p homines alterius ciuitatis.In gl.& ibi onera portare.Ad galat.6.c. & ff.ad l.Rho.de ia.l.2.§.idem agitatum est.Cal. In glo.e.ibi soluenda. ex quo a deuotis soluetur supra eo.l.omnes.l.2.Ex ea.glo.not.hic ꝙ vna ci
3 uitas non tenetur conferre in necessitatibus alterius.Item si impetratur rescriptum ꝙ omnes teneantur conferre ad aliquod opus faciendum in aliqua ciuitate,ꝙ non valeat tale rescriptum, quoniam soli illi qui habent prædia circunuicina tenenť ꝯtribuere.ff.đ mu.& ho.l.honor.§.viarū in authen. de eccle. titu. §. ad hoc. & supra l. proxi. ff. ne quid in loco public. l. a. §. viarum. Tu dic quoniam aut illud concernebant vtilitatem tantum illius ciuitatis,& tunc alij non tenētur;vt dictis ll. alle. vel in casu in quo esset tantum tenuis & pauper ciuitas illa quód non posset complere opus illud , nam tunc potest impetrare vt constituatur vectigal,vt quilibet transitum faciens soluat illum & pro hoc ff.de pœnis l.si autem damnum.§.est pœna.supra de off. præ.præto. l.2.§.postquam.supra de re mili.tam collatores. §. 1.& sup. no.uec.insti.l. 1.Aut talis expensa siue opus vt puta faciebat pontem qđ quidem opus concernebat vtilitatem aliarum ciuitatum : & tunc tenebuntur conferre vi-
b cinæ ciuitates [b] cum auctoritate tamen superioris argu. ff. de nou. oper. nunc. l. non solum

ADDITIONES.

a Prouinciam. Limita hoc dictum nisi thesaurarius prouinciæ cui debebat solui collecta esset mortuus, quia tunc thesaurario alterius prouinciæ solueretur. Item not.singu. Barto.in l.1.infra de cano.largi.tit.prestan.isto libro.Et ratio quare subditi & c. est quia collecta facit præsumi prædium esse de territorio cui soluta est vt not Ange.in l.3.sup.de natu. lib. Innocen. in cap. præterea. el.2. de transac. Et ratio rationis est quia subiectio probatur persolutionem pensionis & collectarum.c.1 & c.quando de censi.& c.præcipimus de priui & Bal.in l.solet de offi.procon.

b Ciuitates. Adde hanc quæstionem late ventilatam per Bar. in l.per bithiniam.infra de immuni.nemi.conce.eo.lib.Bal.& moder.in l 4.§.actor de re iudi Spe.in tit.de censi.§.nunc dicendum.vers sed post latius quam alibi per Bar.Cæp.in tit. de seruit.rust.prædio.C de via in q.35.

solum sup. de iure deli. l. fin. §. in computatione, & de bo. autho. iudi. pos. l. si. & sup. de oper. pu. l. ad portus. & in auth. quib. mo. na. effic. sui. §. si qs igitur colla. 6. & ibi notatis cum gl. quæ incipit no. villas. & in regu. fur. secundum naturam. pro quo l. humilioribus inf. de suscep. & arca. Iacobus Rebuffi.

LEX IX.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas superueniens non excusat a tributis.*
Emphyteuta, fructuarius, vel colonus, possunt per dominum de possessione expelli si non soluant pensionem.
2 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura, nec de præda esse solicitus.*
3 *Emphyteutæ, & fructuario an spectent onera tributaria, & ratio habetur nu. 4.*

Obsistere. Casus. Dignitas superueniens non excusat a tributis
h. d. Dy. In tex. ibi, obsistere. i. resistere ꝫmodis. i.
solutionibus, quæ pertinent ad commodum publicum Dy. & statutis. i. ordinationibus, adiectiue enim ponitur Dyn. vnde subaudi statuimus Dyn. vt idest postquam Dyn. quisque, idest emphyteuta, & fructuarius Dyn. de prædijs emolumenta, idest fructus Dy. consequnut idest consecutus est Dy. his s. leuatoribus tributorū, alias is. s. emphyteuta Doct. spacio sex, eo tempore computādo quo percepit fructus Dy. alias quo cessauit soluere tributa Dy cumulum. i. quantitatem Dy. ad ipsos, s. proprietarios vel directos dominos p ædiorum Dyn. prædij subaudi emphyteuticarij vel vsufructuarij. Deu. exactionē, idest ius exigendi per constitutionem ex hac l. p hoc s. de his qui ex pu. ra. mu. pec. ac. l. 1. cum gl. super verbo authoritate. vel dic ꝙ prædiorū emphyteuticorum reuocationem Dy. & Doc. No. ex prin ꝙ non valet priuilegium pro functionibus non præstandis. de quo s. co. l. in fraudē. An. Item nota, ꝙ publica vtilitas præfertur priuatæ vtilitati. j. de primi. Item no. ꝙ possessor potest purgare moram. infra sex menses Bar. Itē no. ꝙ etiam ille qui fructus non percipit. compellitur ad solutionem tributorum Bar. Item no. fm pri
1 mum casum, ꝙ emphyteuta vel fructuarius vel rusticus qui non seruat dño conuentionem, pōt deijci de possessione quam tenet, vt C. de iu. emphy. l. 2. ff. de noxa. l. si noxale. & inf. de ero. mili. anno. l. omnium. li. 12. Ant. & ideo si dñs cōcessit alicui rustico mansum, vt ibi habitet nisi hoc seruet, auferetur ab eo id ff. de lo. publ. l. 1. in fin. & idem de vxore cui factum est leganim, vt cū liberis moretur, nisi hēet iustam causam, vt l. moram. §. vxore. ff. de an. le. & idem si emphyteuta teneatur dare quartam partem fructuū bladorū inde exeuntium, & noluit seminare: quia si non faciat potest expelli cum id tacite intelligeretur, vt coleret. ff. si cer. pe. l. vnum, & pro hoc authē. qui rem C. de sacrosċeccl. & ff. loca. l. quæro. §. in
2 ter locatorem. Item no. secundum secundam lectu. ꝙ quis non dēt locupletari cum aliena iactura, nec esse de præda solicitus, ff. de admi. tut. l. si minoris. Anto. In glo. 1. ibi dominus exigit, s. habens proprietatem, vel directum dominium Dy. In ea. gloss. ibi, aliqua dignitate, istum casum puto verum, & facit pro hoc quia æquiparatur non soluere, vel soluere, & no habere apocham de soluto fisco, emphyteuta priuatur suo iure; ergo & non soluendo ar. C. de iure emphy. l. 2. Item quia talia onera tributorum ad em
a phyteutā & fructuarium pertinēt, * vt supra eo.
3 l. 1. & l. 3 glo. alleg. ergo, ex quo nolunt sustinere dicta onera priuari debent iure suo argu. l. hoc amplius. ff. de damno infect. Item quia sibi domino non soluendo pensionem, dominus rem sibi aufert, ergo fisco non soluēdo tributum, ar. §. illud in feud. de prohi. feu. alie. per Fre. de Deu. & ibi scilicet tributa exacta. & ibi. l. fisco. hic casus est verus, si soluens minus soluit; tunc enim competit repetitio soluenti, ar. ff. de condi. inde. si non sortem. §. si centum. si autem soluisset solemniter, tunc non competeret repetitio cum liberatus esset soluens, vt argu. infra de apoc. publ. l. semel. eadem enim solutio diuersos effectus parere non potest. ff. de solut. l. qui hominem. §. fin In gloss. eadem. ibi. nisi emphyteuta. & casus verus est. vnde sciendum ꝙ quando fit rei tributariæ translatio fit sine damno fisci, vt infra de præ. tam. l. fin. & l. 3. de fun. rei priuatæ, & hodie præstatur de hoc cautio de iure nouo: vt in auth. de man. prin. §. & non permittas. vnde si alio titulo esset facta alienatio dictæ rei, ita quòd nil penes transferentem remansisset, tunc transferens tueretur illo, in quem facta est translatio: not. existente soluendo, vt dictas ll. nunc autem, quia directo dominus eiusdem possessionem sibi retinuit iuxta quę not. in l. 3. §. ecōtrario. ff. de acquir. pos. & l. si vt certo. §. fi. ff. cōmo. teuebitur, sicut alius quilibet possessor, intelligo post annum, & sex menses, ante enim nō posset conueniri, tamen fructus non percipiat.
4 ar. sup. l. 1. Nec mirum si plus tenetur emphyteuta, quam dominus cum sic lucrum & commodū habeat, vt l. bene. quia l. cōmo. cauendū tñ est, ꝙ non imponit necessitas conueniendi primo emphyteutam. Imo pōt conuenire, quem vult lapus sex mensib. alioquin multum grauaretur si compelleretur dñs quęrere, nisi velit ar. l. inter quos. §. si dñs. ff. de dam. infec. In gl. 2. ibi egenti. pro hoc in gl. auth. ut iudi. sine quoquo suffr. §. oportet. co. 2. In gl. quæ incipit sex menses, ibi 30 dies statuūt. & hæc gl. magis se refert ad secūdū casum. de securo. in dic, aut loquitur de tributo soluendo, & tūc datur annus & sex menses, vt hic, aut de tributo exacto restituendo & tunc 30. dies dantur, vt in l. 5. alleg. in gl. aut de tributo etiam restituto militibus distribuendo, & tūc dantur interdūm 2. menses interdum 3. interdū 4. vt l. pe. §. hoc vide. infra de ero. mili. anno Bar. de Deucio. Iac. Rebuffi.

ADDITIO,

a Pertinent. Adde quæ nota. sup. a in addit. ad alleg. l. 1. supra eo. tit. vbi plene examinam rem. siue hanc quæstionem.

LEX X.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an sit directus habens tributarium.*
2 *Salarium an debeatur iudici delinquenti.*
3 *Consulibus an noceat negligentia.*

Iudices

Iudices quos. Casus. Iudices propter
negligentiam, quã in
tributis non exigendis, committunt salaria sua
amittunt. Allegatur. l. ista nunquid habens præ-
dium tributarium sit dominus directo. Item al-
leg. qui tenet castrum pro quo aliquam pensio-
nem soluit causa recognitionis sit dominus dire
ctus, & videtur, ꝙ sic per istam. l. cum ille dabat
prædium tributariũ in emphyteusim, & cũ, hic
remanebat dominus, quod non esset nisi habe-
ret dominium vtile quod nota. in §. adeo. instit.
loc. & ĩ l. 3. ff. đ acq. pos. §. ex cõtrario. & ĩ l. si duo
bus. §. vehiculis. ff. de loca. & ꝓbat in l. ꝯperit. §.
de præscrip. 30. an. gl. tñ vř no. ꝫ. supra de prædi.
mi. l. ob æs & facit prædicta gl. supra de vsu. trãs.
l. 1. & pro hoc facit. l. 1. ff. ad l. rod. de ia. sed credo
primam veriorem scilicet quòd sit dominus di
rectus per l. alle. & pro hoc quia propter tributũ
a est obligatum fisco & potest vendi [a] supra si pro
pter pu. l. 1. ergo non est dominus fiscus: quia si-
bi tñ a res esset obligata & ita glo. tenuit. ff. de no.
op. nũ. l. in prouinciali, nec obstat. l. 1. đ vsu. trãsf.
quia licet dicat Italicos esse dominos non ideo
excludit prouinciales: quia similes sunt in acqui
sitione dominij insti. de rerum di. §. ꝑ traditionẽ.
item nec ob. l. deprecatio. quia verum est ꝙ est
dominus quantum ad protectionẽ vt not. supr.
de quadri. præ. l. bene a Zenone in l. iudices. In
text. ibi iudices. Istud melius cadit in glo. quæ est
super verbo compellantur. habebam famulum
qui mihi seruiebat sub certa pensione, expuli eũ
quia fraudator erat, nunquid totam pensionem
amittet. dicit quód sic ar. l. huius, l. & videtur. ff. đ
au. & ar. le. l. Meuia. & ff. de re mil. l. 3. §. militiæ. &
hic not. de quo di. vt plene no. ff. loca. l. si vno an
no. §. cum quidam Ia. compe. & ibi compẽdia. i.
tributa quæ debẽt nostro ærario applicari modo
compellentur sed in simplum Dyn. super tota. l.
Iudices: hic videtur casus illius. q. quam Iac. de
Are. ponit in l. quid autem. ff. de excu. tu. & l. Mæ
uiã. §. 1 ff. de au. le. videlicet, ꝙ iudici negligenti
b delinquenti nõ debeatur salariũ. [b] quód intellige
quando istud delictum negligentiæ respicit vni-
formiter totum tempus officij, alias pro eo tem
pore quo non fuit negligens sibi salarium debea
tur. ar. l. si fundus. ff. loca. dixi in d. l. Mæuia. §. 1.
Vel dic spãle hic propter magnum periculum,
quod vertitur in negligendo exigi tributa quasi
publice necessitates exponi non possunt, vt l. ob
sistere. supra eo. & in auth. vt iud. si. quoq. suffr. §.
oportet Bar. Item facit ꝙ negligẽtia noceat con
sulibus si infra terminum statutum nõ elegerint
cõsules nouos, sic quod ad superiorem transeat
electio vt authen. vt diff. iudi. §. si vero. extra de
supplen. neg. præla. ca. 1. & quod non potuerint
terminum prolongare vt l. qui romæ. §. calum-
niatus. ff. de verb. obl. & ff. de suc. edicto. l. 1. §. qui
bus. Sed super hoc dici potest ꝙ possint purgare
moram vt ar. l. proxi. & ff. si quis cau. l. si post tres
& maxime si iusto impedimento superueniente
aut alia iusta causa vt ff. de arbi. l. Celsus. §. idem
ait. & supra qui admi. ad bo. possess. l. pe. nec vi-
detur potestas expirasse cum hoc faciant ob pu
blicam vtilitatẽ ar. C. vt cautæ post pubertatem
adsit tu. l. 1. & ff. de neg. gest. l. cũ actum. §. planc.
& l. nã & seruitus. § si viuo Iac. Rebuffi. In gloss.
quæ est super verbo compellantur ibi per æqua-
tores quod intellige vt no. infra de superindicto
l. 1. Iacob. Rebuffi.

ADDITIO.

a Vendi Amplio etiam dño nõ requisito. not Bart. in l si sup.
de iure emphy. & in l. ii & ibi Bal. si pp pu. pen. idem Bald. in l.
fi. in 2. q. supra si aduersus fis. imo pro vna re non soluta pos-
sunt omnes aliæ res vendi. not. idem Bald. in allega. l. 1. in 2.
nota. si propter pu. pensi. erit tamen solemnis talis venditiõ.
vt l 2. ibi Bal. tit. proxi. alleg.
b Salarium. Adde pro hac quæstione Alex. in d. l. diem functo
in vii. colu. de offici. asses. & in l. 1 § diuus de extraordi. cog.
Bal in l. mancipia. sup. de ser. fugi. Alex. in l. si iudex. de vai.
cog & Ang. in l si vacantia 4. colum de bon. vacan. illo li imo
priuatur talis iudex officio maxime si talis causa erat fisca-
lis. vt no. Doct. in primus meis allegat. huius add. & Bart. hic
adde omnino Bald. in præalle. l. mancipia. supra de ser. fugi.
Adde nouissime Anto. Corse. sin. suo. 38 in ver. salarium.

LEX XI.

SVMMARIVM.

1 *Compositio facta a subditis super tributis est seruanda. & nu. 2.*
3 *Aestimatio bonorum fit per communem assertionẽ cuius-
libet, quoniam fit grauamẽ si bona aliena inspiciantur.*

Id ab vna quaque. Casus. In vna
quaque ꝓuin
cia debet solui tributum ab imperatore taxatũ.
hoc dicit Dy. In tex. ibi expetendum. i. exigendũ
Cy. & ibi promissum. i. sperantem Dy. & ibi null[a]
vero de cætero. loquitur aliquibus prouincijs
greciæ quæ promiserunt soluere mediũ aureũ.
Dy. formidant. i. solutionem tributorum inte-
a gram prætendẽtes paupertatem. [a] & infra inspe
ctor. i. exactor. de Specu. secum accedat. & est ar-
gumentum quia quando fit æstimatio ꝓpter col
lectas credendum est assertioni cuiuscunq;, nec
est mittẽdus qui eorũ facultates scrutetur. tu dic
contra l. fi. supra de bo. vac. & hoc qđ dicit fore
grauamen si facultates alicuius inspiciantur, fa-
cit pro q. quam nota. supra de iure fisci l. facultas
ad quod idest. q. 2, quę quasi pars. l. 2. Audi. nosců
tur, subaudi illis qui ꝓmiserunt Dyn. suscipiãt
idest soluant passiue Dyn. conferri idest solui.
Dyn. sacro. & iste ver. est supra de sacrosan. & l.
sacrosan. & dic, vt ibi not. excepta, scilicet vt ni-
hil teneatur soluere nomine tributorum Dyn.
propriæ idest nõ alienæ capitationis idest tributi
Dy. grauamine dicentium se esse de illa ecclesia
cum non sint ar. supr. de epis. & cle. l. qui sub præ
textu, Odoff. abusione. q. d. ecclesia non potest
dicere vt prædia priuata sint sua: quia pp hoc
grauaret rem publi. Dyn. super tota. l. Nota ꝙ
compositio facta a subditis pro tributis est ser-
uãda. Item Thessalonicẽ. ecclesia habet immuni
tatem dum tamen extranei ecclesiæ ipsius præ-
textu præstationem non fugiant. hoc dicit & lo
calis. l. est. Ad cuius euidentiam scias quòd
erant quædam prouinciæ in grecia quæ debebãt
soluere tributa secundum facultatem redditũ
qui percipiebantur ex prædijs propter quod
mittebantur officiales ad inuestigandum reddi-
tus, ex quo illi possessores multum grauabantur:
vnde deuenerunt ad quandam compositionem
cum præfecto illarum partium quod soluerent
mediũ aureũ ꝓ quolibet capite. & hoc fecerũt
Macedões. i. illi đ Macedonia. iubet ẽt & hoc ser
uari: aliæ ꝓuinciæ q̃ non cõposuerunt exigantur

ad ſimilitudinem Macedonum. Quædam aliæ
prouinciæ cōpoſuerunt ſe pro tertio aureo ſol-
uendo quod eis eſt ſeruandum. cætera ſunt cla-
2 ra. Not. quod dixi in ſummario q̃ iſtæ compo-
ſitiones ſuper tributis ſunt ſeruandæ. Secundo
ex fine not. contra clericos, vel ſcholares, vel
alios habentes immunitates a gabellis, qui præ-
textu eorum alios excuſant. Quæro quæ medie-
tas eſt iſta quæ ſoluebatur, dixi ponendo caſum
aureum, eſt iſta opinio vera. Alij dicunt me-
dietas eius, quod ante ſoluebant, quod non pla-
cet: quia ſic eſſet neceſſaria inſpectio poſſeſſio-
num, & fructuum pro medietate, ſicut pro to-
to deuentum eſt: ergo ad medietatem auri, re-
ſpectu capitis, non reſpectu fructuum, vel alio
quoquo modo, quo ad fructus non habeatur
reſpectus Bartol. In gloſſ. 1. ibi ſoluebant, & ſic
loquitur de munere patrimoniali, quod inſpi-
citur alias indicitur rebus, vel perſonis pro re-
bus & terra. Et ibi vel medietate aurei, & ſic lo-
quitur de tributo capitis, ergo de terra. Not. ex
3 hac l. quód ad exſtima bonorum credendum
eſt aſſertioni communi cuiuslibet, non mitti ex-
timatores, quia grauamen eſt inſpicere bona
aliena, vt infra quando, & qui. quar. pars. l. 2.
Item not. quód prætextu liciti non debet com-
mitti illicitum. de quo ſupra, de ſac. ſan. ecc. l. qui
prætextu. An. In glo. penul. in fin. vel dic, q̃ hic
loquitur de cenſu capitis, qui pro capite porta-
tur. arg. ff. de cenſi. l. fi. §. diuus Veſpaſianus. dic er
go, quód vnaqueque prouincia, id pro cenſu ca-
pitis portabit, quod præfectus prætorio hiiſdem
nuper iudicauit: intellige principis auctoritate
glo. aditionalis Rebuff.

De indictionibus.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Indictio vnde dicta. & ibidem habetur tributorum di-ſtinctio. & num. 2.*
2 *Immunitatem habens a muneribus, an excuſetur ab ordi-narijs.*
3 *Indictio quid, & qualiter computetur hodie.*

In gloſſ. Rubri. in princ. Et dicitur indi-
ctio ab indicendo, ideſt præcipiē
do vel iubendo, vnde indictio. ideſt iuſſio, vel
præceptum ar. C. de ſacr. ſanct. l. placet. & 16.
q. 7. maiores. In glo. rubricæ ibi: ideo de indi-
ctione dicitur: vos ita continuetis hanc rubricā
ad præcedentes, dictum eſt, ſupra de anno. &
tri. quæ imponitur ratione poſſeſſionis: & quia
ſuper his aliquid indicitur per imperatorē, me-
rito ſubijcitur rubrica de indictionibus, & quia
nemini liceat īdicere, niſi ſoli principi ſubſequē-
ter ponitur titul. de ſuperindictis. Giudo de Su.
In eadem glo. ibi. l. omnes omnino. tu dic pro
1 declaratione horum, quod quædam ſunt tribu-
ta, quæ olim, & hodie ſunt ordinaria, vt illa,
quæ imponuntur perſonis pro rebus vel rebus
tantum, vt l. modios, infra de ſuſcep. & ar. & no.
ſupra titu. 1. in rubrica, & l. indictiones. Item
illa quæ imponuntur propter imminentem ne-
ceſſitatem, ſicut conferre ad pontis inſtructio-
nem, vt ff. de mun. & honor. l. munerum. §. pa-
trimoniorum, & l. reſcripto. §. fin. Quædam
ſunt, quæ olim fuerunt extraordinaria, vt tribu-
tum, quod imponitur perſonis pro rebus de
2 quinquennio in quinquēnium, vt infra l. prima.
Aliud eſt munus quod fuit extraordin. & eſt ho-
die, vt illud quod imponitur auctoritate impe-
ratoris, propter imminentem neceſſitatem,
vel fertilitatem, vt infra tit. 1. vel quia natus eſt
filius principis, vel duxit vxorem, vt not. in l. ſi
placet. C. de ſac. ſan. eccl. Et prodeſt hoc ſcire,
2 quia ab ordinarijs nullus excuſatur [a] ab extraor
dina. ſic, illi qui habent immunitatem ff. de vac.
mu. l. in honoribus. §. qui muneris publici, & in-
fra de mun. pri. l. qui immunitatē Dy. niſi ob ta
lē neceſſitatem eēt indictū illud extraordinariū,
quæ tangeret priuilegiatos, ſicut alios, vt arg. in
authen. de eccle. ti. §. ad hoc ſcimus, & infra de
muner. l. 2. cum glo. & de priuilegio Dom. Au-
guſt. l. abſit. lib. 11. & C. de ſacroſanct. eccl. l. ad
inſtructionem, & extra de immu. capitu. per-
uenit. In eadem glo. ibi erit, quod eſt verum ſi
ſumatur large pro eo, quod de ſuperioris aucto-
ritate indicitur. ſupra de ſacr. ſanc. placet, quæ
eſt ſuper verbo ſuperindictum: ſed proprie eſt
extraordinarium, ut not. infra titu. 1. in rubrica.
Et qualiter computetur hodie indictio dic, vt
3 ibi, & ſupra de iuſti. C. confirm. l. 1. §. fin. & extra
de fide inſtrum. cap. inter dilectos, & in Spec. tit.
de inſtru. edit. §. breuiter. verſic. cæterum. ante
fin. ibi in monte Olympo erat mons lucens in
altitudine, vbi fiebat feſtum, & ludus ſolemnis
dictus Olympias fiebat ad honorem Iouis, quæ
fiebat ſemel per quadriennium, vbi quicunque
victor exiſteret in illo ludo habebat quodcun-
que munus vellet requirere, vnde Hercules vno
anhelitu currebat per octo ſtadia: & tunc com-
putatur, ſic indictio. M. anni faciunt. 66. quinde
nas minus quinque anni, qui ſuppleti de decem
annis ſupradictis reſtant quinque deſuper his, &
ſic M. CCCC. anni aſcendunt 93. 15. ſupra, &
quinque annos, & adde in annos, quia tot præ
ceſſerant de indictione, quando Chriſtus natus
fuit: vel quia ante natiuitatem Chriſti præceſſe-
rat per tres annos edictum Cæſaris Auguſti, vt
deſcriberetur vniuerſus orbis, vt quilibet extri-
maret bona ſua deſcribens orbē ſub tributo ſibi
ſingulis 15. annis reddendo: & ſic his attentis in
anno, quo computatur a natiuitate. M. CCCC.
poſt completas dictas 90. 18. & incluſis dici tri-
bus annis reſtant. 8. anni, & ſic in illo anno
M. CCCC. debet 8. indictio. Item in anno pro-
ximo futuro, quo computabitur in CCCC.
ideſt erit indictio. 10. & ſic vſque ad 15. annum
quo erit completa alia. 15. & poſtea in anno. 16.
inci-

ADDITIO.

a Excuſatur. Adde quod non tantum quis ab ordinarijs mu-
neribus non excuſatur, ſed nec contra illa data immunitas
valet. not. in l. in fraudem. & ibi poſui. In additio. ſupra
proximo titulo. Bald. in l. nec damnoſa contra de preci. im-
pera. offeren. Quod fallit ſi dicatur in priuilegio non obſtan
te. l. nec damnoſa. ſecundum Bal. ibi. item ſi dicatur non ob-
ſtantib. l. vacuatis. infra de decu. eo. li. no. Bald. in l. omnium.
in fi. ſupra de vect. Alex. in l. 2. de iure immu. & Specu. in titu.
de cenſi. § indicendum. verſ. quid ſi vniuerſitas.

incipiet alia quindena, & describetur prima indictio. vnde versus. Si p quindenas domini diuiseris annos his tribus adiunctis indictio certa no
a tatur Iac. Rebuffi.[a]

ADDITIO.

a Rebuffi. Adde indictio vnde dicatur quid sit qualiter cõputetur quando incipiat annus indictionis. & quare sit inuẽta Spe. in ti. de instru. edi §. 1. ver. post annos, & ver. breuiter, & seq. & an indictio omissa in instr. viciet instru. per Bal. in l. fi. in 3. col. l. sup. de fideiu. & ibi an omissa possit per testes probari in supplementum instrumenti. Et quid in falsa indictione an viciet instru Bar in l. nominatim. ff. de condi. & demõ. & in l. si librarius, & ibi Alex. ff. de re iu. Imo. Spec. in titu de rel. § 4. ver. item q non est. item qualiter intelligatur esse de substantia instr. vide Alex. consi. 64. vol. 1.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarium per legem fieri potest, quod primo erat extraordinarium.*
2 *Mutato nomine, mutatur & effectus nominis.*
3 *Priuilegium non valet contra mandatum speciale postea secutum.*
4 *Consuetudinem tollit lex contraria postea lata. Et nunquid nobiles teneantur ad collectas.*

Omnes omnino. Casus. Olim superindicta quæ personis pro patrimonio præscribebantur per singula lustra propter fertilitatem, vel publicã necessitatem erant extraordinaria: ideo multi habebant immũnitatem, ideo vult Imperator quod omnia sint ordinaria, quod nemo a talibus muneribus excusetur cassatis priuilegijs antea concessis. h. d. An. & Dy. Vel sic indictio munus ordinarium est, ideo ab hoc non excusantur qui excusationem a muneribus habent Bar. & sic no. quod priuilegiũ immunitatis nõ porrigitur ad munus ordi. sed solum ad extraordin.
1 Bar. Not. ex hac l. quod per l. potest effici ordinarium, illud quod primo erat extraordin. facit quod statutum possit fieri quod collecta sit munus ordinarium. Item quod sit munus reale, licet de iure imponatur personæ pro rebus, vt no. in l. indictiones. sup. tit. 1. & l. rescripto in fi. ff. de mun. & hono. & quod ibi dixi & dicam. infra de mu. & in quo loco. l. 1. Bar. In tex. ibi possidentes subaudi res quarum occasione imponuntur tributa personis Dy. inferre. i. soluere id quod imponitur personis de quinquennio in quinquennium Dyn. indictione. i. solutione tributorum per singula lustra Dyn. dubietas, scilicet an indictio sit ordinarium munus vel non. Dyn. vt id. s. quod imponitur personis in quinquenniũ Dy. postuletur. i. appelletur Dyn. Nulla quia prædictum tributum quod imponitur personis pro rebus de quinq. in quinquẽniũ est ordinariũ nõ
2 extraordi. vt olim erat Dyn. seiuncta. i. separata Dyn. nomen. Not. mutato nomine mutatur ef-
a fectus nominis[a] sup. de ferijs. l. a nullo. & de in offic. testam. l. fin. in fi. Item no. quod lex specialis sequens tollit priuilegium etiã speciale præcedens arg. ff. de leg. 3. l. vxoris. §. felicissimo. Ad quod extra de rescriptis. cum con. Item argu. l. ista quod priuilegium non valet contra manda
3 tum speciale postea secutum, intelligo verum, maxime si immineat necessitas tangens etiam priuilegiatos vt alios, vt est expressum in legib. sup. allc. & in auth. de eccl. ti. §. ad hoc. alias valet maxime in præiudicium concedentis, vt pro maritando filiam vel simile, vt scripsi. sup. tit. 1. in fraudem. de quo infra de colla. dona. l. extra de immu. eccl. c. peruenit. C. de sacrosanct. eccl. l. ad instructionem. cum similibus, sic etiam cõ-
4 suetudo, s. vt in nobilibus deficit l. contraria postea lata, vt ff de sepult. vio. l. 3. §. Diu. Adrianus. quod prodest scire, quia licet nobiles milites, & armigeri habeant de consuetudine non soluere collectas, tamen adueniente mandato principis ex tali causa necessitatis eos tangente sicut alios plebeios, sicut est defensio patriæ, & causa similis, tunc tenentur contribuere, vt in iurib. supra allega. quantum est autem de iure an nobi-
b les teneantur contribuere in collectis,[b] dic q sic, quia tanquam nobiles non excusantur vt in auth. de desen. ci. §. pen. collat. 3. & hoc nisi pro feudo quod tenent a principe, cum pro eo tenenantur ad certum seruitium, vt in feud. de prohi. feud. alien. per Fre. §. sumitur: vel nisi sint in continuo exercitu armorum, vt no. in titu. 1. in rubri. iuncta l. si. C. de testam. milit. & concordat huic vt infra vt ne. l. ab epi. spe. se excu. l. vnica. & infra de qui. mu. vel præsta. ne. li. se excu. l. 1. & 2. secundum dubium de garba in fin. tex. accepit, l. per hanc l. etiam Iac. Rebuffi.

ADDITIONES.

a Nominis. Adde late Spe. in tit. de adno. §. fi. ver. item sit cautus aduucatus vt prius. & pro not seq vide late Abba. in c. 1. & in c. pastoralis. §. quoniã de resc. & in c. sunt de bær. adde Feli. in c. accedentes vbi latissime decidit hoc no. in 3 col. in prin. in 5. linea de præscri. eundem in c. de quarta. in 13. colu. eo tit. Do Nico. Boerij in addi. ad Dy & in regu generi. vers. item opponitur lo. 69.
b Collectis. Adde Guidon. Papæ plene examinantem hanc quæstionem in decisio. Gratianopol. & ibi per me in additio. ad eum.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Præuisa prius, minus lædunt.*
b cõsilio tamen curialium, [b] infra de suscep. l. exactores infra tit. 3. l. 1. etiã expresse infra de Deca. l. 2. lib. 12. Pro euidentia huius l. & totius ti. istius, est sciendum quòd princeps habebat duo patrimonia, & habebat duos comites, qui præponebantur ad gubernationem istorum patrimoniorum, scilicet comitem sacrarum largitionum, & comitem rerum priuatarum, & habebant idem priuilegium, vt infra de Palat. sa. lar. l. vlti. nam quilibet erat illustris, vt de comite rerum priuatarum probatur supra de offic. co. re. priua. l. 1. iuncta. l. fina. ante finem. supra de assessoribus. probatur de comite sacra. largitio. infra de execu. & exacto. l. siue ex prætoriano. lib. 12. & supra de no. co. com po. l. 1. §. ideo, & supra de offi. co. sacr. lar. & infra de pala. sa. larg. & rerum priuatarum iuncta l. siue supra alle. vnde officium comitis rerum pri. erat, vt gubernaret redditus fiscales qui appropriabantur ad proprium commodum principis, nec conuertebãtur in vtilitatem publ. vt recipere confiscationes, vt supra de iure fis. l. pe. & in auth. de colla, § fi. & ff. ne quid in lo. publico. l. 2. §. hoc interdictum, & not. infra de fun. rei pri. in rub. lib. 11. quòd autem bona vacãtia in vsum principis conuertantur not. supra de bo. va. l. 3. & iste constituebat procuratorẽ Cæsaris, qui sibi reddebat computum. l. pe. supra de iure fis. & licet in glo. vocauerit istum comitem procuratorem Cæsaris in l. 1. supra de offi. co. re. pri. tamen contrarium est verum, vt not. supra de iure fi. l. super creandis, & supra de bono. poss. l. si quis intra in fi. & de bo. va. l. si quãdo cum ibi not. Sed officium comitis sacrarum lar. erat colligere tributum, & hoc tributum applicabatur in thesauraria seu fisco, ex quo soluebantur stipendia militaria, nec conuertebatur in vtilitatem
c principis, [c] & ꝙ haberent diuersa officia probatur infra de nume. & auctua. l. in prouinciis, & iste comes sa. lar. habebat specialem potestatem & custodiam istius thesauri, & ipse reddebat rationem præfecto prætorio, vt in auth. de colla. §. eos iuncta. l. vlt. q. co. & supra de exact. tribu. l. fi. in fi. & omnes collatores, & exactores reddebãt sibi computum, & ipse præfecto prætorio, vt est dictum & vocantur largitiones, vt not. supra eo. in rubr. Item vocantur sacræ. & sic largitionea sacræ, scilicet publicę sumptiones, ideo quia erãt deputatæ ad vsum publicum, & publicè vtilitati deseruiebantur. in auth. de man. prin. §. publicorum, & supra de exac. tri. l. 2. in fi. & l. fi. in quibus patet, ꝙ tales functiones sunt solum ministrandæ militibus pro defensione rei publicæ ad stipendia militaria, vt in auth. de colla. §. eos, & §. nullus, & in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. fiãt. §. oportet. coll. 2 & super hoc scias, ꝙ erant aliqui palatini officiales, qui seruiebant in sacris largitionibus de quibus loquitur hic, alij erant qui seruiebant rei priuatæ, & habebant similia priuilegia,

ADDITIONES.

a Imponuntur. Quia regulariter omnes talia personalia munera subire coguntur. vt not. Spe. in tit. de instrumento edi. §. 14. versi. hoc etiam quæritur: sunt tamen alij qui cum his excipiuntur de quibus per eundem Spe. in ti. de censi. § 1. versic. quæ autem, & seq. Cy. in l. voluntar. e in 1. q. supra de excu. tut. Pau. de Cast. in l. rescriptum § fi. ff. de muner & hono. Bar. & Bal. in l. indictiones, & ibi aliquid dixi, supra de anno. & tributo illo ti. & in l. 1. infra de mulie. & in quo lo. l. 1.

b Curialium. Adde ꝙ talis per præsidem, vt scribitur electus habeat per solam illam electionem ius ita, ꝙ mutari non possit vide Bar. in l. sed reprobare in prin. ff. de excu. tuto. Abb. in c. nobis. extra de iure pat. vide melius per Sicu. in c. accedens & obserua dist. quam ibi ponit de præbeo. Et quid si nõdum fuit sibi præsentata dicta electio an possit reuocari Bar. ꝙ sic in l. sancimus infra de consu. & non spar. lib. 12. idem in l. abutu ff de dona. gl. in c. cum Bertoldus extra de re iudi. Io. And. in c. 2. de postu præla. & Bald in l. 2. §. fi supra com. de lega. & an dicatur officialis ante susceptum officium Bar. in l. Publius ff. de condi. & demon.

c Principis. Adde ꝙ isti tales hodie à nobis thesaurarij & clerici cameræ rationalis computorum appellantur, vt not. supra de iure fis. l. instar in 2. col. & ibi aliquid addidi, & de eorum cum procuratore Cæsaris differentia, vide per Cy. in consil. suo incip. rector ducatus.

legla, infra de pala. sa. lar. & re pri. l.si lib. 12. &
no. in rubr. eiusdem tituli. Item not. q iste ti. dif-
fert à ti. de exac. tri supra, quia ibi de personis exi
gentibus tributa, hic de scripturis factis super so-
lutione tributorum, & etiam a præcedēti ti. quia
ibi loquitur de scripturis factis ad securitatē sol-
uentium tātum, hic de publicis scripturis, & scri-
ptura facta super collectione thesauri, quæ tra-
debatur ab exactoribus seu susceptoribus præ-
posito thesaurariæ, & de hoc fit mentio in l. 1.
Item fit mētio de scriptura thesauri, de quo ha-
bes, supra eo. l. 1. in prin. ibi præcipit, & de colle-
ctione tributorum, quæ mittebatur comiti vel
principi sa. lar. per præpositum thesaurariorum,
vt l. alle. Item facit mētionem de scriptura quæ
mittebatur per præfectum prætoris ad præsides,
vt exigerent tributa: de qua habes. ꝫ. eo. l. præci-
8 pimus. Sed iuxta ista quæritur nunquid isti de ista
prouincia tenentur portare ad aliā prouinciam
a tributa sumptibus propriis,[a] & videtur quòd sic
quia causa fisci, & ergo sumptibus ꝓpriis fiat. ff.
ad exhi. l. si hæreditas. §. 1. supra de rei ven. l. si res
mobilis: sed ego dico, q cum ista tributa por-
tentur causa reipub. vt supra de exac tri. l. 2. isti
prouinciales habebant portare extra prouinciā
sumptibus suis propriis. & hoc videtur dicere ti-
tulus iste ibi cum dicitur, integer numerus, & ibi
præstetur, &c. quod non esset si expensas recupe-
rarent, & pro hoc in auth. de man. prin. coll. 3. §.
coges. nā alias Mediterraneæ ciuitates non gra-
uarētur in debitiones, si expen. recuperarent de
anno. & trib. l. Mediterraneę ciuitates, & l. nemo.
cum similibus. Sed nunquid debet portare pen-
b sionem ad domum domini,[b] videtur quòd sic
per iam dicta. Item offerre debet domino, vt C.
de iure emphy. l. 2. ergo oportet quòd adeat do-
mum domini arg. ff. de sol. l. quotiens. §. quia di-
cendum: dico q quidam sunt de consuetudine
qui tenentur deferre, & illi deferunt secundum
consuetudinem, quæ obtinet circa hoc vigorē,
infra eo. l. pen. & fi. alias de iure credo quòd non.
supra de exact. tri. l. pen. circa me. & infra in qui-
ca. colo. l. vlt. & de agri. & cen. l. cum satis. §. ca-
ueant cum ibi not. de hoc scripsi. l. pro locis, de
anno. & tri. Rebuffi.

ADDITIONES.

a Propriis Adde quæ not. in addi. ad l. mediterraneæ vbi po-
sui an, & quando quis teneatur portare tributa extra prouin-
ciā suis sumptib. & quid in collectis supra de anno. & tribu.

b Domini. Adde pro hac q. Spec. in tit. de loca & conduc. §. 6.
versi. sed quæritur. Bar. in l. si seruus communis meus §. seruus
capto. ff. de stipu. ser. Abb. in c. propter sterilitatem in pe. col.
tit. de loca. & Fel. remissiue 10 c. cum Bertoldus in 13. col. de
re iudic.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Iudicis præsumuntur erroneæ, in quibus antiquus non seruatur stylus.*

2 *Mandati fines an possint excedi, & non quod scriptum, sed quod scribi debuit attendendum est.*

3 *Literis superioris an sit indistinctè parendum.*

Præcipimus. Casus. Mandatum im-
perfectum susceptū per
mandatariū suppletur, hoc dicit Dy. vel sic mā-
dat hic præfecto prætorio & præsidibus prouin-
ciarū, vt nunciare debeant subiectis, vt se ad sol-
uendum parent, & ab eis exigant, & licet man-
dauerit quòd minus exigant possunt tamē quan-
tum vetus consuetudo requirit, alias permittit,
hoc dicit Odof. Ad euidentiam huius præmitte
1 casum. l. fi. supra de iudi. & dic hoc, q si literæ iu-
dicis aliquid contineant vltra veterem consue-
tudinem præsumantur erroneæ, nec eis est cre-
a dendum,[a] hoc dicit, & est ratio quasi iudices sua
authoritate non possunt augere vel minuere ista
tributa, vt supra l. proxi. ver. prouidentibus, & l. 1.
de superdic. & de anno. & tri. l. 2. sed si iudex ha-
beret contrarium mandatum principis, tunc li-
teris suis de hoc mentionem facientibus crede-
retur. supra de superindic. l. 1. Bart. In text. prope
fi. ibi exactionem procurari, licet litera delega-
toria minus contineat, & est ratio, quia verisimi-
le est si sciuisset, q de toto mandasset. Item quia
contra vtilitatem publ. non tenetur parere: nam
mens videtur esse præfecti, vt secundum consue
tudinem exigat nō alias. ff. de hæredi. insti. l. quo-
tiēs. §. 1. & de fur. l. si quis vxori. §. cum Titio. nam
si sciens consuetudinem hoc scriberet, non va-
leret, vt in auth. de man. prin. §. coges. multomi-
nus ergo si ignoret. ꝫ. de tabul. l. fi. Ber. de Deuc.
In fi. tex. ibi inferri, & sic inspicimus quod scribi
debuerit. ff. de offic. præsi l. licet. An. Not. ex hac
2 l. quòd fines mandati possunt excedi, nā hic plus
exigitur quam esset mandatum: sed contra. ff.
man. l. diligenter, sed dic quòd hoc fuit ratione
consuetudinis, vt not. hic in gl. fi. quæ plus ope-
ratur quam effectus mandati. Item nota, q non
debemus inspicere, quod scriptum est: sed quod
scribi debuit. ar. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. veri-
tas. & l. sed licet An. Sed quæro vtrum litteris su-
3 perioris sit parendum indistinctè, & dic quòd aut
tales litteræ sunt ꝯ ius cōe vel vtilitatem pub. &
tunc impunè eis non paretur, vt in auth. de iudic.
§. oēs 6. coll. & in auth. vt nulli iudic. §. & hoc ve-
ro. coll. 2. Aut sunt secundum ius commune, &
tunc aut tales sunt exortatiuæ & non important
necessitatem, vt l. sæpe. ff de offi. præsi. aut dispo-
sitiuę, & tunc recipiēs eas omnimodo habet exe
qui ar. d. l. diligenter, & d. §. & hoc vero: quod est
verum vbi princeps vel præses tales litteras scri-
psit ex certa scientia, si tamen erroneè non te-
netur exequi arg. huius l. & supra de hære. instit.
l. si pater. & facit supra si contra ius vel pu. vti l.
& si non cognitio ibi. & l. fi. cum ibi not. Rebuffi.

ÁDDITIO.

a Credendum. Infero ex hit q stilus curiæ debet attendi, vt
not. per Panorm. in proœ. decreta. Gregor. & in addi. 1. vbi
alleg. hic An. de Butr. quod quamuis multis sit limitationi-
bus per addentes ibi restrictum amplia, q non tantum sit at-
tendendus, sed etiam obseruandus, vt per compo. de Mar-
sin. suo. 118. item stilus curiæ dicitur.

Ne operæ à collatoribus exigantur.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Barones, & domini castrorum nō debent subditis suis imponere operas, nec exigere: exactio sonat violentiam.*

Opera-

Operarum. Casus. Prouinciales qui ad tributa tenētur ab angarijs sunt immunes. Vel sic exactores tributorum, qui ibant per subditos, vt tributa reciperēt, & imponebant operas ipsis subditis: hæc prohibet Imperator: vnde mandat, vt cesset taliū ope-
1 rarum præstatio, hoc dicit Odoff. In tex. ibi cessare. Not. ex isto text. q barones & domini ca-
a strorum, [a] non debēt operas imponere nec exigere à subditis. ad quod infra ne rusti. ad vllum obse. deuo. l. 1. & 2 quia satis grauantur in tributo. Dy. & est ratio: quia duplici onere grauarentur, quod esse non debet de leg. 2. l. Titia. §. qui in vita. doc. sed quid si prouinciales volunt sponte præstare operas, nunquid exactores tributorum poterunt recipere, videtur q sic: quia istud intro ductum est fauore prouincialiū, ergo ipsi renūciare possunt supra de pact. l. si quis in conscribendo. Item pro hoc facit hæc rubr. cum dicit,
b exigantur. nam exactio sonat violentiam [b], vt not. supra de exact. tri. l. apparitores super verbo prolatum. Item quia hic dicit illicite ergo à contrario si licite, exigi possunt. Tu dic contra. nam huic rubricæ renunciari non potest cum negatiue ponatur, vt not. supra ne fideiusso. do. dētur. l. 1. Item iste tex. nō solum prohibet exactionem imo præbitionem, idest, donationem, & per hoc infra ne rust. ad vllum obse. deuocentur. l. 2. in fi. lib. 11. Bart. In prima glo. ibi deuotum, nec stabulum. infra de cur. publico. l. in omnibus. Dy.

ADDITIONES.

a Castrorum. De baronibus an possint tributa suis subditis imponere dixi aliquid. supra l. æs quidem. de anno. & tribut. eo li. Quid aūt io comite. vide Spe. in tit. de feu. § qui. in pen. col. & ibi quæ, & pro quibus causis imponat not. etiam amplissime Alex. consil. mihi 35. vol. 2. oo. supra in addi. ad. l. 1. add. 1. de exact. tribu.

b Violentiam. Adde quòd imo non videtur violentiam seruare: id enim quod iure facere non prohibemur possumus, iur. vul. exigere autem, licet extorquere denotēt propriè tamen est in iudicio l. fideicommissa § si rem. ff de lega 3. l. non solū. & ibi glo. ff. sol ma. & l. falsus supra de fur. Et si extraiudicialiter denotet extorquere est impropriè, vt no. glo. & Doct. in l. si plures. §. assidue, de admi. tuto. & Card. in cle. 1. § 1. in 1. q. de excess. præla.

De immunitate nemini concedenda.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio delinquens in officio qualiter puniatur.*

2 *Officiales, & consiliarij ciuitatis an teneantur ad collectas, & tributa. Et a quibus muneribus excusentur.*

His nostræ. Casus. Si aliquis notarius falsum scribat instrumentum, in quo continetur aliquem esse immunem à tributis, cōburitur, & non obstante instrumento tributum exigitur, hoc dicit Odoff. de Ste. In tex. ibi tributariæ, idest, soluendi tributa. censitorum: qui sint dic, vt not. infra de censi. in rubri. li. 11. qui inquirebant quātum quisq; solueret. Dy. cōstruxerint, scilicet tabularij in fine tex. Si quæ-
1 ras qualiter puniantur tabelliones in officio delinquentes, dic aut deliquerunt cōtra ecclesiam, & deportantur supra de sacrosan. eccl. l. iubemus, 2. §. his tabellionib. aut contra fiscum, & tūc aut in non faciendo instrumentū, vt debent, & perdunt manum in authen. de mand princ. §. coges. aut inferendo falsum, & tunc aut est auctor delicti & comburitur, vt hic. aut non est auctor, & perdit bona, & relegatur, vt infra, vt nemo ad su. patroci. l. 1. supra de pe. bo. sub. l. 2. §. memoriales. Aut delinquunt contra priuatum, & tunc aut negligendo nolens facere instrumentum, cum requiritur, & ab officio remouetur, & punitur extraordina. supra de defenso. ci. l. iubemus ad fi. in authen. de ar. §. fi. cum ibi not. colla. 6. aut faciendo instrumentum dolosè aliter quam debet & tunc si super contractu licito, punitur pœna falsi supra de defenso. l. nec extra. supra de restamen. l. iubemus. ad fin. aut super illicito, & tunc aut est illicitus de sui natura, & punitur capite su-
2 pra de eunuchis. Circa istam. l. quæro vtrū officialis vel consiliarii ciuitatis teneantur soluere
a collectas & tributa [a], glos. in l. honorē. ff. de mu. & ho. & supra de exact. tri. l. actores. Tu distingue latius, quædam sunt munera patrimonialia, seu realia ad ista tenentur, vt l. fi. §. patrimoniorum, & §. seq. ff. de mu. & ho. & supra de exact. tri. l. fi. & de apo. pu. l. 1. quædam sunt munera personalia, & istorum quædam sunt in quibus consistit labor personæ, & tunc si quidem per illud onus aduocarentur ab illo officio, tunc excusantur, vt l. curiales, & l. curiales enim.]. de decurio. si autē ab illo officio per illud onus non aduocarentur, non excusantur, vt d. l. curiales. 1. quæ lex probat istam distin. ex magna tamen causa posset ab officio aduocari, & ibi patet, & d. l. curiales enim, si non tale munus cōsistit in præstatione pecuniæ tantum, & tunc aut est munus ordinarium, & ab isto non excusantur, vt supra de exact. tri. l. actores, ita loquitur hæc lex, quæ dicit neminem ex-
b cusari [b], aut est munus extraordinarium, & excusantur, vt d. l. honorem de mu. & ho. & l. his honoribus. §. fi. ff. de vac. mu. & l. in honoribus. §. qui muneris. eo. tit. Bat. Iac. Rebuffi.

ADDITIONES.

a Tributa. Adde quod posui io addi ad l. vnam in prin. de superindicto supra & in l actores. de exact. tribu.

b Excusari. Adde qui & a quibus muneribus personalibus, & patrimonialibus, ac aliis absoluantur, & per quos, in l præcepit, & quæ ibi posui in addi. supra de can. larg. titu. isto lib. & in l actores, etiam in mea addi. supra de exact. trib. vbi quid in Docto, quibus adde Bart. in l. medicos, infra de profess. & medr. isto li & in l. 1. in pe. col. versi. fallit in doctoribus, infra de mulie. & in quo lo. isto etiam li. & Gui. Pap. decis.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Vsucapio sine causa procedit. Via cuius sumptibus debeat reparari, distinguitur.*

Per bithiniam. Casus. Licet incolæ bithiniæ, & aliarum prouinciarum hic nominatarum sint immunes à personalibus, non tamen à patrimonialibus muneribus. hoc dicit Dy. vel sic omnes possessores existentes in bithinia, & aliis prouinciis debent cōtribuere ad reparationē publici aggeris,

ris, & similium munerum pro modo possessionum quas possident, hoc dicit An. vel sic munitio aggerum, vel viarum debet fieri facta expensa pro quantitate patrimonij possessionum, hoc dicit Bart. in tex. ibi per bithiniam vbi maxime reparatio fluminis necessaria est, & ibi possessores subaudi tam mobilium quam immobilium: quia mobiles vsucapiuntur insti. de vsu. §. 1. ergo
t possidentur cũ sine ea non procedit vsucapio. ff. de vsuca. l. sine. ad quod. ff. de leg. 3. l. si cui lana §. lana. nec ob. de. l. 3. l. vxoris. §. legauerat, quia ibi non continentur mobilia; quæ ad tẽpus erãt ibi licet si. perpetuo, vt hic Bart. & ibi aggeris. i. territorij vel obstaculi positi ad aquam frãgendam. vel capitum. i. animalium. Dy. glo. ad euidentiam debetis scire, ꝙ aggeres dicuntur quædam munitiones quæ fiũt iuxta ripam fluminis, ne flumen excrescẽs fluat per planicies. In fi. tex. op ar. ꝙ quilibet tenetur munire viam iuxta domum suam, non autem debet fieri de publico, vt l. ædiles. ff. de loco publico fru. & ideo distingue. Quia quædam est via publica: quædam priuata. Primo casu si quædam via est infra muros ciuitatis, quilibet debet eam munire iuxta domum suam, non autem debet fieri de publ. vel. contraria. Si autem est extra ciuitatem tunc debet fieri munitio expen. cõis imponendo collectam pro quantitate patrimonij, vt hic, & supra de sacrosancto eccl. l. administrationem, & in auth. de eccl. tit. §. scimus: colla. 9. quædam sunt viæ priuatæ, & hoc potest duobus modis intelligi: vno modo via prout est ius eundi, & dicitur seruitus, & tũc refectio incũbit illi, qui habet viam. ille enim qui debet pati non dicitur habere, vt l. refectionis cum si. ff. communia præd. secundo modo accipitur priuata via hoc est facta ex collationibus priuatorum, & tunc idem quod ad illos priuatos pertinet refectio, vt ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. viarum. de hoc per Doct. dicitur in
a l. neminem. C. de sacrosan. eccl. [a] In glo. a. ibi. l. ad portus, & l. omnes contra hanc. l. videtur. ff. de ædi. edict. l. 1. §. construant. sed dic, ꝙ ibi tractatur de munere cõcernente vtilitatem rei singularis, quasi quia ratione concernit vtilitatem alicuius ea ratione intantum contribuere teneatur, & ita intelligendum dictum huius gl. si tractetur de muris vel vallis ciuitatum reparandis, dic ꝙ habitantes, idest domos possidẽtes tenentur intra conferre iuxta modum istius. l. Alij autem extra ciuitatem possessionem habentes, qui ibi non habitant nec vtilitatem ex reparatione recipiunt, non tenebuntur, sic tex. contrarius, & ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. viarum. ver. vicinales in fi. vbi autem tractatur de re concernente vtilitatem omnium possessorum, tam extra quam in ciuitate possidentium, vt in reparatione portus vel pontis tunc omnes tenentur iuxta modũ istius l. quæ sic intelligitur cum glo. iuncto. in authen. de eccl. tit. § ad hæc colla. 9. & d §. viarum, ibi refectio. u. idcirco de cõi fit, &c. de hac materia, vide per Pe. Ia. in additione magna. c. circa expen. &c. fi. ibi ablit, quod est verũ si sit refectio magna: sed si sit modica tunc ꝓximiores cõferre habent. s. de operib. pu. l. cures. Guil. de Cung. In gl. fi. ibi animaliũ. s. forte ꝓ quolibet animali vnũ denariũ. j. de impo. lu. descrip. l. vna ĩ prin. j. de man. prin. §. coges in auth. de coll. §. 1. G. Ac.

ADDITIO.

a De sacros. eccl. Concludit igitur ꝙ via debet reparari sumptibus dominorum domorum, & ista est cõis opi. quã tenet Bart. hic, & Docto. in l. ædiles §. studeant. ff. de lo. pu. fru. quod tamen fallit si dominus sit pauper, quia vicinis onus reparandi illam tunc incumbit. ita no. sing. in ver. via versic. no. quòd viam, &c. per gl. so l. si. §. fin. de vi. & iti. pub. & an teneatur conductor vel inquilinus cessante domino domus no. Bart. in alle. §. studeant. in 3. no & ibi quid in illo qui gratis habitat. & Flo. in l. si pendentes. § si quid cloacarij. ff. de vsuf.

De conditis in publicis horreis.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *In officijs regendis præferuntur nobiles, diuites, & bono patre nati.*

2 *Milites non vtentes cibarijs delicatis, fiunt magis robusti ad sustinendam hostium duritiem.*

Fructus corruptos cum incorruptis miscere permissum est, nec est falsitas.

Omnia quæ. Casus. Frumentum in horreo publico conditum prius vetus quam nouum est expendẽdum, si commode fieri potest, alias fiet cõmixtio, hoc dicit Dy. vel sic debet frumentum vetus primo præberi militibus quam nouũ, & si vetus sit corruptum misceatur cum nouo, vt velletur corruptum. vltimo dicitur, ꝙ super his debet adhiberi fidelis custos, & idem intelligas si tractetur de venditione frumenti in publicis horreis conditi, hoc dicit An. In tex. ibi omnia quæ anno quo libet in horreis deponi debent, vt sufficiant militibus tempore necessitatis, vel vt de pretio eius satisfiat Odof. & ibi horreis. s. publicis, ibi erogata, ratio est: quia quæ sunt citius corruptibilia sunt facilius distrahenda, supra de admi. tut. l. lex quæ in fi. misceatur, ratio est in l. ista, quia militibus expedit, vt recipiant de malo frumento, vt assuescant malum, & vt res publ. abundet. infra de ero. mili. An. l. 1. vnde fit cõmixtio ar. l. quod sæpe. §. veneni. ff. de contrahen. emp. & sic facit, ꝙ si redditus sunt alicui assignandi debet fieri assignatio tam in bona quam in mala parte, siue terra ad quod. ff. de pig. act. l. si seruos in auth. de fideius. §. quod autem in fi. infra de omni agro deserto. l. quæ vtilia, & l. qui fundos, & l. qui per potentiam. P. de Mor. mari. melius in authen. de alic. & emphy. §. quod prohibetur. colla. 9. nobi-
1 lis. Not. nobilem ad regẽda officia transmittendum, vt hic, & in auth. de defen. ci. §. interim, & §. pe. coll. 3. Item & ditiores, & infra de decurio. ad subeunda. Item & natos ex bonis parentibus, vt in auth. de referen. §. fi. coll. 2. ad quod ff. de ædil. edict. ꝙ si nolit. §. qui mãcipia. Itẽ & bene natos. ff. de decurio. l. generaliter. §. spurios. Itẽ & Christianos. s. de Iudæ. l. fi. in prin. qui corrigit. §. fi. dictæ. l. generaliter, & hoc verum in officiis, quæ congruunt nobilibus, alias secus, infra de decurio. si quis procurationem, & l. vniuersos. ff. de ar. l. pedius. §. 1. supra de Iudæis. l. Iudæi Romano supra de commer. & mer. l. nobiliores. Bert. & G. de Ferra. cum concor. supra de iusti. codi. cõpo. §. 1. ver. reiectis, & de no. cod. compo. §. 1. & ibi fidelis,

fidelis pro hoc extra de elect.c.quia propter mẽtis,ideſt,bonæ conſcien. Dy. In gl.2.ibi vel dãdo
2 militibus,& ibi eſt verus intellectus, & tũc eſt ratio huius. l.vt milites cibariis non delicatis vtentes ſint magis robuſti ad duritiem hoſtium ſuſtinendam arg.ff. de re mili.l.1.§.fi.iuncta.l.1.cum gl 1. de ero. mili.an. lib.12. Item ne deterius eis contingat, quia in futurum ſterilitate adueniẽte cogerentur prius corruptum ſine commixtione comedere, alias plurimum principem aggrauarent ſi ab eis deberet emere, quod vendere conſueuit,vt infra de fru.vr.conſtan. l.1.lib.11.& ſic propter vtilitatem militum,& Imperatoris hæc immixtio conceditur, alias ſecus,& ſic non ob. ff.de extraor.cri.l.ſacularij in prin.& de neg.geſt. l.ex facto. Sed quando in venditione iſta.l.intelligitur,tunc eſt ratio,quia licitum eſt contrahentibus ſe decipere,vt ff.loca.l.item ſi precio. §. fi. de mino.l.in cauſæ.2.§.pe. & quia emptor poteſt præuidere ſi ſit corruptum vel non ar. ff.de ædil. edict.l.quæritur.§.fi.& per hoc patet,ꝙ qui vendit librum pro correcto cum tantũ ſit pro parte correctus,ꝙ non teneatur vẽditor alias ſic, vt d. §.fi. Bert. ſuper l. omnia. non debet tangi de fru-
3 ctibus nouis,conſumantur antiqui. Item licitum eſt commiſcere fructus corruptos cum incorruptis, & ad prædicta per ſuperiorem officialis ſufficiens deputetur, hoc dicit Bart. & ſic habes tres partes, vt hic colligitur. In tex.ibi frumentũ dicit gl.ſ.nouum,& ſic not.ꝙ non debet nouum frumentũ expẽdi niſi prius expendatur vetus, & ſi tutor alicuius pupilli ꝯrium faceret teneretur, debent enim fructus ſecundum qualitatem temporum vendi quidam primo tempore, & quidam ſecundo ſeruari,vt l.is cui.§.quæri poteſt,vt in poſ.le. Secũdo not.quòd licet miſcere incorruptum cum corrupto: quod tene menti, quia dicent laici, quòd eſſet falſitas, quod non eſt verum, vt hic Bar. ibi nobilis prudens & virtuoſus, de quo dixi plene qui dicantur nobiles, infra
a de dig.l.1.lib.12.Bar.[a]

ADDITIO.

a Bar. Adde per Car.in cle 2 in prin.de ſent. excom. Paul. de Caſt.conſ.115.& conſ.219.& latiſſime per Do Nicol Boerij. in li.conſue.bitu.in tit.de conſue.tur.ſta.perſo.§ 6. vbi quid ſit & quotuplex nobilitas cum multis.q.circa nobilitatem.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Officialem in officio delinquentem quis puniat.*

Cum ad quamlibet. Caſus.Prȩſes prouinciæ debet circa publica inſpicere & cuſtodire,vt bonæ ſpecies militibus præbeantur, & ſi ſui negligentia ſpecies fuerint corruptæ hoc ad ſui dãnum redundabit,hoc dicit Odoff. de Ste.& Dy. Vel ſic,rectores prouinciarũ debent per ſe ipſos domos inſpicere,ne ex pluuia corrumpantur publica frumenta.hoc dicit. Not. quòd licet tutor vnius magni patrimonij, vel aliquis poſitus in aliqua magna adminiſtratione excuſetur ſi negotio imponat aliquem ſufficientem factorem, vt ſupra l.proxi.in fi. & l.argentum. ff. mandati. tamen inſpicere debet an ſint ſarta tecta per ſeipſum, alias non eſt diligens adminiſtrator, vt hic Bart. In tex. ibi depuratæ: i. bonæ de ſentio. officij,ideſt,officialium ſeu cuſtodum,& ibi tuũ. ſ.præſidis prouinciæ. In gloſſ 4.ibi.l.præſes.& 4. Regum,c.12.& 22. In gl.vlt.ibi delictum officia-
1 lis punit dominus, quod eſt verum ſi delinquat in officio, ita ꝙ dominus hoc ſcire poſſet.ff.ad l. Pompe.de parrici. l.vtrum, & l. ſi ſciente.ſupra de aſſe.l.2. not.gl.in authen.de iudic. § nullo ſuper verbo, probatos, coll.6.& ad quod ſupra de commer.& merca.l.2. de paga. l.2. & l.Chriſtianis, & melius de ſal. mo. l.1. in fi. ſecus ſi delinquat extra officium: quia tunc dominus veriſimiliter poteſt ignorare, infra de tabul.l.generali ff.ad mu.l.libertus.§.fi.& in auth. de quæſto. §. ſi vero aliquæ autem in hac habitantium colla.6. Doct.& vide quod ſcripſi. ſupra de offic.co.ſac. lar.l.1.& quod ibi not.per Doct.ff.re,amo.l.ſimi-
2 liter,& ff.de offic.proconſ.l.4.§.proficiſci, & in auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.cos.ver.& non ipſi,& hic per Beren. & Pe.He.

LEX III.

Nulli poſt hac. Caſus.Nulli eſt permiſſum frumẽtum, vel alias ſpecies de publicis horreis recipere,& ſi fecerit punitur amiſſione bonorum, & deportatione,hoc dicit in tex.ibi vſurpare, ideſt, authoritate propria capere. Dy. in 1. gl. dum alias.ll.ſi mihi in glo.2 ibi vſurparet, & ſic in mala parte, vt infra de cano. fru.vr.Ro.l.fi.Rebuffi.

Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de ſytoniæ munere.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Guerra adueniente an teneantur ad collectas, hi quibus tempore pacis immunitas eſt cõceſſa. Futura an videantur remiſſa per priuilegium Principis.*
2 *Indefinita quando æquipoleat vniuerſali.*
3 *Frumentum fiſci quandoque quis cogitur emere, & aliquando quis inuitus cogitur vendere.*

Quotiens. Caſus. Nemo emptione frumenti, & aliarum ſpecierum tempore neceſſitatis ſe excuſet. Dyn.vel mandat Imperator, ꝙ cum neceſſitate vrgente ipſe dixerit, ꝙ quilibet emat frumentum, nemo à tali emptione ſe debet excuſare, nec priuilegium in contrarium conceſſum valet, nec excuſatur domus Principis vel Auguſtæ, hoc dicit Odoff.de Ste. Sed in quo differt hic tit.à tit.infra à quibus mu.&c.& à ti.ſupra de immu. ne.cõce. Reſpon.ti.1.a qui.mu. eſt generaliſſimus in omni modo exactionis ſeu præſtationis; ſed ti.ſupra de immu.ne. conce.eſt generalis ad omnia tributa. Iſte autem ti.eſt ſpecialis ad præſtationes quȩ
1 conſiſtunt in ſpecie. Bar.ibi quotiens. Hæc,l.eſt argumẽtum ad quæſtionem an conceſſa aliqui-
2 bus immunitate de non ſoluendo collectas, & tale priuilegium fuerit conceſſum tempore pacis,

cis,an postea adueniente guerra, propter quam
pro defensione patriæ sit necessarium indicere
collectam, an tales priuilegiati possint se excu-
a sare[a], vt sunt nobiles, monetarij, & similes, vt
fuit in facto antequam ciuitas Bononien. esset
in guerra, multi de aliis ciuitatibus veniebant, &
si erant artifices concedebatur eis immunitas:
postea ciuitas incepit esse in guerra, & imponc-
batur eis collecta: quidam de dictis artificibus
voluerunt se excusare, quod nunquid possunt, &
videtur quòd non teneat talis concessio: quia li-
cet quis impetret priuilegium, vt nō soluat col-
lectas, non valet infra de decu. l. vacuatis, & qui
immunitatem habet videtur habere à persona-
libus, tamen tenetur ad munera patrimonialia.
infra de mu. pa. l. 3. sed hoc est patrimoniale. ff.
de mu. & ho. l. rescripto. §. sciendum ergo, &c. in
contrarium dicebatur, & videtur casus, nam his
qui certa conditione muneribus se astringunt,
fides est seruanda. ff. de iure immu. l. 2. in princ. &
pro hoc. l. quia qui publici muneris habent excu
sationem ab extraordi. quæ ex improuiso impo-
nuntur excusantur. ff. de va. mu. l. in honotibus.
§. qui munerum: sed hæc lex videtur contra: quia
illi quibus conceditur immunitas non excusan-
tur à collecta quæ imponitur tempore necessi-
tatis famis vel guerræ, propterea remissio non
trahitur ad ea, de quibus verisimiliter non est ex-
cogitatum. ff. de transact. l. cum Aquiliana. & l.
qui cum tutoribus. §. fi. sed illo tempore quo fie-
bat remissio nihil de guerra fuit excogitatum,
cum esset in pace ciuitas Dy. & pro hoc de dam.
infect. l. damni in prin. & ff. de pig. l. ea ne obliga-
tione. ad munici. l. Lucius. §. Imperator, & ibi ex-
cusationum nota. ꝙ vbi euenit necessitas famis
vel guerræ, omnes tam nobiles quam etiam pri-
uilegiati tenentur ad collectas. j. à qui. mu. nc. se
excu. li. l. 1. & per totum, vbi enim vaxillat publi-
ca vtilitas cessat priuilegium. j. de priuil. schola.
l. 2. Nam & priuato tempore necessitatis tene-
tur quis communicare. ff. ad l. Rho. de la. l. 2. §.
æquissimum, & §. corporum. ergo multo fortius
Principi vel Regi in feu. de phi. feu. ali. per Fre.
c. 1. §. firmiter, ratio est: quia munera præsentia
b non futura videntur esse remissa[b], per primum
priuilegium. ff. de cōtrahen. empt. l. in lege, & de
transact. l. qui tutoribus. C. de sacrosan. ec. l. iube-
mus, nec obst. quod indefinita æquipolleat vni-
uersali. ff. de serui. vr. præ. l. si seruitus, quia verum
est quando omnia quæ continentur sub indefi-
nita sunt eiusdem formæ: quod non est hic in
munere patrimoniali, in quo est maior rō quam
in personali, nec ob. ꝙ ab extraordinario vide-
tur excusationem habere. ff. de vac. mu. l. in ho-
norib. §. qui munerum: quia verum est à perso-
nali non à patrimoniali, vt hic, & ff. de vac. mu. l.
fi. §. duo. de Deu. & ibi onera. s. imposita propter
talem necessitatē Dy. & ibi portione ex hoc ap-
paret, ꝙ est munus patrimoniale non personale
prouinciis. i. aliquibus prouinciis patientibus ne-
cessitatem sicut in Egipto tēpore Ioseph & Pha-
raonis. G. Ac. & ibi excusandus, quominus tenea
tur conferre ad pecuniā, quæ pro emptione spe-
cierum exigitur, qn frumentū quod erat in con-
diro non sufficiebat militibus, & in quocumque
2 modo p̄ sacros apices postulatione vel sine po-
stulatione. Dy. pragmaticam factam cum con-
silio procerum. Dy. In gl. fi. ibi cogitur subaudi,
& postea minutatim pauperibus vendere certo
pretio eis taxato. G. Ac. & ibi coguntur subaudi
illi qui habent in abundātiam, & hoc certo pre-
tio. G. Ac. cogūtur, prima verior Dy. ꝙ sit munus
patrimoniale indictum ipsis rebus, & secundo
denotat dictio, possidētium, quæ est supra, quod
quidē munus subeunt, & nō incolæ dum tamen
sint possessores. ff. de mun. & ho. l. rescripto. §. fi.
incolæ tamen subire munus personale debēt ff.
ad munici. l. incola. G. Ac. In gl. fi. ibi infertur ad
comparationem, habent casum not. Et tñ pone
casum, euenit quandoq; ꝙ frumenta & horrea
publica non sufficiūt militib. & ita cogēte neces-
sitate guerræ necessaria est pecunia pro emēdo
frumēto vel alias species ad quas omnes tenen-
tur, vt hic & An. de Bar. Item etiam potest intel-
ligi quando imminebat necessitas emendi fru-
mentū ob causam famis, & tunc etiam est casus
notabilis, ꝙ licet talis emptio videatur principa-
liter venire in fauorem pauperū, & indigentium
tñ onus est patrimoniale, & sic ēt diuites cōpel-
lentur: rario, quia ad vtilitatem publ. pertinet. nā
sine istis pauperibus ciuitas nō esset perfecta. l. 2.
ff. de nundinis Bart. In glo. fi. ibi quo emere cogi-
tur nō credo, ꝙ de tali munere loquitur hic: sed
3 debet intelligi, quando fiscus habet mulnim de
frumento, quod seruari non potest, tunc impo-
c nit omnibus subditis necessitatem emendi[c], &
istud est patrimoniale, vt ille qui plus habet, seu
ditior est plus emere cogatur, si enim intellige-
retur de munere personali hoc est de cura emē-
di, multi excusarentur quod esset contra istū tex.
& istum casum not. quia etiā sæpe occurrit. Bar.
in gl. fi. in fi. ex hac not. ꝙ etiam istud munus est
pt̄imoniale, & est ēt notabile, vt quis cōpellatur
vendere suū frumentum imminēte necessitate
famis vel guerræ, & sic qui plus de frumēto col-
ligit plus tenetur vendere iusto tñ pretio non vi-
liori, vt l. Imperatoris. ff. ad l. Iul. de anno. Bar.

ADDITIONES.

a Excusare. Adde ꝙ immunitas in dubio non extenditur ad onera tempore guerræ subeunda nisi expresse actum sit, ita no. Dy. & Albe. de Rosa in l. si ex toto in prin. ff de leg. 1. Bar. Cæpo. caute. 118. not. in l. iubemus, & ibi Bal. de sacrosan. ecc. Rayo. & Alex in alle. l. in honoribus de vaca. mu. Io. de Imo. post Dy in præalle. l. si ex toto, & Bal. latius, hic.

b Remissa. Imo videntur esse remissa futura, vt no. Cy. in l. placet in fi. supra de sacrosan. eccle. contrarium tamen in hoc casu. vt hic est veritas, quod tenuit flo. in l. si seruitus in princ. ff. de serui. vrba. prædio. per l. non enim de constit. pecu. & in cle. litteras de rescript. Addo Bart. & quæ not. in addit. supra proxi. in l. si ex toto de lega. 1.

c Emendi. Addo ꝙ tunc etiam vltra iustum pretium potest vendi not. in l. 2. in §. respon. ff. ad l. Iul. de anno. & Bart. hic in 2. no. & ibi quid in aliis fructib. dic tamen hoc esse verum si tale frumentum conseruari non possit, & quid veniat appel. frumenti vide Bar. in l. frumenti ff. de verb sig. Alex. latius in l. triticum de ver obli. & Panor. in c. ex multiplici de deci.

De collatione donatorum vel releuatorum aut translatorum, seu adhæratorum.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota an liberetur a p̄statione pēsionis dimittēdo rē.*
Feudum in fauorē vaßalli datur, & an ei poßit renūtiari.

2 Lex

2 *Lex & consuetudo an possint concurrere.*
3 *Princeps de quibus bonis potest concedere.*
4 *Extimum an, quando, & per quos sit diminuendum.*

Dispositionem. Casus. Tribura an-
niuersaria minui nõ
conuenit, nec valent rescripta in cõtrarium im-
petrata, imo officiales contra fieri permittentes
puniuntur, hoc dicit Dy. Et facit ista lex ad du-
bium nunquid emphyteota dimittendo rem li-
a beretur à præstatione pensionis[a], videtur quòd sic
per hanc. l. cum gl. quia dimittebantur talia præ-
dia, & assignabantur aliis, pro quo facit: quia vbi
quis tenetur ad vnum, faciendo plus liberatur. ff.
de in litem iur. l. eum fur. ad quod. ff. de aqua plu.
arc. l. is cum quo in fi. ad idem. ff. si serui. ven. & si
forte. §. Labeo. & videtur casus in feu. de vasal.
qui contra constit. lo. c. 1. ad fi. in contrariũ cre-
do, quia non debet quis postulare cuius contra-
rium non esset postulaturus, sed emphyteota nõ
postularet, vt dominus eũ expelleret si pro bono
prædio præstaret modicum censum, ergo &c.
ar. supra de soln. l. pe. & quia sicut ab initio esset
licitũ contrahere, &c. vt supra de actio. & oblig.
l. sicut. Item pro tali pensione datur condi. ex. l.
nota. C. de iure emphy. l. 1. In glo. super verbo,
repellere, circa fi. & insti. loca. §. adeo. super ver-
bo, proprium, quæ est personalis, vt insti. de act.
§. appellamus. & ar. ff. de contrahen. emp. l. fi. §. fi.
à qua personali actione nõ liberaretur quis rem
dimittẽdo. C. de pig. l. 1. ff. de vsufr. l. sed cum fru-
ctuarius, & ff. de aqua plu. ar. l. is cum quo in prin.
pro hoc facit C. de iure emphy. l. 2. prope princ. ibi
volenti, &c. pro quo. ff. de le. commissaria. l. 2. &
videtur expressum, infra de fun. patri. l. quicunq;
la 1. non ob. contraria. nam non videtur facere
plus ex quo aduersarius non vult. ff. de vsufru. l.
quamuis, & de vsu. & hic in l. fi. non ob. l. is cum
quo: quia illa actio est in rem scripta, & ideo di-
mittendo rem liberatur ar. infra eo. ti. l. si tertius.
§. quiq; cũ gl. non ob. l. si forte: quia ibi rem con-
triuit. non ob. c. 1. quia ibi non omnino libera-
c tur. nam offendere non debet, vt ibi. Item feu-
dum datur in fauorem vasalli, vt in feu. quò ca.
feu. amit. c. 1. §. in primis. cui potest renunciari,
vt supra de pac. l. si quis in conscribendo: sed res
datur in emphyteosim, vt melioretur fauore do-
mini non fauore emphyteotæ, vt C. de iure em-
phyt. l. 1. & 2. quasi, &c. Ber. de Deu. In tex. ibi ca-
nonis, idest, tributi vel ordinariæ præstationis
Dy. Et ibi canonem i. ordi. præstationem, ceci-
dit subaudi, pro quolibet qui non soluebatur, vt
hic not. & ff. de annu. le. l. Scio. §. medico. Dy. an-
niuersaria, quia singulis annis debet præstare, vt
infra de fun. re. priua. l. vniuersi. de suscep. nemi-
nem. in ante. i. ante nos. Dy. posterum, idest, post
nos. Dy. translatisq; subaudi ad nouos cultores,
quia fuerunt ab antiquis deserta facta in donatis:
quia cum nihil posset habere censitor omnino
cẽsum dimisit Fra. super his; scilicet prædus Dy.
exactionis, scilicet tributi Dy. præterin tempo-
ris, idest, ante nos. Dy. censemus, scilicet vltra id
quod induxit Antiochus Dy. possessiones, nisi
ex causa superuenienti sit. ff. de censib. l. forma. §.
illam, & §. quamquam porrigatur, & ad illã sug-
gestionem per nos rescriptum isti legi contra-
rium concedatur. Fran. suggestionem hoc non
petito, seu proprio motu obsequatur, si officium
amplissimæ tuæ sedis esse, scilicet se extimet. In
glo. 2. ibi non tollitur, & hoc habet locum, quã-
2 do sumitur consuetudo pro actu vtendi: quia
tunc concurrere possunt. ff. de act. emp. l. non est
nouum de verb. ob. l. qui bis idem de ritu nupt. l.
palam, de pœnis l. aut damnnm. §. fi. supra ad l.
Iul. maie. l. quisque iuncta. l. 1. circa prin. supra de
pe. bo. subla. secus si sumatur prout vicem. l. ob-
tinet. ff. de legibus. l. de quibus: quia tunc concur-
rere non possunt. ff. de condit. & demon. l. Titiæ,
& de acqui. poss. l. qui vniuersas in prin. & l. cum
qui ædes. ar. ff. de leg. 1. l. si quando in prin. nam
ordinarium. l. auxilium cum extraordinario cõ-
suetudinis cõcurrere non possunt. ff. de no. oper.
nunc. l. in prouinciali §. 1. de minor. in causæ. in
princip. & de offic. præsid. l. sæpe ad quod. ff. pro
so. l. merito. de acqui. poss. l. si quis. An. & ibi son.
consue. & dic, vt ibi plene not. per Cy. & quòd lex
cum consuetudine concurrere possit, & per con
suetudinem approbari est tex. supra de ve. iu. enu.
l. 1. §. sed & si leges. In glo. in versicu. possessio-
nes. ibi illa forma, idest, illa lex quæ incipit, for-
ma. ff. de censi. In glo. fi. ibi non valere, quòd ibi
3 concessum proprio motu l. non reprobat, hic
reprobat. vel dic, quòd ibi loquitur de bonis
quæ habet fiscus, vt priuatus, & succedens pri-
uato, & illa proprio motu potest concedere,
vt ibi, hic autem de bonis; quæ ad ipsum per-
b tinent[b], vt ad Principem non ex successione
priuati; quia non potest concedere etiam pro-
prio motu, vt infra de fun. rei pri. l. fi. & de sum.
pa. l. fi. in fi. Ia. vel dic quòd hic est ratio: quia alij
grauarentur, quod esse nõ debet, vt infra de cen.
l. 1. supra de act. tri. l. actores. ad quod. ff. de mu. &
ho. in l. 3. §. præses. An. vel dic hic regulare ibi ca-
suale Beluis. Ad euidentiam huius. l. no. quando
datur alicui prædium ad incensum. facienda est
descriptio, & incensus promissio, vt habes. ff. de
censi. l. forma, & si prædia censualia casmate in
aliqua parte perierunt, est facienda per incensi-
torem releuatio incensus vt præal. l. forma. §. 1.
sed si primus possessor, qui recipit ad incensum
nil potest soluere, fit translatio prædij in alium,
vt soluat certum incensum. interdum fit dona-
tio, quòd cum nil possit haberi censitor donat
alicui: interdum fit adæquatio; quia si primo
præstabantur frumentum vel vinum per incen-
sum, modo dant ad incensum alicuius æris, vt
soluat possessor certam pecuniam nomine in-
census. Tempore ergo Antiochi Imperatoris,
quia prædia censualia casmate perierunt, aliqua
prædia erant translata, aliqua releuata, aliqua
damnata,

ADDITIONES.

a Pensionis. Adde hanc quæstionem decisam per Bart. in l. is cum quo infra alleg. ff. de aqua plu. arcen. Flo. in l. absente de vsuf. Bal in l. 2. versi. si voluerit, supra de iure emphy. Spec. in ti. de loca. § 6 versi. 148. & ibi Io. And. in addi. ad eum, & Inn. in c. quæ in ecclesiarum de consti.

b Pertinent. Dic hoc esse verum in multis subditis suis, vt nota. Bal in c. 1. §. 1. versic. quæro an dominus quo tempo. miles. in vsi feu. & in generali in 1. q. fi de feu. sue. contro. Hosti. in c. dilecti. extra de maio. & obedi Pau. de Ca. cons. 76 incipien. quia frustra, & Oldr. consi. 92. inci. Rex habuit gl. & Alex. in l. prohibere. § fi ff. quod vi aut clam. Quod est verum immoderatè. vt no. Alex. & gl. vbi supra quibus addo Bart. in l. si finita. § 1. ff. de dam. infect,

damnata, aliqua adhærata,& forte pro modico censu: statuit Imperator Antiochus, quod omnia talia prædia soluerent certum quid pro præterito,& futuro tempore quolibet anno:& ita fieret conueniens solutio,& hoc confirmat Imperator Valentinus qui fecit hanc l.istam,& mandat, quod nec mutetur hoc pretium prætextu alicuius priuilegij nec augmentetur,& sic nil innouetur: sed secundum quod consuetum est seruetur hucusque: tali consuetudini hac.l.approbatæ nullo obuiante rescripto. vltimo punit impetrantes rescriptum de minuendo hoc censu,& iudices recipientes ipsa rescripta, hoc dicit. Nota ex princ. huius. l.
4 illum esse canonem,& ordinarium onus, quod quolibet anno præstatur concor. supra de sacro sanct.eccl.l.placet. Secundo not. quod consuetudo l.approbata non tollitur rescripto. Tertio nota. quod rescriptum vtilitatem non tenet, de quo dixi de pe. bo. l. 2. An. de Bar. Item not. quod si aliqua prædia essent releuata in extimo ciuitatis potest postea augeri per superiorem, vt hic fecit Imperator Antiochus. Item no. quod non licet alicui releuare hoc est diminuere extimum ciuitatis, vt hic & de vsu. nulli. quod intellige nisi
a ex causa superuenienti [a], vt l. forma. §. 1. ff. de censi. Bar.

ADDITIO.

a Superuenienti. Debet enim extimum diminui si fundus per aluuio. decre. vt ibi,& no Bal. in l. acceptā in fi. supra de vsu. & in l. etiam supra de exe. rei iudic. Adde Guil. de Cung. in l. quod si maritus,& quod ibi addidi. ff. de consti. pecu.& Alex. in l. Titio ff. ad muni. & quid operatur, vide Bal. in all. l. etiam in vlt. col. supra de exe. rei iudi. cui adde Ang. in fi. supra sine cen. vel reli.

De collatione æris.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia vna pro alia inuito creditore an solui possit, late distinguitur. Solidus & aureus idem sunt.*

Aeris pretia. Casus. Viginti libræ æris valent vnum aureū. Vel sic pro ære potest solui aurum tanti valoris, hoc dicit Bart.& intellige quādo res publica non læditur, vt not. ff. de solut. l. Paulus,& ibi per Bart.
1 Not. ex hac l. quod hic soluitur aliud pro alio à volente volenti non autem ab inuito instit. de ac. §. præterea, non inuito not. infra de fabri. l. 1. An. de Bar. Tu distingue, quod aut aliquis tenetur ad speciem certam, & tūc non potest præstare speciem,& audiretur volens æstimationem præstare, vt in l. qui concubinam. §. si ædes,& in l. non dubium. §. fi. ff. de leg. 3.& ad l. fal. l. alienus. Aut potest præstare speciem,& non sine incommoditate, & tunc auditur æstimationem præstādo. ff. de leg. 1. l. si domus. §. qui confitetur. Si autem sine incommoditate vera vel præsumpta nō auditur volēs præstare æstimationem, vt d. l. si domus. §. cum alicui. Aut quis tenetur ad quantitatem, & vult soluere in alia forma, & tunc distingue: quia aut interest creditoris solui in ea forma in qua est obligatus debitor, aut non: primo casu non auditur volens in alia forma soluere, vt l. Paulus. ff. de solu. secundo casu non auditur recusans solutionem in alia forma. ff. de aur.& ar. le. l. 1 ad fi. Dy. Et vtrum vnam pecuniā prō alia
a teneatur creditor recipere [a], dic vt not. C. de donat. l. si quis argentum in prin.& secundum prædicta non ob. ff. si cert. pet. l. 2. §. mutui. de Rupe fixa. In glo. 1. ibi aurum: quia idem est vnus solidus sicut vnus aureus, infra de vete. nummis. po. l. 1. cum ibi not. lib. 11. In ea. glo. ibi alias contra vt ff. si cer. pet. l. 2. §. 1.& de sol. l. Paulus: sed dic quod hic nullum incommodum creditoris est. ff. de aur. & ar. le. l. 1. ad fi. ibi ex quibus æs licet annona præstaretur vinum vel frumentum fisco pro censu. Dy.

ADDITIO.

a Recipere. Adde pro hac q. Spec. in tit. de solu.& obli. §. fi. in pe. col. vers. pone in statuto. Oldra. consi. 150. Hosti. & scribe. in c. quanto de iureiur. Bar. in l. 1. supra de fal. mo. Fran. Cur. in tracta. de mone. Dy. in c. in obscuris, & ibi Do. Nicol. Boerij. in addi. 9. & 10 regula. inspicimus de regu. iuris.

De discussoribus.

Rubrica.

In glo. Rubricæ ibi ne vendantur, sub. quod est verum in rebus, quæ ad vsum hominis sunt necessariæ, ceteris tamen ad vsum proprium, supra, vt nemini li. se in emp. Spe. l. 1. ff. ad l. Rho. de Ia. l. 2. infra de naui. non excu. l. 1. ff. de off. præ. vr. l. 1. §. cura. alias nota. supra de iure deli. l. nec emere,& idem de ptra. emp. l. inuitū Doct.& ibi. l. nemo enim, nunquid ergo potest imponi pretium vsque quod vendantur,& non vltimo dico, quòd in casu quo quis potest compelli ad vendendum potest compelli etiam, vt certo pretio vendat pro quo. ff. ad l. Iul. de anno. l. fi. Doct.& ibi collecta, non tamen inquirendo circa cuiuslibet, vt capitale, nec alia mobilia: quia in eis statur, & æstimatur sacramento collatorum, nisi sit suspecta persona cui faciliter credi non potest: quia tunc omnia tenetur scribere. infra quando & qui. quarta pars. l. 2. §. mobiles. 3. de iure deli. l. fi. ff. de exc. tut. l. scire. §. sufficit. de lit. & iti. cu. l. 1. iuncta. l. 3. §. 1. & l. Thesaurus. ff. ad exhi.& de pig. ac. l. quamuis.& de ven. inspi. l. 1. §. de inspiciendo ventre,& supra de seruis fugi. l. 2. Doct.& ibi, vt infra l. fi. ibi quando dicit iugerum,&c. Fran.& dic quòd in hoc tit. propriè ponitur discussor ille, qui discutit patrimonium alterius, vt ipsum ponat in extimo Bar.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Imperator potest compellere ad faciendum sibi mutuum.*

Quotiens. Casus. Discussor qui plus alicui imponit, id soluere tenetur, hoc dicit Dy. vel sic si extimator malè extimat ipse tenetur, hoc dicit Bar. In tex. ibi disceptatione. i. controuersia quæ inter discussores & collatores mouetur. Dy.& sic hæc descriptio coram superiore fiet ad quem reclamat ille qui se sentit grauatū, vt j. de censi. & censi. l. qui se grauatos. vbi Bar. lib. 11. & ibi debitorem, ꝑ de superexact. l. 1. So. ibi loquitur in eo qui plus exigebat,

gebat, hic in eo qui plus scribebat, quã sciebat, fore exigendum G. de Fer. & sic no. ex hoc text. quia arbitratores, qui lædunt partes tenentur. ff. si mensor fal. mo. di. per totum Barto. In glo. 4.
1 ibi mutui. vt quia pro faciendo mutuo Imperatori indigenti fiebat collecta: ad quod potest Imperator subiectos compellere licet quidam excusantur ab isto munere, vt est casus not. infr. de numer. & actua. l. scriniarios. lib. 12. In text. ibi approbatur. nota. hic quod onus probandi incumbit officiali extimanti, seu mensuranti. Bartol.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum amissum, an & quando, et per quos debeat reparari; plene distinguitur. protocollo amisso, an possit pars cogi denuo facere instrumentum.*

Ne casu. Casus. Securitate tributorum exposita & publicis rationib' conscripta, Iterum exigi non possunt Dyn. No. ex hac l. quod si instrumentum fuerit perditum, quod reficiendum est, vt hic, & C. de lib. cau. l. sicut datam ff. de admi. tut. l. chyrographis. In tex. ibi præda. i. iniusta exactio Dy. expositæ. i. factæ. rursus. i. iterum. Dyn. & ibi petantur. Et est ratio quia sicut est soluenti permissum per rationes publicas quas potest petere exhiberi. sup. de edẽ. instru. & l. seq. & sup. de fide instru. l. illatæ. G. de Fer. In glo. 2. ibi. i. contra collectores, &c. & secũdum hoc pone casum, si soluens tributa apocham de soluto perdiderit, potest tamen ex libris communibus solutionem probare. h. d. se-
1 cundum Bar. In ea. gl. ibi vel dic secundum hoc pone casum, quod si in libris communibus appareat de solutione, non potest quis petere ab officiali, vt iterum faciat apocham de soluto. h. d. & vtraque lectura est notabilis, & no. ex hac secunda lectu. ꝙ si apparet prothocollum ex contractu non potest cogi pars vt iterum faciat instrumentum: bene tamen potest cogi notarius, vt iterum grosset instrumentum, si doceatur amissum, vt l. si quis ex argentarijs. ff. de edend. Bar. In gl. fi. ibi & in auth de hære. & fal. §. 1. Ac. Circa hoc dic quod aut loquimur de instrumẽtis & priuilegijs antiquis, & tunc debent reparari, vt in §. 1. hic allega & in authen. de quæsto. in prin. col. 6 & ibi no. & inf de diuer. præd. l. fin. in fi. lib. 11. & extra de fide instru. c. instrumenta. cũ ibi no per glo. & Innoc. Aut loquimur in amissis, & tunc etiam debent refici, vt not. hic, & in l. chyrographis. sup. alleg. & extra de priuilegijs c. cum olim essemus. cum ibi not. Secundo casu non debent refici nisi sciatur tenor instrumentorum, & priuilegiorum per abbreuiaturam notarij, vel per testes, etiam ꝙ probetur amissio, vt supra de fide instr. l. illatæ. & l. sicut. cum ibi not. & fiet talis refectio officio iudicis ar. ff de dam. infec. l. 4 in princ. & ad l. fal l. maritus. in fi. Et in tali refectione quorum interest sunt vocandi: quia talis refectio est in priorem statum reductio. sicut restitutio ff. de vsuris l. videamus. la secunda, § in Fauiana. & in tali restitutione vocãdi sunt quorum interest. ff. de mino. l. in causæ. §. causa. & per hoc. C. de auth. præstan. l. fin. in fi. & quia eadem solemnitas requiritur in refectione, quæ in noua factione arg. supra de nupt. l. si vt proponis. la 2. Et constat ꝙ instrumẽtum nõ debet fieri sine requisitione partium in authen. de tabel. §. 1. in gl. 4. alle. Et ille qui petit refici debet iurare se non petere causa calumniæ, arg. ff. de bo. auth. iu. po. l. fi. in fi. & ad exhi. l. thesaurus. G. de Fer. Et de istis per Bartol. in d. l. chyrographis. ibi plene. & quod Ang. voluit in §. semper igitur de hære. & fal. & in Spe. de instr. edi. §. postquam. vers. 2. cum sim & per Host in summa. de fide instru. §. fi. ibi. & nõ est alia probatio in scriptis. & est notabile. Et sic no. ex hoc, ꝙ si prothocollum non reperiatur, vt possit cogi pars, vt de nouo faciat instrumentum. vt in hac gl. & facit. supra de libe. causa. l. sicut datam. & quod not. ibi. & ff. sol. ma. l. 2. in prin. & quod ibi not. in glo. mag. & ff. de noua. l. si pupillus. facit quod not. ff. de noua. l. si pupillus. facit quod not. ff. de admi-
a tut. l. chyrographis. Bar. [a].

ADDITIO.

a Bar. Instrumentum perditum debet refici salua distinctione de qua supra per iura hic alle. si desit vtile parti vt voluit Bar. in rub supra de fid. instru. ubo li. & Ang in authen. hæc const. Inno. in fi. colla. 8. & Bar. post gl. in l. nam ita diuer. de adop. & inquantum hic subdit si non reperiatur prothocollum. Ad de qualiter probetur instrumenti tenor & quot testes requirantur, vide Bal. in l. 1. & in l. instrumentis, & in l. cum instrumentis. supra de proba. vbi concludit, ꝙ duo probent tenorẽ instrumenti amissi: ꝙ est verum etiam in casibus scripturam requirentibus, vt not. Card. in cle. constitutionibus. in §. insuper in 10. q. de elect. & in quibus casibus debeat probari amissio instrumenti, vide Baldum In l. 1. supra de fid. instru. & qualiter probetur, vide Spe. in ti. de proba. §. 3. ad fi.

LEX III.

Per singulas. Casus. Homines honorati viri vsque ad comitiuã consistorij, necnon milites, & aduocati possunt ad discussionis seu exactionis officiũ ordinari. h. d. Franc. Vel sic discussores cõstitui possunt omnes in dignitate positi. Dyn. In text. ibi honoratis. idest in dignitate positis. Dyn. & ibi vsque, intellige exclusiue, vt consistoria contineantur. de quo per Cyn. C. de nup. l. a caligato, vel sic ab onere discutiendi & extimandi patrimonia nullus excusatur, nec etiam miles, nec militia. hoc dicit Bar. Vel sic & melius discussio iugerum idest inquisitio bonorum, vt sciatur quãtum quilibet debet soluere pro collecta, debet committi honoratis, vsque ad comites. Item militibus non militantibus, & sic non adhærentibus suis officiis. Item aduocatis præsidis prouinciæ. h. d. An. de Barulo.

De decurionibus & filijs eorum, & qui decuriones habentur, & quibus modis a fortuna curiæ liberentur.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Forma mutata tõtus actus videtur mutatus.*
Consules nunc olim decuriones appellati torqueri nõ pñt.
2 *Consules ciuitatum magnorum locorum & nobilium, sunt hi quos olim decuriones appellabamus. in fi.*

In glo. rubricæ ibi decuriones vocantur. similis glo. est ff. de dolo. l. sed si ex dolo, & de fur. l. inficiando. §. 1. & quod cuiusq; vniuer. no. l. nulli. & inf. eo. l. 2. & de silentu. in rubrica lib. 12. vnde circa materiam huius ti. quæritur vtrum consules nostri temporis habeant priuilegia quæ aut antea habebant decuriones, vt sic post depositum officium non torqueantur, nec vilioribus pœnis subdantur. sup. de pœnis. l. decurionem. & l. decurionum. & supra de posi l. diuo Marco. & l. nihil. ff. eo l. si. & videtur quod non, quia certa solennitas in decurionib. seruatur. ff. de al. scri. l. 1. & 2. & de verb. signifi. l. pupillus. §. decuriones. & inf. eod. l. in albo. quæ forma hodie non seruatur, ergo mutata forma totus actus videtur mutatus esse ff. ad exhi l. iul. §. sed & si quis. & ff. de transa. cum ij. §. si prætor.
1 Item olim decuriones hodie consules appellabantur, si careant nomine, ergo & re. sup. de ferijs l. a nullo. & sup. de iudi. l. 1. Item olim erant perpetui. inf. eo. l. decurio fortunam. & argu. ff. si cert. peta. l. præsidis. & l. præcedenti. hodie vero sunt annuales. & ideo si omnibus illis qui sunt consules daretur priuilegium, q; non possent torqueri nimis probationum facultas restringeretur: quod fieri non debet. supra de hæret. l. quicunque. & l. quoniam. in fi. cum quæstiones inuentæ sunt in subsidiũ probationum. ff. de quæstioni. l. 1. circa princ. & l. de mino § tormenta. Item olim res publica habebat ius in hæreditate decurionum per eo. quod hodie non est in bonis consulum. ergo &c. Contrarium videtur licet mutetur forma non mutatur. propter hoc effectus. ff. de pu. iudi. l. ordo. Item isti consules sunt loco decurionum, vt not. hic in rubri. ergo cum sint eis subsliuti habeant priuilegiũ quod ipsi arg. ff. de cond. & de l. filiæ § si. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si donate. §. sponsus. insti de ac. §. fuerat. Item licet nomine vnius officialis mutetur lex non propter hoc mutat eius officium, vel effectum inf. de ma. & accu. l. 2. lib. 12. & in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. illud. col. 2. & sup. de rei vxo. ac. l. 1. §. si quid autem. Item honestiores & nobiliores eliguntur ad consulatum. in auth. de defen. ciui §. interim & ff. eo. l. honores. in prin & inf. eo. l. ad subeunda. sed honesti
a viri non debent torqueri ᵃ nec vilibus pœnis subijci. ff. de pœnis capitalium §. omnes. sup. ad l. iul. ma. l. nullus. ff. ad l. Iul. de ambi. l. 1. §. quemquam. Item licet plures sint hodie non tamen propter hoc debent priuilegium amittere. sup. de aduo. diuer. iudi. l. binos. & quia non angustatur facultas probationum cum honestæ personæ sine tormentis dicant verum. arg. ll. allegatarum. & sup. de epis. & cle. presbyteri. & pro hoc inf. de dig. l. Seueram. nec obst. quod non habet hodie tantam potestatem quantam olim cum decreta interponerent, & cætera facerent, vt nota. inf. de decurio. in rubrica. quia licet sit diminutum per abusum non tamen est in totum mutatum arg. supra de his qui no. infa. l. decreto. G. de Fer. & Pe. de Mor. Ma. quod verum intelligo
a de consulibus ciuitatum, & locorum magnorum, & nobilium non de consulibus oppidorũ. arg. ff. de excus. tuto. l. athlethæ. §. primo, iuncta l. propter magistratum. in eodem titulo. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Torqueri. Conclude decurionem nõ posse torqueri quod est verum pro delicto post decurionatum adeptum, quia in delicto ante perpetrato secus no. Bal in l. nihil. & ibi tex. sup. de testi. Do. Iason May. in l. cum quædam puella in 10. col de iurisdic. omn. iudi. & Ang in tract. malefi. in gl. in versic. fallit in crimine læsæ maiestatis. vt not. idem Bald. in l. decuriones de quæsti.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor per stipulationem tantum obligatur.*
2 *Absente filio an pater possit consentire.*

Si cum te. Casus. Filiofami. decurione facto patre volente ipse pater & eius hæredes tenentur discussis prius filij facultatibus. h. d. Dyn. Vel sic pater si decuriona tui filij consenserit tenetur pro eo. & etiam hæres eius prius facta excussione de principali. h. d. Bar. In tex. ibi cum te, scilicet filium in potestate patris positum Dyn. & illo, scilicet patre Dy. honor. s. decurionatus datus est & male administrasti. Dyn. tenentur, scilicet insolidum. hac
1 parte. s. cum pater consenserit. Dy. fideiussores nõ tamen vere est fideiussor cum fideiussor tantum per stipulationem obligetur, vt sup. de fideiuss. blanditus. & ff. de verbo. obliga. l. 5. §. satis acceptio. quod hic non est Barto. In glos. 1. in princ. ibi & non contradicit. quod intellige verum in itinere publico secus in priuato. quod not. supra quod cum eo l 1. & l. si filius. ff. de tutelis. & l. Lucius Titius. ff de administ. tuto. & ideo si instrumentum esset factum inter duos priuatos consentiente patre vnius: pater ex hoc non obligaretur, vt dicta l Lucius & l. 1. §. 1. in glo. magna. ff. quod iussu, &c. oportet enim quod tunc specialiter pater se obliget. hoc examinaui plene in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matr.
2 Quæro an pater possit consentire filio absente. Respondeo quod sic. casus est in l. honores in fi. ff. eo tit. per quam l. dicunt Doc. q; filio agente in iudicio. pater absens potest consentire Barto. In glo fin. ibi. l eum qui. certe licet in patre hæc ratio concludat: tamẽ idem est in quolibet alio fideiussore, vt l. 3. in prin. ff. de admi. rerum ad ci. pet. tn dic ergo quod speciale est in fideiussore officialis, vt no in l. 1. sup. de conue. fisc. debi. ratio quia tales fideiussores videntur indemnitatẽ
a promittere ᵃ vt d. l. 1. & ff. de magistrati. in glo. 1. quæ indemnitas nõ potest apparere nisi principali discusso. vt dixi in d. l. 1. supra de conue. fisc. debi. Bart. dic quod ratio est vt res publica facilius inueniat fideiussores qui se obligent eis qui cum ea contrahunt argum. ff. de iur. fisc. l. 3. §. cum quinquẽnium. iuncta l. nã rei publicæ. ff. de

ADDITIO.

a Promittere. Adde quod tales fideiussores licet renunciauerint beneficio fideiussorum non tamen prius potest conueniri quam excusso principali. ita not. Bart in l. 4 per illum tex. sup de conue. fisci debi. sup. isto lib in l. quæro. ff. loca. & Alex. in l. curatores. §. pro magistratu. ff. de admi. re ad ci. pet. qui dat hanc rationem quam hic habes no. in addi ad l. 1. supra de conue. fis. debi. l. isto libro.

de no.oper.nunc. l.etiam.In alijs qui non sic de
facili obligantur idem vt ff.ad munici.l.fin. §. 2.
G.de Fer.& ibi no.Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Sindicum an possit creare vniuersitas, seu collegium sine licentia superioris.*
2 *Consilium debet superioris auctoritate congregari, & qualiter congregentur consiliarij,& vt unum omnium debeat praecedere citatio.& nu.4.*
3 *Officiales per quem creentur.*
4 *P. acens fuisse commissum debet constare.*

Obseruare. Casus. Creatione officia-
lium facta per decuriones
denunciatio est facienda electo : & nisi consen-
tiat poterit appellare Dyn. Vel sic. Ad officium
rectoris ciuitatis pertinet conuocare consilium
& facere eligi officiales , & eis electis nunciare
vt possint si voluerint approbare , & qui male
nominat tenetur ad sumptus . hoc dicit Bartol.
1 Super hoc dicunt Doctores , quod vniuersitas
vel collegium non posset constituere sindicum
vel actorem sine licentia superiorum.& per l.1.
& 2.supra de ser.reipub.& infra de præ.cur.l.fin.
& insti.de cura.§.fina.in hac opin.sunt fere om-
nes Docto.Tu dic quia omnis ille qui est domi
nus rei potest constituere sindicum vel procura
torem sine superiore,vt ff.de procurato. l. 1.sed
a vniuersitas vel collegium [a] est dominus,vt ff.de
re.di.l.in tantum.§.vniuersitatis & supra de sa-
crosanct eccle.l.iubemus.la 2.& no. per Innoc.
extra de procur c. fin.ad quod facit extra de re-
scrip.c.edoceri iura contraria non ob. quia lo-
quuntur in administratoribus Odoffr. & in Spe.
titu.de sindico.§.1.versi.sed nunquid vniuersitas
prima parte tertia particula. In text.ibi ad curiā,
& sic allega. hanc l. quod si aliqua vniuersi. ve-
lit constituere sindicum vel actorem debet fieri
in loco publico conuocatis omnibus de vniuer
sitate,nec sufficeret si singulariter in loco priua
to consentirent , quia multa possent allegari
quando omnes simul sunt quæ non allegaren-
tur,si priuatim fieret,& pro hoc facit infra de le
gatio. .pen.in fi.& infra eo.l.nominationum.&
pro hoc videtur tex.ff.de decre.ab ordi.l.2.& in-
tellige locum publicum vbi publici officiales
habitant,& dum curiam tenent , vt in hoc text.
dum dicit ad curiam.ad hoc infra de legationi-
bus.l.1.in fin.& ff.de iniur.l.cor.§.domum Bart.
& Docto.& ibi conuocatis. Not.solennitatem
seruari in conuenienda vniuersitate,& sic nota.
ff.de dolo.l.si ex dolo.& de regu.iur.l.aliud §.re-
feitur. & qualiter citetur dic vt in eodem titulo
l.penu.de Deucio.& ibi faciant, sed contra imo
videtur quod præses eligere habeat,vt supra de
iure fisc.l.super creandis.& de cano.lar.ti.l. præ
cepit. §. illud. sed dic quod hic pertinet nomi-
natio & electio ad decuriones,sed confirmatio
ad præsides supra de suscep. l. exactores. in au-
thentic.de desen.ci. §.Interim. vel ibi eligebant
officiales ad gubernandum res fisci hic rei pu-
blicæ: quare secus iuxta ea quæ not. infra de ad-
mi,re. pub.in rubric. in fin.libro 1 1.Deucio.per
officialem,idest nuncium publicum Fre.de Stel
la.perferre,idest intimare Dyn.& habituro.no.
ab actu extraiudiciali appellari. ibi idem nomi-
nato,vel electo.& ibi restitui,condi.ex hac l. ff.
de condi.ex le.l.1.G.Ac.In fi.text. ibi oportebit.
sed videtur quod immo teneantur in duplum.
supra de superexac.l.vna.in princip.de exac. tri
bu.l. missi. sed dic quod ibi re & facto fuit facta
exactio. hic autem verbo tantum vel scriptura
Dyn.& de Deucio.& sic alleg. hic finis quod in
causa appellationis non oportet petere sum-
ptus , quia officio iudicis veniunt , vt not.infra
de sumptibus recu.l.vna.G. de Fer. Super verbo
magistratus.no.ex l. quod rectores ciuitatis pos
sunt congregare consilium eorum authoritate,
vt hic:& ita intelligitur glo. super verbo magi-
stratus.Secundo not quod rectores ciuitatis ha-
bent hoc facere de necessitate quando hoc fa-
ciendum incumbit vt hic,dum dicit oportebit.
2 Tertio not. quod consilium debet conuocari
authoritate superiorum, nam hic magistratus
conuocat vbi autem magistratus non esset tunc
posset conuocare ille qui est antiquior decurio.
ille enim videtur prior decurionum argum.in-
fra de consulibus l.1.lib.12.& ff.de albo scriben.
l.1.& ibi dixi,& not. per Innocen. extra de ma-
io.& obed.c. 1.glo.quæ incipit & hac ratione.
Quæro quid si non appareat consilium conuo-
catum.Respondeo si quidem omnes essent præ
b sentes [b] valeret consilium , quoniam nemo est
qui lædatur ex hoc quod conuocati non sunt ,
ex quo sunt præsentes argum.l. etiam. §. fina.ff.
de minori. sed si aliqui essent absentes non vale
ret consilium, potuisset enim præsentia eorum
retrahere alios in suam sententiam argumen. l.
in tres §.Celsus. sub.l.item si vnus. In text. ibi su
per verbo,curent,not.ex isto text. quod per su-
periorem in consilio debet fieri propositio. si-
mile in l. 2.§.1.ff.ad Vel. puto tamen quod si de
propositione non apparet, & constaret de vo-
luntate consilij,quod valeret,vt l. si quis in fine.
de lega.& ff.de legi.l.de quibus.in fin.Bart.Item
not. quod licet magistratus faciant propositio-
nem.tamen ipsi non reformant,sed consilium.
quod patet hic:quia magistratus curant,ꝙ decu
riones faciant nominationem,& electionē:ipsi
ergo decuriones faciunt magistratu instigan-
te

ADDITIONES.

a Collegium. Breuiter facies distinctionem per quam concordabis Doctores. aut enim agitur de sindico vniuersitatis,& tunc procedat prima opin. scilicet, quod requiratur consensus superioris:& hanc opin.tenuerunt Bald. in l. si ua ad fin.supra de ser.reip manu.& Barto.in l.actor.in 3.columna versicu.videamus primum.ff.rem ra. habe. In sindico autem collegij,secus not.Alexan in præalleg l.actor. & Alber. in l placet.supra de episco.& cleric. Bal. tamen in l.omnes. la seconda.in 2 colum.versicu.deinde nota aliter distinguit idem & Barto. in l. municipio. vt in pos. lega. quibus adde omnino per Bald in additio.Specu.in titu.de sindi.versicu.in sindicatu.

b Præsentes Adde an præsentium cum constituentium nomina sint scribenda vide Bar.in l.procuratores.inf.eo. & in l. 1.sup.de vend.re.ciui.Cano præsertim Do.Abb.in c. 1.in 3. col.ver.vltimo quæro de sindi.eundem in c.fi.in vlti. col.de procu.Et inquantum petit an vniuersitas casualiter congregata possit sindicum constituere serua opi.Alex in l.nulli. ff. quod cuiusque vni.no præsumitur tamen legitime facta quā do operatur plene facta,vt ibi per eum.

3 te & proponente, quod nota. Item nota. quod
de iure communi ad consilium ciuitatis spectat
facere electiones officialium & sindicorum. fa-
cit infra eo. l. nominationum. hoc verum in of-
ficialibus præsidentibus in prouincia habenti-
bus modicam iurisdictionem, & seruantur ea
quæ habentur in authen. de defen. ci. in princ. &
§. 1. collatio. 3. sed si habeant solam administra
tionem rerum temporalium, tunc serua quod
hic habetur, & not. in glo. super verbo ad certa.
& super verbo faciant, in officiali autem haben-
te solam executionem ordinariam, secus, vt in
authent de iudi. §. nullo. & vt iudic. sine quoquo
suffrag. fiant. § cos. & vt ibi not. & infra de admi
ni. rer. pu. libro 11. in rubrica. & ff. ad municip. l.
2. §. sed si curatores, qui confirmantur per supe-
riorem, vt infra de Yrenarchis. l. 1. In Roma au-
tem omnes indistincte per principem crean-
tur: vt ff. ad l. Iulia. de Ambitu. l. 1. & infra de præ
positis. sa. l. vnica. & de nume. & actua. l. actua-
rios libro 12. excepto prætore, qui creatur a se-
natu. vt supra de officio prætor. l. 2. habentes.
Aut in prouincia merum vel mixtum impe-
rium habent: & creantur per principē: vt in feu.
quæ sunt reg. circa fin. Barto. Nota etiam quod
electio officialium pertinet ad Ciuitatenses. vn
de circa hoc cum quæritur ad quem pertineat
electio & creatio officialium; dic quod tria sunt
genera officialium: nam quidam præsunt iuris-
dictioni: alij rebus temporalibus. alij autem ha
bent nudam executionem, vt seruientes. de pri-
mis duobus habes. infra de admi. re publi. in ru-
bric. Si quæras ad quem spectat electio illorum,
qui habent iurisdictionem, dic aut quæris de il-
lis qui habent iurisdictionem in vrbe Romana.
& talium creatio pertinet ad principem. ff. ad l.
Iulia. de ambitu. l. ista. fallit tamen in prætore.
nam illius spectat creatio ad senatores. supra de
offic. prætо. l. 2. Et est ratio quia eligebantur de
ciuitate Romana, vt ibi dicitur: & ideo quia po
pulares maiorem notitiā habent personæ istius
argumen. ff. de quæstio l. de mino §. fina. & pro
hoc supra de cano. lar. ti. l. præcepit. in §. illud. Si
quæras de illis, qui habent iurisdictionem in
prouincia, tunc aut de illis qui habent merum
imperium, & istorum pertinet creatio ad prin-
cipem vt præsidum prouinciarum, vt in feud.
quæ sunt rega. capit. primo, vnde si aliquis hoc
fecerit tenetur l. iul. maie. ff. ad l. iul. ma. l. fina. ad
hoc facit in auth. vt iudi. sine quoquo suff. fiant.
§. eos. & iusiurandum, quod præstatur. circa prin
cip. Aut quæris de minoribus vt municipalium
magistratuum, & istorum pertinet electio ad
decuriones, vt hic. & supra de magistra. muni-
cip. l. 1. & ff. eodem titu. l. honores. § penult. &
de magistra. comte. l. 1. in princ. Si autem quæ-
ras de illis qui præsunt administrationi rerum
temporalium, dic quod aut præsunt administra
tioni reipublicæ ciuitatis, & tunc spectat ad de-
curiones. ff. ad munici. l. 2. §. gestum. & hic. & ff.
quando appel. sit l. 1. §. solent. Si quæras de illis
qui præsunt administrationi rerum fiscalium: &
tunc aut quæris de maioribus habentibus di-
gnitatem, vt quæstores & istorum spectat crea-
tio ad principem, licet olim eos crearet popu-
lus Romanus, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde cum
ærarium. & tunc princeps eos creat, hodie cum
habeat potestatem populi. supra de adopt. l. 1.
& supra de offic. præfec. præto. l. 1. in fin. primæ
colum. Aut quæris de minoribus vt sunt exacto
res, & susceptores, & tabularij, & dico quod aut
mittebantur tunc de palatio principis: & tunc
spectabant ad comitem rerum pri. & sacra. lar.
vt inf. de pala. sa. lar. l. nihil. fallit tamen in actua-
rijs: & est ratio quia magna res eis committeba
tur, scilicet vt portarent pecuniam publicam
ad domum principis, vt infra de actua. & nume.
l. actuarios. Si quæras de alijs qui non mitteban-
tur de palatio, tunc illi eliguntur per procura-
torem Cæsa. præsentibus decurionibus, & con-
firmabantur per præsidem, vt supra de iur. fisc.
l super creandis. & infra de suscep. & ar. l. exa-
ctores. Sed si quæras de alijs officialib. qui habēt
executionem tunc spectat ad iudices ordi. qui-
bus seruiunt, cum etiam ipsi eligant assessores
in authentic. de iudic. §. nullo. in fin. colla. 6. &
in authen. vt iudi. sine quoquo suffr. § eos. col-
4 lat. 2. In glo. quæ est super verb. solenniter. ibi
tube. hic intellige voce præconis sic dicentis, &
debet constare quod præconi fuerit commis-
a sum. [a] argum. supra de exhib. re. l. neminem &
ibi dum dicit, quod debet fieri iussu magistratus. 1
In eadem glo. ibi vel campanæ: aut alio modo
prout habetur per statutum vel consuetudi-
nē Ber. Idem nota. ff. de regu. iur. l. aliud. §. re-
fertur. & quod cuiusque vniuer. l. sicut. & de do-
lo. l. sed si ex dolo. §. 1. ibi campanæ, vel alio mo
do solito Dyn. immo videtur quod requiratur
verbalis citatio, vt ff. de verbor. obligat. l. 1. § si
quis ita. sed ibi in actu in quo verba sunt de ne- c
cess. hic non ideo sufficit si quis faciat in authē.
de liti. §. omnem. ff. si certum peta: l. certum. &
de lega. 2. nutu. & ad l. iul. male. l. 1. in fin. de ex-
traordin. cri. l. saccularij. §. sunt quidam. Glo. 7.
ibi vt ff. de tu. & cu. da. ab his. l. vbi. iuxta hoc vi-
de not. per Rofred. quæ & scripsi in authent. de
defen. ciui. § interim. In glo. in verbo appellan-
di. ibi ab electione, & sic ab accu. extraiudicia-
li. Ant. In ea. glo. ibi ff. quando app. sit l. 1. hodie
infra decem dies, vt in authen. hodie. C. de ap-
pella. & de hoc plene not. infra de mun. in rubri.
Rebuffi.

ADDITIO.

a Commissum. Adde de ratione quare consilium per supe-
rioris iussum non per vniuersitatem congregatur per Com-
postel. in cap. cum omnes de constitu. quod amplhat in sua
marg. in verbo vniuersitas ver. 2. per l. fuit quæsitū. ff. ad Tre
bel. Non tamen eligunt dicti superiores vel magistratus ta-
les officiales. sed vniuersitas, & an requiratur singulorum cō
sensus, vel omnium simul not Bald in authent hoc ius porre
ctum supra de sacrosanct eccles. & in l. non ambigitur & ibi
Angel. ff. de leg. Alexan. in l. suum. ff. de pact. Barto. in l. omnes
populi in 2. quæstio princip. ff. de iustit. & iur. & Alex. consi-
lio 93. volum. 4 & qualiter congregetur not. Barto. in l. 2. §.
deinde quia difficile. ff de orig. iur. & Barto. in l. aut facta. §.
fin. versicu. vlterius quæro in 4 column. de pœn. & Pau. de
Castr. consilio 87. & Innocen. in cap. grauem de sententia
excommun.

LEX III.

SVMMARIVM.

*Contrarium actum faciens priuilegio, perdit priuile-
gium.*

Cum

Cum decuriones. Casus. Sponte munera subiēs excusationem non habet Dy. Ex hac l. no: quod ipso facto quis perdit priuilegium cōtra ipsum
a veniendo [a] de hoc inf. de his qui spon. mu. sub. l. 1. An. In text. ibi susceperis, licet sis maior. 56. annorum Dyn.

ADDITIO.

a a Veniendo. Adde q hoc est verum quoad actum tamen cōtrarium & dependen. ab eo. ita no Inn. in c. accedentibus, & c. si de terra de priui. Bal. in l. 2. & ibi Doc. sup de iure do. impe. Cy. & Sal. in l. voluntariæ de execu. tut. Bar. in l. vsum aquæ & ibi Ang. infra de aquæduc. li. 11. Adde late per Feli. in c. cū accessissent coll. mihi 12. circa fi. versi. tertia regula est, contrauenicns priuilegio &c. extra de consti.

LEX IIII.

Cum adoptiuum. Casus. Filius decurionis adoptiuus non debet torqueri, & qui hoc facit punitur: hoc dicit An. vel sic. filius adoptiuus decurionis habet priuilegium filij decurionis. hoc dicit Bar. In tex. ibi eum. s. filium adoptiuum ad vicem. i. locum Dy. illicitis. l. plebanis Dyn. In glo. 4. ibi adoptiuus. hodie contra. sup. de adoptiuis. l. cum in adoptiuis. G. Acur.

LEX V.

SVMMARIVM.

Appellans pater, quando filius ad honores promouetur, non liberatur si filius in officio deliquerit, nisi protestatus fuerit.

Filios. Casus. Filiusfamilias ad munera, & honores admittitur: sed pater nō tenetur nisi consenserit Dy. In textu ibi nominationem, idest electionem factam de filio Dy. & ibi acōmodaueris. s. tu pater imo contradixeris Dyn. In glo. 2. ibi approbando. approbatio autē sola non sufficeret nisi interueniret protestatio, vt infra de filijsfa. & quemadmo. pa. pro eis te. l. 2. Dyn. & dic approbando nomine filij, nec appellando nomine suo sibi noceat; quia appellando nomine filij: videtur approbare in sui præiudicium ar. ff. rem ra. hab. l. 3. §. 1. de fer. & de su. & suc. lib. 11.

LEX VI.

SVMMARIVM.

Illiteratus potest esse consiliarius.

Expertes. Casus. Ignari literarum decuriones fiunt. Dyn. In text. vel sic illiteratus potest esse consiliarius: hoc dicit Barto. In text. ibi expertes ignorantes Dyn. & ibi prohibent dum tantum habeant experientiam causarum Dyn. & ibi iura. iuxta hoc quæritur an laicus possit esse iudex vel officialis de quo per Cy. C. de iud. l. circa iur. & de sent. ex peri. reci. l. statutis. In glo. ibi institu. de execu. tuto. sed ibi in decurione qui potest habere assessorē, & per aliū defectum supplere, quod non est in aduocato. argu. supra de appella. l. ne causas. ad hoc. §. dic quod similiter literatura ibi, & peritia rerum deficiebant: sed hic literatura tantum. ad quod ff. de excusatio. tutor l. athletæ §. penul. &
a fin. Docto. [a]

ADDITIO.

a Et si. Docto. Adde pro hac quæstione, scilicet an iudex possit esse illiteratus per Docto. in l. 2. & ibi bo. glo. supra de senten. ex pericu. reci. Spec. in titu. de senten. §. 3. qui concludunt, quod sic contrarium autem est in aduocato, vt no. Bar. post glo. in l. 1. §. ait prætor in §. postulare. ff. de postu. & in l. fina. in 6 quæst. per Bal. supra de hæred. instit. adde vnum notādum & quod semel Regijs practicaui. scilicet, quod si agitur coram iudice, vt officiali ignoranti leges quod non est necessarius libellus in scriptis istud est sing. dictum Bald. in authen. nisi breuiores. sup. de senten. ex peri. reci. quod refert & sequitur Lanfran. de Oria. in repe. c. quoniam contra falsam. §. petitiones. colum. mihi 4. versicu. item nota. istud extra de proba.

LEX VII.

Licet. Casus. Communio bonorum non obligat quem alienæ obligationi: hoc dicit. Vel sic. vnus frater non tenetur pro alio in officio delinquente: licet bona non sint diuisa. In text. ibi non tenentur, & est ratio quia ego non teneor pro mala fratris administratione, quia quod ipse acquirit non communicat mihi ff. pro so. l. cum duobus. §. si fratres. alias §. si Papi. alias est lex quæ incipit si fratres. & facit ff. de mun. & hon. l. & qui originem. §. fi. & quod ibi not. Ant. Bart. glo. fin. in fi. & est aliud quando in testamento dicit ff. ad municip. l. Lucius. §. fina. Dyn.

LEX VIII.

SVMMARIVM.

1 *Cæcus ad quos honores admittatur, & quos retineat: Infamis qualiter, & a quibus muneribus repellatur.*

Infamia. Casus. Infames ab honoribus repelluntur: hoc dicit Dy. Vel sic. qui perdit visum non perdit officium: secus si infametur: hoc dicit Bart. Not. ex hac l. quod cuilibet præualet amisisse vnum oculum quam
1 bonam famam. In text. ibi infamia, scilicet facti vel iuris, vt not. infra de dig. l. 2. libro 12. Odoffr. de se. & ibi honorem contra. infra eod. l. nec infames. dic quod infamia priuat ab honore, vt hic, non ab onere, vt ibi Barto. nam similis est periculo vitæ. ff. de ma. vin. l. iusta. infra de specta. l. fin. in fin. In glo. 1. in fi. ibi hic habito. ratio est quia licet dignitas habeat onus annexum poterit per alium gerere. ff. eod. l. spurij. §. minores. de Decuio. Circa infames ita distingue. Aut vocatur ad munus quod habet onus tantum, & tunc dic, vt l. nec infames. infra eod. Aut vocatur ad munus quod importat honorem tantum & tunc repellitur. ff. de inter. & rele. l. relegatorū. § fin. Aut habet munus quod habet onus, & honorem & repelleret ab honore nō ab onere, vt hic, & infra de infam. l. vna. in exeō sic distingue: Aut loquimur in honore iā quæsito, & tūc

siue amittat vnum oculum vel ambos semper retinet honorem.l.1.§.quãuis.ff. de post ul. Aut loquimur de acquirẽdo, & tunc aut amisit vtrũque & tunc repellitur ab habendo.vt ca.l.1.§.casum.ff.de postul. Si vnum oculum tantum amisit non repellitur ab acquisito nec acquirendo ar.a cõtrario sensu.Si loquimur de munere tũc. Aut est orbatus vtroq; oculo,& tunc potest excusari a quæsito & quærendo.ff.de exc.tu.l.post susceptam.si vnum tantum,tunc non excusatur a quæsito sed bene a quærendo.sup.de excu. tut.
a l.frater tuus.Pe.de Seru.[a]

ADDITIO.

a Pe.de Seru.Adde an cecus succedat in feudo per Bald.in l. quotiens in pe.col.ver.quidam sunt qui in istis sensib.sup.de suis & legi & an in baronia quæ sibi de nouo concedi non potest succedat no Bar.in l.Cæcus.ff.de iudi.& de mate.præsentis.l.adde Spe.in ti.de testi.§.1.ver.sed nunquid Cæcus.

LEX IX.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum prætextu quandoque quis & honores, & priuilegium consequitur.*

In albo. Casus. Filios habens præfertur non habenti Dy.& Bar.Ex hac l. no.ꝙ parentes habent honorem propter filios: sic econtra.sup.eod. l.adoptiuum An.de Bar.& est casus nouus in hac l.quoniam fiet ista prælatio in ordine & arengando.facit inf. de consulibus l.1.lib.12.& ff.de al.scri.l.1.quod est no. Bar.
1 In tex.ibi patrem, s.decurionem filios habentẽ cõstat, & ratio quia per eum reipublicæ utilitati prouidetur per se, & per liberos. ff.de bo. dã. l.cum ratio. §. si plures. ff. de ven. in pos. mit. l. 1.§. & generaliter. Item quia præsumendum est habere bonum consilium per habentes liberos conseruatur memoria l.liberorum. ad fi. ff. de verbo.sign. iuncta l.isti quidem ff.quod met. cau.& plus reputantur in patria propter liberos remãsuri,& sic plus securi, & destricti ac minus vagabundi ar.l.sciendum.ff.qui satisd.cog.iuncta l.ad subeunda.inf.co.secus videtur si habeat filias. ff.de sta.homi.l.in multis.de reg.iur.l.2.ar. C.de procu.l.maritus.Tu dic idem ff.de ver.sig. l.1.& de leg.3.l.qui duos.Item poterunt filiæ nubere curiali:quia gener iuuabit, & ita non interest per quem iuuet per filium,vel per generum sup.de natura. li. l.3.in fin. & inf. quando & qui. quar.pars.l.2.& l.3.in fi.in auth.de trien.& se.colum.3.§.neque illo.in auth. qui. mo. na.effi.sui, §.pe.nam sine eis respublica repleri non potest sup. de indic. vidui. l. 2.sup. qui nu.libe.l.3.cum glo.& eis ll fauent.ff.sol.mat.l.1.& C. qui po.in pig.ha.l.assiduis. & intelligas in iam natis secus si sint in ventre ff.de excu.tut.l.2.§. qui autem in ventre. cum glo. & est tex. cum glo.sup.qui nu. libe.l.3.Docto.

LEX X.

Si vltra. Casus.Maiores 70. annis a muneribus personalib excusantur Dy. Super tota l. & est ratio quare talis numerus annorum excuset a tali honore: quia licet decurionatus sit honor, vt l.honores.§.is qui. ff. eod. tamen tale officium est via, & fundamentum ad alios honores.inf. de his qui spon. mu.l. 1.& 2. & ideo magis honorat quam cæteri honores cum maiorem laborem requirat & maiorem iuuentutem.quod secus est in alijs honoribus in quibus numerus annorum non excusat. ff.de vaca.mu.l.2.§.numerus.cum ibi no.& quod no. in l.fi.inf.qui ætate. & est ratio quare maius tẽpus requiratur in excusatione tutelæ quam aliorum munerum, quia plus laborat reipublicæ seruiendo cum pluribus ministret, & ideo a labore citius releuetur ar.ff.de admi.tut.l.ita autem.§.gessisse.Sic munera publica authoritate & vtilitate non potest quis administrare per substitutum. inf.eo.l.nullus qui nexu.Bar.In ea.glo.ibi decurio fortunam.& hoc facit fauore publicæ vtilitatis vt in iuribus hic alleg. & quia cœpit gerere tale officium ad quod de iure tenebatur. ff.de excu.ibi.l.2.in prin. & l.tutor petitus.& ff.de va.mu.l.his honoribus.§.auctis.& de mu.& ho. l.3. 2.alias quis excusatur propter causam superuenientem,vt ff.de ar.l.non distinguemus.§. sacerdotio.& de vaca.mu.l.prætor.in prin.& de procur.l.filiusfam.§.fi.Iac.Rebuffi.

LEX XI.

Vxorem. Casus. Vxor pro obligatione mariti non tenetur. Dy.In tex. ibi decurione,s.male gerente.Rebuffi.

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Infamia a quibus honoribus priuet.Item præmium consequi quis non debet ex eo,quod debet puniri.*

Nec infames. Casus.Infames immunitatem non habent Dyn.facit ista l. quod infames quamuis excusari debent a talijs, & quæstionibus propter nobilitatem vel priuilegium, quod non excusantur decætero propter infamiam ar.huius tex.& sup. de secun.nup.l.2.vbi mulier remouetur ab omni generis nobilitate propter infamiã ad quod inf.de dig l.2. Ber. & ideo dic vt scripsi.supra in glo.l.infamiæ.In text. ibi immunitatem munerum in quibus vertitur tantum onus,si enim haberet simul mixtum honorẽ & onus: onus sibi remanet & ab honore excluditur,vt in l. 3.glos.
1 alleg.Dyn.Et no. hic quod quis non debet præmium consequi ex eo,quod debet puniri Doc. & ibi priuilegij,idest ꝓ priuilegio tribuatur notæ,pro nota intelligatur Odoff.per hanc l.tenet Innocen. quòd si aliquis infamis eligitur iudex non potest se excusare nisi ab alio opponatur, vt ipse nota.extra de rescripti.capit. sciscitatus.
a Iac.Rebuffi.[a]

ADDITIO.

a Rebuffi. Adde ꝙ imo cogitur detegere suam inhabilitatẽ, alias punitur pena de qua in l.qui cum maior. supra de testa. mihi no.Bal.in l.Cassius.ff.de sena.Lodo. Ponta.in sing. versi. officialis ver.not.quod.

LEX XIII.

A muneribus. Casus. Snĩa præsidis, vel anni quinquag. aut valetudo podagræ non liberat quē a decurionatus honore Dy. In tex. ibi imperpetuū intellige hunc text. qñ præses principaliter super hoc pronunciaret excusando quem, secus si ꝓnunciaret super delicto, tunc enim si delictū infamaret perpetuo prohiberetur esse decurio, vt l. infamia. sup. eo. Bar. In gl. fi. ibi ire non possit, sed qualiter probabitur, ꝙ non potest ire, dico ꝙ recurretur ad medicos inf. de re mili. l. semel li. t 2. quia ad peritos illius artis est recurrendū. in auth. de non alien. §. quod autem. colu. 3. & ff. de ventre insp. l. 1. §. 1. Iac. Rebuffi.

LEX XIIII.

SVMMARIVM.

Ægritudo excusat si nulla sit spes conualescentiæ.

Nemo. Casus. Iudex non potest aliquem a decurionatu liberare, sed solus princeps Dyn. In text. ibi subleuari. s. ab onere decurionatus Dy In tex. ibi munerum. i. personalium Dy. hanc l. intelligo quando iudex vult concedere immunitatem ex causa non expressa a lege, alias potest quilibet iudex ordi. vt infra in tit. qui ætate. & in tit. qui morbo. & in tit. qui numero liberorum. & in similib. Bar. In glo. fin. in fi. subaudi non deficiat spes conualescentiæ. ff. de iud. l. si longius. in prin. gl. Ac. & de exeu. tu. l. idem Vlpianus Iac. Rebuffi.

LEX XV.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio factus decurio an possit instrumenta conficere, & an possit compelli.*

Vniuersos. Casus. Consiliarij non debent exercere officium tabellionatus. hoc dicit Bar. Ratio quoniam officium est vile sicut procura vt inf. eo. l. si quis ꝓcuratorem. & sic no. ꝯ aduocatos qui officium tabellionatus exercent, quia sicut decurio hẽt dignitatem sic aduocati: militant namque patroni causarum, vt l. aduocati in fi. C. de aduoc. diuer. iud. & l. laudabilem. Ant. puto tñ ꝙ si facerent instrumenta valerent, sed facere non debent, pro quo extra ne cleri. vel mo. c. sicut. vbi dr ꝙ clericus nō debet exercere officium tabellionatus, tamen si exerceret valerent instrumẽta licet ipse puniatur. Bar & Doct. In tex. ibi temperare. i. abstinere Dy. secus in tabellionibus qui
1 scribunt circa latus principis: q illi habent honorem. ꝯ. de excu. mu. l. maximarum. in princi. & tota. l. sed quid si primo fuit tabellio, & post decurio efficiatur, nunquid poterit conficere instrumenta, & vr ꝙ non ar. l. maiorib. inf. quemadmo. ci mu. indi. sed dic quoniam aut loqueris de instrumentis, quorum receperat notas; & potest grossare: immo potest compelli. & idem dicerem
a in captiuo.[a] Ratio quia iam erant recepta ar. ff. de iur. fisc. l. deferre. §. 1. ff. de iudi. l. is q. quoniã nihil videtur de nouo facere q vult inchoata perficere. ff. de bo. li. l. qui cum maior. in prin. & inf. de num. & ac. l. exceptores. & ꝙ inuitus possit etiam compelli probatur arg. ff. de testa. mi. l. pe. & de exeu. tut l. non tamen. in prine. aut quæris nunquid de nouo compellitur recipere instrumenta, & dico ꝙ non arg. ff. de operi. li. l. interdum. potest recipere si vult sup. de fal. l. si quis decurio. sed tunc nō vtetur honore decurionatus, vt hic no. In gl. ibi de nouo fieri, vt hic dixit vera gl. in ꝯrio ibi op. vt ff. de iur. fisc. l. deferre. §. cos. ibi ver. sed eas. C qui ac. no. pos. l. neganda. ff. de pub. iudi. l. qui reus. in fi. de vsuc. l. eum qui ædes. in prin. iuncta l. rerum mixtura. §. Labeo. cod. tit. pro hoc inf. de nume. l. exceptores. In ea. glo. ibi tabellionis, vt sup de aduo. diner. iudi. l. sancimus. la s. de præmis. & ad secundum dic ꝙ possunt conficere instrumenta ante recepta ar. ff. de iur. fisc. l. deferre. §. 1. de publicis iudic. l. is qui. quia nihil de nouo facere vidẽtur. ff. de bo. li l. qui cum maior in prin. inf. de nu. & accu. l. exceptores. sed de nouo recipere non cō pelluntur. ff. de ope. li. l. interdum Ia. Rebuffi.

ADDITIO.

a Captiuo. Adde Bar. in l. 1. §. huius studij. & ibi Alex. in addi. ad eundem. ff. de iusti. & iur. eundem in l. quod seruus de testi. Io. And. in c. sicut ne cle vel mona. & Gemi. in c. vt officium. §. ad scribendas de hære. lib. 6.

LEX XVI.

SVMMARIVM.

1 *Licentiam petere non sufficit, nisi obtineatur.*

Si quis. Casus. Consiliarij non debent recedere a ciuitate sine licẽtia, alias puniuntur. h. d. & no. ex hac l. ꝙ ambasiator dẽt portare literas per quas appareat ꝙ de mandato & licentia suæ ciuitatis vadat, vt hic colligit secundum hoc prout dicit debet habere literas a iudice suæ terræ Bar. Vel sic citatus per iudicẽ non debet recedere illicentiatus. h. d. secundum vnum modum Dyn. In tex. ibi rei. puta ad conquerendum de iniuria sibi facta Dy. & ibi conse
1 quatur. No. non sufficit petere licentiam nisi cō
a sequatur Ant.[a] sortiatur. i. arbitrariè per eum punietur Dy. In 1. gl. ibi ambassia. ad quod infra eo. l. curiales 2. & l. domini. ff. de leg. l. sciendum. §. ordinem inf. de proxi. sa. scri. l. in sacris. & ibi glo. In gl. fin. in fi. facit pro vtraque positione in authen. quomodo oportet epi. §. non aliter. col. 3. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Ao. Adde ꝙ regulariter licentiæ petitio sufficit quãdo agitur de augmento perfectionis, licet non obtineatur imo tunc cessat suspicio ambitionis no. Card. in clem. 1. in 7 opp de testa. idem in cle 1 in 2 oppo de regula Doc. in c. licet eo. titu. in alijs autem secus, vt in cle. dudum. & ibi per eundem de sepul. & in cle. 1. § præs. tum de sta. mona. adde tamen ꝙ quando debet præstari licentia super aliquo actu præstita sine causæ cognitione non valet not. Bald. Pau. de Cast. Io. de Peru. in l. sed si legem. § prætor de in ius voc. & Cardin in clem. si. 12. q. de elec. Feli. in c. quoniam col. 2. versicu. vlti. no. & c. de magist.

LEX XVII.

Qui derelicta. Casus. Curialis miles a curia reuocatur. Dy.

LEX XVIII.

SVMMARIVM.

Officium gerere inuitus vtrum quis cogatur.

Si ad magistratum. Casus. Nemo ab officio sibi imposito se subtrahat, & si faciat, alius loco sui instituatur, cui bona subtracti assignantur, & reuersus onus duplicatum sustinet Dyn. In text. ibi ipsorum, scilicet latitantium, & ibi fuerunt, scilicet & bona recuperauerunt, qui sunt duumuiri, dic vt not. infra ead. l. duumuirũ. & per glo. & Cyn. C. de emanci. li. l. 1. & de iudi. l. fina. Vel pone sic casum, si quis in acceptando officium fuerit contumax alius loco eius eligitur, qui interim bona contumacis habebit. & cõtumax duplicato tempore officium exercere debet hoc dicit Barto. In glo. 2. ibi & prætoris, qui & quot sunt vide quod not. & scripsi. ff. ad l. Iul. pecu. l. sacrilegij §. fina. In ead. glo. ibi emendat scilicet electus. In 3. glo. ibi ad vsum, scilicet redeuntes. inf biennium bona recuperent. infra de omni agro deser. l. qui agros. licet aliqui dicant. inf. annum tantum. sup. a de præscri. 30. anno. l. pen. §. 1. & de re. l. 1. & 2. quod credo verius: quia se substrahit reipublicæ. ff. de re mili. l. qui cum vno. §. qui filium. G. Ae. In 4. glo. ibi qui ex decurionibus tantum sunt, quod est verum quã do per decuriones eliguntur de seipsis. sup. quãdo prouo. nõ est neces. l. si vt proponis. ideo cũ sit magnum periculum in administratione reipublicæ, primo debent esse experti in minoribus antequam ad maiora veniant. ff. de mun. & hono. l. vt gradatim, sed per principem ex alijs potest eligi. supra de app. l. præcipimus. in fin. ff. ad l. Iul. de ambi. l. 1. & supra de mand. princ. l. 1. Nam tunc iuste videtur approbatus. ff. de re iudi. l. quidam. in fi. sup. de crim. fal. l. 2. sed si velit posset eligere ex decurionibus. infra eod. l. neminem. & l. fina. sed si per populum fiat electio: vt sunt defensores qui eliguntur, vt in auth. de defen. ci. § interim. tunc non debent eligi ex decurionibus, sed ex plebeis. sup. de defen. ci. l. 2. & dicto. §. interim. & videtur approbatum, quia cũ tanta solennitate eligitur. inf. quomodo oportet epi. §. si vero nemo. Docto. Sed quæ est ratio diuersitatis, quod defensores ciuitatum non eligantur ex decurionibus, quia habent contraria officia: quia defensor habet prouidere vtilitatibus singulorum circa tangentia eius officium. sup. de defen. ci. l. 4. & in auth. de defen. ci. per totum, sed decuriones vtilitati reipublicæ, vt infra
a eo. l. curiales. Rebuffi.[a]

ADDITIO.

a Rebuffi. Habes ex hac l. vnum menti tenendum, quod quis inuitus officium sumere cogatur: quod amplio etiam per incarcerationem habes glo. per hoc & ibi Bar. in l. præses. supra de suspe. tut. Ang. & Alex. in l. dotem ff. sol. ma. vbi ponit pœnas quibus quis potest cogi ad officium publicum sumendum addo Alex. & Dõ. Ias. in l. plerique. ff. de in ius vo. & Ro. in l. 4. §. prætor ait ff. de dam. infect.

LEX XIX.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate alicui concessa a tributis, an cæteri teneantur ad totum, vel pro rata.*

2 *Immunitas per quos, & quibus concedi possit.*

Vacuatis. Casus. Concessa immunitas a muneribus ciuilibus nõ valet etiam cum consensu curiæ. Dyn. vel sic, si alicui concedatur priuilegium quod excusetur a muneribus ciuilibus priuilegio non obstante soluere cogitur munera indicta ob necessitatẽ publicam. hoc dicit Dyn. Vel sic rescripta concedentia immunitatem sunt cassa, nec valent etiam si consensu ciuium vel curiæ concedantur. hoc dicit Bar. In tex. ibi vacuatis. i. annullatis, & ibi necessitatibus, idest muneribus personalibus, & ibi ita intantum Dyn. & ibi præstita,
1 idest concessa. In glo. 1. ibi nisi sit speciali beneficio principis concedentis. non ob. sup. si contra ius vel vti. publi. l. fin. cum ibi not. Et vt habeatur perfecta immunitas debet contineri in rescripto a muneribus personalibus, & realibus in dubio enim talia realia non intelliguntur remissa, vt l. 3. de mu. pa. Item debet contineri a muneribus & honoribus, alias ab oneribus non haberet immunitatem, vt l. cui muneris publici. ff. de mun. & hono. Item debet dici ab ordinarijs, & extraordinarijs; alias in dubio viderentur solum extraordinaria remissa, vt l. 3. & l. in honoribus. §. qui muneris publici. ff. de vac. mun. & videtur tangi per glos. dixi de hoc plene in l. 2. ff. de iur. immu. Bar. In ead. glo. ibi immunem esse, scilicet a ciuilibus muneribus Dyn. In ead. glo. & ibi de mu. & hono. l. cui publici. & dic de hoc vt no. ple. inf. de excu. mu. in rubr. & infr. de vac. mu. l. 1. & supra si contra ius vel vti. pub. l. fi. & ibi plene Dyn. In ead. glos. ibi præiudiciũ fisci. ideo quia erat præstita a tali qui non habebar potestatem ad hoc. Sed quid si comes vel rex qui habet potestatem immunitatem conce
a dendi [a] vni de ciuibus concesserit, & alij minus tantum volunt soluere de collecta quantũ pars illius ascendebat; nunquid bene dicunt; videtur quod non per l. ab omnibus. in princip. ff. de lega. 1. vt persona exempta a collecta: alij non exempti ad totum teneantur. Sed dic quod aut tales ciues tenebantur ad certam collectam, vt anno quolibet ad c. & tunc tantum minus habent alij præstare quam ascendit pars illius, cui immunitas est data ne alias priuilegium isti cõcessum

ADDITIO.

a Concedendi. Imo videtur quod possint. non n posse videntur remittere collectas quas imponere prohibentur cũ solius sit principis munus, vt no. Bal in l. cum multa in fi. sup. de bo. quæ lib. & quæ posui in additio ad l. 1. sup. ne operę a coll. ex in addi. 1. contrarium tamen vt hic dr est verius per ea quæ no. Doc in l. si mihi, & Titio, & ibi oẽs do. Alex. ff. de ver. ob. Bal. in l. fi. sup. de do. inter vi. & vxo. & in c. 1. in prin. de pa. iur. fir. idem in c. cum venissent. de eo qui mit. in pos cã rei ser Inn. & Feli. in c. cum per tabellio. de fi. instr. Doc. maxime Abb. & Barb. in c. pasto. de offi. dele.

cessum vires habeat in præiudicinm aliorum.su
pra de emanc.li.l. nec annus. Item dominus im
munitatem dando videtur tantum dare ius qđ
sibi competebat.ff.de contrah.empt.l.qui tabu-
las.alias est l.qui tabernas.& de leg.1.l.si domus.
§.fi.Nam alias meritum istius verteretur in præ
iudicium aliorum quod est contra l.fina.sup.de
sta.& ima.& ff.de iur.do.l.vir ab eo.& de hoc.ff.
de admi.tut.l.si pupillus.de fideiusso.l. Lucius.
a. Respon. Aut debebant collectam incertam,
& tunc aut ante eius indictionem fuit data vni
immunitas: & tunc tantum minus soluerent
quam pars illius cui est data immunitas ascen-
deret, immo totum quod non possunt dice-
re se grauatos alij cum ab initio tanta colle-
cta potuisset indici quod pars illius cui est data
immunitas includeretur.sic dicta l.ab omnibus.
Nam ex quo simpliciter collecta indicitur illis
solum indicta esse videtur quibus collecta esse
poterat:& non alijs argum.ff.de vulga.l.cohæ-
redi.§.quæ patrem.iunctis quæ notantur sup. fra
ternitatem vel re.l.fina.pro quo.inf. de silen.l.3.
Aut post indictam collectam fuit data immuni
tas, tunc non tantum detrahent consules quam
ascendit portio illius cui est data immunitas,im
mo talis non ob.immunitate poterit collectiza
ri cum immunitas concessa se tantum ad futu-
ra extendat.ff.de excu.tu.l.tutor petitus. in ptin.
& sup.de legi.l.leges.& ar.l. si quis postea quam
ff.de iudi. & quia etiam domino dando immu-
nitatem non videtur alios velle grauare. ff. de
leg.3.l. si fundum sub conditione.§. si libertus.
Ideo si collecta iam indicta sentiret de suo non
de alieno videtur facere remissionem, vt supra
dictum est.Docto.pro hoc vide not.extra de iu-
di.c.cum venissent in repe.a.& in repet. C.ad l.
Falc.auth.sed etiam ea. Cor.In ea.gl.in §.pactū.
pro hac glo.faciunt notata.ff.de re. iur.l. nec ex
2 prætorio.& l.neque pignus.In glo. 1. in fin. sed
bene valet in præiudicium concedētium quod
intellige verum vt possit concedi hæc immuni-
a tas venientibus de nouo ad ciuitatem.[a] ciuibus
enim suis immunitatem concedere nō potest
d.l.2.ff.de iur.immu.vbi plene dixi.posset etiam
ciuibus suis concedi ex causa, vt puta quia Do-
ctor vel medicus,& similia. alias non vt inf.de
decre.decurio.l.1.Bar.in Spe.dicto §. sup.alleg.
& vide super hoc in Spe.de censi.§.nunc dicen-
dum.ver.quid si vniuersitas.cum sequen. 4. par-
te principali.tertia particula.In glo.fin. ibi rele-
uatis: quia concessio valet in eorum præiudi-
cium non fisci vel aliorum ciuium: quia fiscus
exiget nihilominus a fabro, sed ille faber recu-
perabit a concedentibus sibi immunitatem, &
hoc vult dicere hæc glo. ad quod supra de pact.
l.pacto successor.ff.famil.erciscund.l.si filia. §.
idem scribit de religio. & sumpti. func. l. Neta-
tius.Do. In glos.fina in fine.hanc glo.intellige
cum determinatione gloss. præcedentis. Dyn.
facit supra de exac.tri.l. exactores.& not. supra
de anno.& tribu.l.in fraudem.Ant. de Bar.

ADDITIO.

a [a] Ciuitatem Adde Barto.in l. non tantum § in senibus.ff. de excusa.tuto.& in l.2.ff de iure immun.& an immunitas ciuibus concessa extendatur ad nouos ciues uide eundem Bart. consi.57.incipien.Rex Franciæ &c.Dyn.in l.vxorem.§. vxorem,& quod ibi dixi ff.de lega.3. Bartol. in l. prouidendum. infra eodem titu.& Bal.in l.fina.supra de sacrosanct.eccles. addo quod posui in additio.ad l.in fraudem num. 1.sup.de anno & tribu.

LEX XX.

SVMMARIVM.

Expensa pro persequēdo malefactore a quo fieri debent. Item ad expensas incarcerati quis teneatur, quando is non habet, vnde se alat.

Circensium. Expensas factas in quæ-
rendo officiales qui se
absentant Imperator restituet. hoc dicit. Dyn.
hæc l.alleg. quod si incarceratus ad instantiam
mei non habeat vnde satisfaciat expen.incarce
rationis quod ego debeam soluere. circa quod
vide ff.ad exhi.l.sed si hæreditas.§.1.super verbo
exhibendus.Dyn.In tex.ibi circensium, idest il-
lius ciuitatis: & sic est hæc lex localis licet eius
ratio sit generalis. ad necessitatem. i.administrā
dum negotia Dyn. prærogauerit, idest fecerit
repræsentare.quod est verum in illis quæ sua cul
pa facta extiterunt.ff.ad munic.l. Lucius.in prin.
& ad Sylleia. l. lege Cornelia. secus si sine culpa
eius,vt in denunciatione officij:quia ad illas nō
tenetur in authē. de defen.ciui.§.si qua vero.G.
Ac.& ibi cogantur alleg.hic casus, quod si sunt
a facti sumptus p̄ p̄sequēdo malefactorem[a] vel
pro prosecutione, & ipse sit condemnatus de
crimine: iudex de suis bonis habeat satisfacere
damnum passo.in auth.de man.prine.§ quod si
b Sed videtur ꝙ imo pari pœna puniantur b, supra de epi.& cle.l.quamquam.in fi.sed dic ꝙ nos habemus consortẽ seu participem delicti, vt quãdo cõcomittat delictum,& tunc pari pœna puniantur, vt in l. contra. Item participem habemus delicti qui impellit aliquem ad delinquendum, & tunc plus punitur particeps quam qui eius impulsu delinquit, vt in auth. vt iudic. sine quoquo suffra. §. eos, & de seruo corrup. ff. l. in. hoc iudiciũ. & in l.1. §. persuadere. Item habemus adiutorem delicti vel præstantem opem, qui non principaliter delinquit, & non punitur tãta pœna licet eadem. l.puniatur regulariter in hoc,& supra de nili agge.non rumpen.l.1.& §.de rapto.vir.l.1.§. pœna.& de extraordi. cri.l.t.

ADDITIONES.

a Quod non videtur. Adde istum in l.omnes iudices nu.3.& quod ibi notaui in apostil.ad ipsum supra de decu isto libro.
b Pari pœna puniantur. Adde tu quod delinquens,& consentiens pari pœna puniuntur, quando pœna ipso iure imponitur, sed non in materia statuti simpliciter loquentis de delicto: secus si etiam de consentiente quando consensus est authorisabilis, quia illum comprehenderet, vt pro vtroque not. Panorm. in c.quanto, & ibi notaui in apostil. ad eum in prin. extra de sent. excom.

LEX IX.

SVMMARIVM.

1 *Munera personalia an possint pecunia redimi.*

Illud conuenit. Casus. Qui electus est ad aliquod munus personale non potest ipsum redimere per pecuniam, vt ipsum non subeat. h. d. Ant. in fi.
1 tex. ibi taxandæ, ratio est: quia nascendo obligatur reipubl.ad seruiendum, & sic ad factum. ff.de ven.in posl.l.1.§.generaliter.lo 2.quod non liberatur dando pecuniam.ff.de leg.3.l. fideicõmissaria.§.fi. Item nec dando substitutum supra de decurio. Loullus. Et not. argumentum cõtra iudices qui recipiunt pecunias à subiectis, ne teneantur ire ad guerram, quod tamen non debẽt facere.ff.de mu. & ho. l.extimationẽ. Not. ergo arg. contra hoc quod faciunt potestates rectores & consules, quia recipiunt pecuniam pro muneribus personalibus, vt ne quis forte vadat ad exercitum: quod facere non debent, vt hic, & ff.de muneribus & ho. l.extimationem. Dy.

LEX X.

Priuatæ. Casus. Qui habent prædia Principis in emphyteosim nõ tenentur ad superindicta nisi ad canonem debitũ. Dy. hoc dicit cum l.euidenter infra eod. Vel sic prædia emphyteoticaria Principis extraordinarias præstationes non subeunt. h. d. Primo ponit dictum. Secũdo remouet dubium. Tertio assignat vnam rationem. secunda incipit ibi quando tertia ibi & pari. Prima pars est clara in tex. ibi assignata. i. tradita alicui ad censum vel emphyteosim. Dy. Et ibi potest primum. i extraordinariũ. Dy. canonis. i. procuratorum, proposito ad suscipiendum canonem. Dy. Extimato.i.summis priuilegiis munerato. Odo.& Dy. præbitionum id est, solutionum faciendarum ad mandatum Principis decurritur. i. soluitur, nexuerunt, id est, obligauerunt. Et nota ex l.ista ꝙ illi qui pro possessionib. respondent tertiam partem communi, ꝙ non tenentur soluere collectam quæ imponitur pro imminentibus necessitatibus. Bar.

LEX XI.

SVMMARIVM.

1 *Referendarij, & quidam alij curiæ Principis seruientes hic enumerati sunt immunes, & quæ sit ratio.*
2 *Dignitas superueniens non tollit priuilegium præcedens.*
3 *Salarium duplex an debeat habere, qui habet duplex officium, vel duplicem dignitatem.*

Eos.

EOS. Casus. Magistri scrinij sacrarum epi-
stolarũ, vt sunt prothonotarij seu se-
cretarij, vt credo, & libellorum, vt sunt notarij
actorum curiæ principum qui vocantur graffa-
rij, & qui accedunt in peragendis responsis prin-
cipis, vt sunt referendarij seu magistri requesta-
rum sunt immunes de muneribus, & durat hoc
priuilegium, si de hac dignitate promoti fuerint
ad maiorem iuxta not. in l. fi. supra de diuersis re-
scriptis, & in auth. de exhib. reis. §. 1. super verbo
quæstorem. colla. 5. In tex. ibi signandis. i. sigil-
landis, quibus apparet Imperatorem respondis-
se, & ita innuit de cancellario: vel dic propriè
assignandis, & ita innuit de magistris requesta-
rum. Dy. Et ibi exortes. i. exemptos: quia labo-
rantes pro republica habent priuilegium digni-
tatis, & quietis. ff. de iudi. l. si lõgius in fi. de dona.
1 l. si filius. Quæro quæ sit ratio in primo dicto du-
bitandi: quia videbatur ꝙ illi qui habent digni-
tatem non debeant excusari à muneribus, vt vi-
detur in decurionibus supra de decurio. l. nullus
qui. nam expedit reipublicæ, vt sint plures qui
administrẽt ff. de decurio. l. 3. §. spurios. ratio de-
cidendi est: quia dignum est, vt qui pro re publi-
ca laborant præmientur dignitate & quiete. ff.
de iudi. l. si longius in fi. non obst. l. nullus: quia
loquitur de illis, qui erant astricti certæ profes-
sioni qui difficilius excusantur quam exempti à
curiali fortuna: vel hic loquitur de his qui ha-
bebant dignitatem superillustrem. Sed quæ est
ratio in secundo dicto: quia videbatur cessare
priuilegium postquam cessabat officium. ff. de
excu. tu. l. administrãtis, & infra de profes. & me.
l. 1. quæ sunt contra: sed dic ꝙ hoc concedebatur
priuilegium in memoria pristinæ dignitatis, &
ideo ea cessante non cessat priuilegium. ff. de de-
curio. l. fi. & supra de decurio. l. neminem in ver.
ne tamen, &c. In l. contraria dabatur priuilegiũ
ratione officij vel laborum, & ideo cessante la-
bore cessat priuilegium, & ita not. ff. de iure im-
munitatis. l. semper. §. negotiatores in fi. l. Not.
a arg. ꝙ dignitas superueniens[a], non tollit priui-
2 legium præcedens, vt infra de silen. l. 3. & ibi not.
infra de digni. l. 3. Sed argumentum contra se-
cundum Dyn. supra de incolis l. fi. Sed dic ꝙ ibi
mulier non habebat ex se dignitatem, sed à viro,
& ideo facilius perditur. pro hoc. ff. de legat. 2. l.
quod Principi & de sena. l. fœminæ, & est argu.
3 etiam ad hoc quod dicitur in fi l. Pone ꝙ rex de-
bet dare cuilibet magistro in Theologia cẽtum,
cuilibet doctori decretorum quinquaginta repe-
ritur qui est doctor & magister nunquid habebit
b vtrumq; salarium[b], argumentum est eum ll. al-
leg. ꝙ habeat vtrumq;. Sed dic quoniam aut sa-
larium datur eis ratione magisterij, & tunc ha-
bebit vtrumq; per ea quæ dixi supra. nam digni-
tas semper concernit fauorem personæ, & ideo
non debet inducere contrarium effectũ in auth.
constitutio quæ de digni. §. illud, & infra de pri-
mi. & secundi. l. 1. & ff. de iudi. l. si longius in fi. &
in auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. illud. aut da-
bitur salarium ratione lecturæ, & quia non po-
test vtrãq; lecturam petere non habebit vtrũq;
vt j. de proxi. sacrorum scri. l. hac parte in fi.

ADDITIONES.

a *Dignitas superueniens. Adde quod notaui in apostill. ad istum post eum in l. Alexandriois num 1. vbi tango de doctore qui per 12. annos legit qui acquirit dignitatem commitatus an per adeptionem illius perdat, alias dignitates, quas habet supra de decu. isto li.*

b *Vtrumque salarium. Adde Bal in l binos in fi. supra de aduoc diuer. iudi. eundem in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. illud. & ibi Ang. eundem Bald in fi. in c. 1. col. fi. in tit. de feu. Gar. & Pau. de Cast. in l. fi eadem de assesso.*

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales multi sunt in palatio Principis, & qui.*
2 *Priuilegium durat dignitate finita.*
3 *Positioni iuris an, & quando sit respondendum.*
4 *Administrans nomine alieno an habeat priuilegium, & ratio adducitur, & quid de cæteris, qui substituuntur loco aliorum.*

Maximarum. Casus. Qui sunt in ma-
gna dignitate ab om-
nibus muneribus sordidis sunt immunes, cæteri
non nisi antiquis consuetudinibus eis sit conces-
sum. Item rectores & grammatici. & sunt sor-
dida munera, vt hic habetur. Dyn. Diuiditur in
sex partes. Primo ponit quasdam dignitates quę
habent immunitatem à sordidis muneribus. Se-
cundo dicit alios Palatinos non habere immu-
nitatem nisi hoc doceãt. Tertio dicit circa ma-
gistros sciẽtiarum seruãda iura antiqua. Quarto
nominat munera sordida. Quinto liberat quo-
rundam possessiones à quibusdam præstationi-
bus extraordinariis. Sexto & vltimo declarat
prædicta locum habere dignitate durante vel fi-
nita. secunda incipit ibi cæteros tertia ibi circa
rectores. quarta ibi sordidorum. quinta ibi lega-
1 tis. sexta & vltima ibi, hoc tamen. Scitis quòd in
palatio Principis sunt multi officiales. nàm qui-
dam sunt consistoriani, quidam notarij, quidam
cubicularij, omnes isti habent immunitatem à
muneribus sordidis, & not. versum sordidorum
vbi sordida munera nominantur plenius quam
alibi. Item no. versum legatorum, vbi apparet ꝙ
priuilegiatæ personæ pro possessionibus suis nõ
debent soluere collectas pro remuneratione le-
gatorum qui mittitur à curia, & iste est proprius
intellectus huius versus: sed glo. aliter intelligit.
2 Item no. ex fi. huius l. ꝙ priuilegium durat digni-
tate finita: secus si priuilegiũ daretur officio non
habenti dignitatem annexam, vt s. eo. l. 1. & ibi
3 not. & facit infra eo l. eam legem. Bar. Et not. ex
ista. l. 2. respon. ꝙ licet positioni quæ consistit in
a iure communi non sit respondendum[a], vt not.
supra de jura. calum. l. 2. §. quod obseruari, tamẽ
si consistat in iure speciali, vt est priuilegium est
ponenda

ADDITIO.

a Non sit respondendum, no. Bald. in alle § quod obseruari col. 7. ver. quarto non tenetur, & in add. ad Spe. in tit. de positio. versi. positioni iuris. & ibi idem Spe. §. 7. versi. 13. Bart. in l. non fatetur col. fi. versi. quæro facio ibi fi de confes. & Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsam. § responsionis nu. 5. ver. quinta regula. & ibi notatur in apostil. ad ipsum. in ver. positioni iuris extra de proba. vbi ego limito hoc dictum in iure scripto, quod non pendet ex facto partium, vt no. idem Bal. in rub supra quæ sit lon. consue. nec omitto, ꝙ respondẽs positionibus iuris sibi non præiudicat, vt not. Olur. cons. 143.

ponenda & probanda, vt hic, & ff. de probat. l. ab
4 ea parte. Item not. ꝙ qui adminiſtrat nomine
a alieno non habet priuilegium [a], & eſt ratio quia
regulariter gerit ex voluntate non ex neceſſita-
te, vt ff. de lega. l. vicarius, & l. filius, & ſupra eo. l.
procuratorũ : ſed qui adminiſtrat nomine pro-
prio ſic, vt ff. qui ſatiſda. co. l. ſi fideiuſſor. §. ſi ne-
ceſſaria. In tex. ibi conſiſtoriani de quibus infra
de comi. cōſi l. 1. & 2. Et ibi excubicularij in actu
& exercitio, & cubicularij qui depoſuerunt ha-
bent tamen idem priuilegiũ, vt infra de præpo.
ſa. cu. l. 2. & infra eo. l. eam legem, vel cubicularij
Principis excubicularij Auguſtę infra de præpo.
ſa. cu. l. cubicularios : vel cubicularij qui ponunt
in lecto, excubicularij in aſſurgendo vendicen-
tur, id eſt excuſentur. Dy. contineat. i. habeant.
Dy. exceptionem. i. priuilegia excipiendo eos à
muneribus ſordidis conceſſa iuuant eos, ſi pro-
bentur corporibus vel collegiis fuiſſe conceſſa.
Dy. digeſtarum id eſt enumeratarum priſtini. i.
molendini, vel dic propriè. ff. de vſuf. l. ſicut. §. ſi.
de po. l. 1. §. ſi quis ſeruum. G. Ac. ponendarum. i.
non debet habere curam æquorũ ducendorum
infra de curſu pu. l. 2. Dy. ex more. i. antiqua con-
ſuetudine. Dy. includitur puta ſibi mandatur, vt
limites imperij in aliquo loco includat, vel val-
libus vel foſſis vel palis illiriciane, expone, vt in-
fra tit. 1. l. 1. talibus ſordidis iam dictis, & dicen-
dis virorum. i. ſuperius nominatorum q. d. quòd
prædicti viri non teneantur illa ſubire. Dy. eum,
ſcilicet carbonem vel eorum ſcabonum conſti
tuendum, alias conſtruendis cenonis & expone,
vt ſcripſi infra de dig. l. 4. allegatis. i. electis in ali-
qua dignitate vel magiſtratu. ſupra de inco. l. ci-
ues. poſſidere, quia ſi pro alio exerceat vt vica-
rius, his priuilegiis non gauderet arg. ff. de in ius
vocan. l. ſed ſi in hac. §. ſi. Dy. & pro hoc eſt ca-
ſus in l. filius. ff. de legationibus. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Non habet priuilegium. Hoc eſt verum quando eſt ſub-
ſtitutus a ſuo ſuperiore immediato cuius vicem gerit. ſecus
autem ſi à ſuperiore ſui ſuperioris, vt not. Bart. & Alex. in l.
filias ff. de lega. & in l. 1 §. hi quibus ff. de lega. 3. & Panor. in
c. ſane. num. 2. & quod ibi notaui in apoſtil. ad ipſum in ver.
vice rector. extra de offic. delega. de quo aliquid per Ludo.
Roma. in ſuo ſingu. 561. incipien. Bar. l. filius. & quod ibi not.
in apoſtil. ad eum.

LEX XIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium perſonale perſonam non egreditur, & ibi-
dem multa de priuilegiis.*
2 *Priuilegium patri conceſſum an extendatur ad liberos.*

Sordidorum. Caſus. Priuilegium per-
ſonale nō trāſit ad ſuc-
ceſſorem. h. d. Bar. & nota. ꝙ hæc. l. venit ad
1 declarationem præcedentis. l. Et nota hanc glo.
quæ plene diſtinguit in ſua materia ſicut alibi, &
ideo vide eam & ſigna, & primum membrum
glo. eſt quando priuilegium conceditur perſo-
næ quod declara, vt not. per Dy. in c. priuilegiũ
perſonale extra de reg. iur. lib. 6. & l. tale. ff. ſolu.
mat. ſecundum autem membrũ eſt quando pri-
uilegium conceditur rebus. Quid autem ſi du-
bitatur vtrum ſit conceſſum rebus vel perſonæ
glo. tangit. ff. de cenſi. l. forma. §. quamquam, &
ego dixi in l. pe. ff. de ſerui. l. alia autem membra,
ſimiliter clara & plene examinata per Dyn. in c.
priuilegium. Bar. in gl. 2. illud ideo, quia filij ſunt
cauſa priuilegij. ff. ſol. ma. l. 1. de Deucio, & ar. in
auth. multomagis ſupra de ſacroſan. eccle. & ſic
hæc gl. eſt falſa per l. in honoribus §. vacationũ.
ff. de vaca. mu. & l. 1. §. de iure immunitatis. de
Securo. non credo gl. falſam cum debeat intelli-
gi iuxta terminos huius l. vt l. ſi vno anno. ff. loca.
vnde ratione magnæ dignitatis de qua ſupra l.
proxima in prin. debeatur priuilegium, vt l. præ-
ſenti à muneribus ſordidis, in quibus non eſſet
congruum decorari liberos talium in dignitate
conſiſtentium, quod ſequeretur ſi haberent ſu-
ſtinere talia onera, alias munera ſordida, & vilia
vt l. 2. in fi. ſupra de epiſc. & cle. iuncta. l. emanci-
patum in fi. & l. liberos cum nota. in eiſdem. ff.
de pœnis. l. moris. ff. de pœnis. iuncta ratione. l.
iſti quidem. ff. ꝙ me. cau. Nec ob. §. vacationum
nec alia iura. ſupra allegata : quia loquuntur re-
gulariter. ſ. in iis qui habent vacationem alio ti.
quam dignitatis ſic. l. 1. ſupra eo. quæ ita concor-
datur cum fi. l. ſupra proxi. & l. eos, & ver. igitur
ſupra eo. Et intelligo de filiis ſiue hæredibus inſti
tutis ſiue non, vt l. iuriſiur. §. ſi liberl. ff. de oper. li.
In ea. glo. ibi perſonæ quæ eſt cauſa immediata
ipſius priuilegij. nam ſi mediata eſſet, tunc tran-
ſiret. ff. de in integrum reſti. l. non ſolum ſupra ad
Velleia. l. hæredes de Deucio. In ea. glo. ibi, & da-
tur ſub. ſi ſimpliciter fuit datum. ſecus ſi cōtem-
platione certæ perſonæ. ff. de ſerui. ru. prædi. l.
prætoris in ſecũdo, & l. Lucius. Deucio. In ea. gl.
ibi l. 3. §. 1. & l. 3. Si vero detur certæ perſonæ, &
hæredi tunc ad primum hæredem. l. antiquitas,
ſupra de vſufru. aliud ſi perſonæ & hæredibus. l.
manna. §. de legat. circa hanc l. quæro vtrũ pri-
uilegium extendatur ad ſucceſſores, & dic quo-
niam aut conceditur priuilegium perſonæ, aut
rei, aut loco vel ciuitati vel cauſæ, primo caſu
aut conceditur ſimpliciter perſonæ & immedia-
te, aut conceditur perſonæ ob cauſam, ſi ratio-
næ cauſæ, vt minori : quia læſus eſt conceditur
priuilegium reſtitu. tunc extenditur ad ſucceſ. &
mulieri beneficium Velleiani. ff. de in integrum
reſti. l. non ſolum, & de modo. l. interdum ſupra
ad Velleia. l. hæredes. Si autem perſonæ conce-
ditur ſimpliciter non propter cauſam, & tunc
poteſt habere locum diſti. glo. hic poſitæ, aut cō-
ceditur generi vel poſteris. & tunc dic, vt gl. vel
conceditur perſonæ, & hæredi, & tunc ad primũ
hæredem extenditur ſupra de vſufr. l. antiquitas,
vel perſonæ & hæredibus, & tunc ad omnes ſu-
pra de lega. l. in annalibus. Si autem concedatur
rei tunc ſi ſimpliciter tunc ad omnes ſucceſſ. il-
lius rei extenditur, vt ff. de cenſi. l. 3. in fi. aut con-
ceditur contemplatione certæ perſonæ rei, &
tunc nō extenditur ad ſucceſſ. ff. de ſerui. ru. præ-
di. l. pecoris. 2. reſpon. Si autē fiat per Principem
tunc ex noua conceſſione, & impetratione ex-
tenditur ad ſucceſſores, & eſt iniuria ſi ſibi dene-
getur. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. permittitur.
Si loquamur de priuilegio cauſæ conceſſo, tunc
extenditur ad cauſam ſucceſ. ff. de re iud. l. tem-
pus. Si autem loco vel ciuitati tunc extenditur
ad omnes ſucceſ. & ciues, vt in gl. Sed cum quæ-
ritur

2 ritur an priuilegium patri concessum extendatur ad liberos, & dic quoniam aut fit mentio de liberis in succes. & tunc extenditur ad omnes in infinitum.ff.de operi. li.l.cum patronus. §. cum libertus. Si autem non fiat mentio de liberis tūc aut priuilegium nō est in corpore iuris clausum & tunc non extenderetur nisi diceretur expresse, vt ff. de reg. iur. l. priuilegia, & l. in omnibus, aut in corpore iuris clausum, & tunc aut liberi sunt causa priuilegij, & tunc extenditur ad hæredes suos non ad extraneos, vt est priuilegium dotis concessum fauore liberorum ff.sol ma.l.1.& de priuilegiis dotis supra l.1 & ff so.ma. l.etiam, & supra qui po.in pig. ha.l.assiduis.§.exceptio. Aut liberi non sunt causa concedendi priuilegium, & tunc aut priuilegium concernit præiudicium priuati, & tunc aut est præiudicium magnū tunc non extenditur ad filium. ff. de bo. li. l. qui cum maior in prin.iuncta.l.si de iur.de li.l.si filius. §. 1. Si sit modicū præiudicium tunc extenditur ad filios infra de proxi.sa.scri. l.in sacris. la 3.in prin. & de agen.in rebus.l.fin.& de priuileg.sco.l.quotiens. in princip. Si autem concernat præiudicium reipublicæ, & tunc aut quantum ad pœnarum remissionem, & tunc extenditur ad filios, & pro hoc supra de præci Impera. offic. l. rescripta iuncta.l.supra de pę.l.decurionum filij, & supra de decurio.l.à diuo Marco. & ff.de pę.l.moris. Si aũt concernat conditionis exceptionem tunc non extenditur. ℑ.de murile.l.si quis ex corpore. Si autem concernit muneris publici exceptionem tunc aut erat ista immunitas temporum, & tunc non extenditur ad liberos.ff.de iure immunita.l.semper immunitati. aut erat perpetua, & tunc aut quæris vtrum habeat istam vacationem post mortem patris, & dico quòd non. ff. de vaca. mn.l.in honoribus.§.vacationū. Aut vtrum extendatur viuente patre, & dico quòd sic infra de professo. & me. l. medicos, & supra de episc.& cle.l.2.

LEX XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum scholari, an competat etiam facto doctori.*

2 *Priuilegium concessum monetariis, an extendatur ad non operantes.*

Eam legem. Casus. Priuilegiū occasione dignitatis cōcessum durat non solum dignitate existente, imo ea finita, durante tamen persona. Dy. In tex. ibi dignitatum.s.maximarum. Dy.vixerint. Nota ꝙ
1 priuilegium concessum scholaribus circa iudicem per auth habita.durat in scholari facto do-
a ctore [a], per l.istam, & supra eo. l. cos in fi. ad qđ ℑ.de proxi.sac.scri.l.iubemus.s̃.de dig. l.3. lib.12.
2 Dy. perfruantur. Nunquid priuilegium concessum monetariis extendatur ad non operantes dic ꝙ non vt not.per Anal.ff.de ꝯhen.emp.l.1.

ADDITIO.

a In scholari facto doctore. Ego non puto istud esse omnino verum per ea quæ not. Bal in auth habita col.5. ad fi. versic. quæro igitur quid de scholari licentiato vbi quamuis satis consentiat scholarem licentiatum ad doctoratum gaudere priuilegiis scholarium non tamen in scholari doctore.

LEX XV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit indicere munus extraord. sine iussu Principis, & quæ pœna puniatur si contrafaciat.*

2 *Iudici an sit parendum quādo præcipit aliquid contra leg. & quid in dubio, & an videatur in dubio contra legem præcipere.*

3 *Ratio decisionis huius legis adducitur.*

4 *Instrumenta antiqua corrosa, an & quando refici debeāt.*

Euidenter. Casus. Prædia principis propria, vel emphyteoticaria ab extraordinariis, & sordidis sunt exempta.h.d. Bar.In tex ibi ne fundi. i. possessores fundorum. Dy.& ibi pretij puta propter operationem specierum publicarum, vt infra tit. 1.l.1. An.de Barulo not. ꝙ hæc l. videtur superuacua cum idem dicatur supra in l. placet in princ. Sed dic ꝙ ibi
1 nullus iudex potest indicere alicui munus extraordi.sine iussu expresso Principis, & tunc loquitur.l.placet. Item specialis iussus non sufficeret, vt in l.priuatæ supra eo.circa medium: sed l.ista addit ad illas quia hic imponitur pœna inde facientibus contrarium, & officialibus qui obtēperant, vt non fiat. ibi in l.priuatæ non fiebat indictio de illis, qui tenent prædia Principis ad tē-
2 pus, hic sic. Item not. in fi. ꝙ vbi iudex præcipit aliquid ꝙ constar esse contra.l.non est obediendum ei, vt hic, & supra de appel.l.quoniam, & de decurio. l. omnes. Si autem constat ꝙ sit secundum l.est ei obediendum.ff.de reg. iur. l.non videtur. §. qui iussu, & ff.si quis ius dicen.non ob.l. 1. aut est dubium, an sit secundum l.vel contra. & tunc in dubio semper est ei parendum. ff. de iudi.l.si quis ex aliena. si quis in ius voca. non ie. l. 2. alias posset aliqualiter in dubium reuocare præceptum iudicis, & sic essent iudicia illusoria quod non debet esse.ff.de iudic. l. si prætor.& ne
3 quid in lo.pu.l.fi. Dy.Item quæro quæ potest esse ratio huius.l. quare possessores isti tenentur ad ordinaria non ad extraordinaria, dico ꝙ homines aliorum. f.senatorum qui nō sunt ita magni excusantur. ℑ. de dignitatibus. l. senatorum substantias, vel dic ꝙ magis res illorum reputantur Principis & expedit sibi priuilegiare: quia tunc immediati, & priuilegiando eos seipsum priuilegiat argu. in auth.vt iudi.sine quoquo suffra.§. cogitatio. sed videtur ꝙ in l.specialitatis habeat locum hæc.l. quia ita parum possent, & si dictū non esset, quia nec in aliis colonis supra eo. l.pe. & supra de superindic.l.1.vbi extraordinaria nō imponuntur: sed dico ꝙ iudices possunt ad litteras Principis indicere in aliis: sed in colonis Principis non.s̃.eo.l priuatæ rei nostræ circa me. Sed quid addit legi, priuatæ, videtur ꝙ nihil ergo vr superflua: sed dic ꝙ imo addit, quia hic imponitur pœna facienti ibi non. Sed videtur hæc. l. ꝯ expressum casum. l. secundum intellectum huius glo.& ita videtur contra. supra ne lice. po. in emp. specierum. l. 1. circa fin. ibi cum dicit dominium. Sed dico ꝙ ibi dicit tempore necessitatis, & guerræ, & famis nullus se poterit excusare, ergo à cōtrario sensu extra illas duas causas possent se excusare, & ita voluit glo. alle. ita intel-
4 ligendo extra has duas causas. Item facit hæc. l.

pro

a pro instrumentis antiquis corrosis reficiendis[a], vt infra de prædi. ciuitatis.l.vlti.lib.11.& dic, vt dixi. supra de discusso. l.2.

ADDITIO.

a Pro instrumentis antiquis corrosis reficiendis. Adde Panor. in c.cum per tabellio col.1.versi.sed Hosti. & quod ibi notaui in apostill. ad eum vbi habes qualiter sint reficienda, & verum requiratur partis cuius interest citatio extra de fide instru. Card. vbi supra, & Feli. ibidem col.2. versic. contrarium & melius, & Card. consi.74. inci. Titius.

LEX XVI.

Ab illustribus. Casus. Illustres nec sordida munera nec extraordinaria subire coguntur, hoc dicit And.

De quibus muneribus vel præstationibus nemini licet se excusare.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *A muneribus in casu necessitatis nullus excusatur.*

2 *Immunitas munerum, quæ propter publicam necessitatem indicuntur, an possit alicui ex priuilegio concedi.*

Comparationi. Casus. In casu necessitatis à mune-
1 ribus nullus excusatur. Dy. ratio huius. l. in fi. est: quia si hoc fiat in maioribus inferiores minus erunt quieti, & minus conquerentur de collecta, quæ in eorum patria fit iuxta vulgare à boue maiore discat arare minor arg. etiam supra de iure fil. l. iustas. Doct. In tex. ibi iugationis expone, vt supra d impo. lucra. descrip. l.1. ibi munera, alias munia in glo. quæ est super verbo ibi sola nomina, similis expositio in auth. vt ordina. præfectu.
2 §. coll. & infra de colo. illiricia. in rub. not. quòd à muneribus quæ indicuntur propter necessitatem publicã non potest se aliquis excusare prætextu alicuius priuilegij. Ratio est: quia ius commune. ff. de testa. mili. l. eius §.1. sed propter necessitatem infringitur ius commune. s. de oper. li. l.1. & ff. de officio consul. l.1. Si ergo tollit ius commune ergo, & priuilegiũ tollet, & pro hoc infra de priuil. schol. l.2. in fi. Sed pone ꝙ Princeps concedit alicui ꝙ etiam publica necessitate emergente nõ teneatur, non obst. etiam tali. l. quæro nunquid valeat tale priuilegium, videtur ꝙ sic, quoniam valet priuilegium ꝯ. l. dum tamen dicatur non obst. tali. l. ff. de leg. 3. l. si quis in prin. & in auth. de test. imperfec. § si quid. coll. 8. Sed credo contrarium, & intelligo de tali necessitate quæ exigitur propter defensionem patriæ vel regni: quia Princeps non potest tale priuilegium concedere cum concederet in dissipationem reipub. nec in hoc esset Augustus arg. ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam. ar. corũ quæ no. in auth. qũo oportet epis. coll.1. in prin. Itẽ quia esset contra iurisgentium priuilegium. s. pugna pro patria. ff. de iusti. & iure. l. veluti iuncto. §. singulorum insti. de re. di. & insti. de iure na. § pe. & hic, & supra ne in emp. Spe. l.1. & supra de preci. Impera. off. l. rescripta, & l. quotiẽs, & l. nec damnosa, & si contra ius vel vti. pu. l. fi. Si aũt guerra non tenderet ad defensionem regni vel patriæ seu reipub. tunc dic vt in feu. hic finitur lex. c. 1. iuncto. c. 1. de mili. vas. qui contu. est, & §. hoc vero iubemus. in auth. vt nulli iudi. colla. 9.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Imperator cum vadit ad bellum, nullus etiam priuilegiatus excusatur a muneribus.*

2 *Bellum an possint barones inter se indicere.*

3 *Præsidi transeunti angaria non præstatur.*

Cum ad fęlicissimam. Quãdo Imperator ipsemet ad exercitum proficiscitur nullus etiam priuilegiatus à muneribus excusatur. Dy.
1 In tex. ibi solita nobis ministeria, & rõ est: quia ex quo ipsemet vadit qui est s. omnes priuilegiatos, vt j. de priuil. do. Augu. l. absit. lib. 11. in eius præsentia cessare debent omnia priuilegia, vt j. de cursu pu. l. nullus. li. 12. iuncta. l. inquisitio. s. de solu. Sed an lex ista habeat locum vbi Princeps non vadit, sed alius qui locum sui tenet: non vr arg. ff. de excu. tu. l. fi. s. de excu. mu. l. procuratorum: sed dic ꝙ imo habeat locum l. ista, ar. ff. de obsequi. l. honori. ff. de leg. l. filius. ff. de dam. infect. l.1. qui bona. §. si quis alieno. pro quo. s. ad l. Iul. maie. l. quisquis circa princ. j. de metatis. l.2. circa princ. lib. 12. nec ob. l. fi. quia illa excusatio est ꝯ ius commune: ideo de facili tollitur, hic aũt est fauor si tollatur talis excusatio munerũ. nec ob. l. procuratorũ: quia ibi volebat excusari ad sui commodũ hic ad commodum publicũ vult tollere excusationẽ. Ber. de Deu. hoc crederem verum in casu necessitatis de qua loquitur. s. l. proxi. & præceden. mandato Principis, vt s. de superindic. l.1. alias nõ crederem hoc posse fieri cum Imperator per modum cuiusdam spãliatis, & prærogatiuæ præsentiam personæ suæ hoc disponit, vt hic, & d. l. nullus cum concordetur cum propter eius præsentiam non est supplicandum aliud sinistrũ fieri, & l. præsenti. s. de his qui ad ec. confu. iuncta ratione. l. fi. de officio præto. & in feu. de alie. feu. c 1. §. si munus in auth. de nõ
2 alie. & 11. q. 1. c. si tributum. Et idem crederem in baronibus transeuntibus per loca eis subdita dum vadunt ad guerram, vt non possint occupare bona subditorum, & vti priuilegio hic cõcesso Imperatori, esto ꝙ barones haberẽt guerram inter se, quia indicere sibi adinuicẽ bellum
a non possunt[a], imo incidunt in l. Iul. maie. ff. ad l. Iul. maiest. l.3. & ex quo cõsequi quis debet poenam non debet consequi præmium. l. siue hæreditaria. ff. de neg gest. nec enim indicere possunt tales collectã, vt l. pe. s. de excu. mu. & l.1. s. de su-
3 perindi. Itẽ pro hoc quia si præses facit transitũ, sibi angaria non præstãt, nec alicui nisi Principi in auth. de man. prin. §. illud coll. 3. & vt nulli iudic. doct. in gl. quæ est super verbo pertinẽt in fi. Item nota. in l. neminem supra de sacros. eccle.

LEX

ADDITIO.

a Non possunt. Adde Bar. in l hostes, & ibi Alex. vbi est pecularis de hac materia. ff. de cap. & postli. reuer. eundem Alex. in l. ex hoc ff. de iusti. & iure. Doct. in c. olim. lo 3. extra de resti. spo. & in c. sicut de iureiur. & Panor. in c. quod in dubiis nu. 2. & ibi. notaui in apostil. ad ipsum in versi. interesse bellis. extra de poenis.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Murorum refectioni seu reparationi qui contribuere teneantur.*

2 *Barones sibi inuicem bellum indicere non possunt, imo incidunt in leg. Iul. maiest.*

3 *Personæ ecclesiasticæ an teneantur ad reparationem murorum.*

4 *Ciuitas aucta volens muris suburbia cingere, an possit inuitis suburbanis, & vtrum possit facere turrim in agro alicuius, vt ciuitas defendatur.*

1 Hac prouidentissima. Casus. Quilibet tenetur conferre ad instructionem murorũ,
& ad comparationem specierum. Dy. Nota ꝙ
omnes ciues tenentur cõferre ad restitutionem
a murorũ [a], vt hic, & supra de operis pu. l. ad portus. Sed quid si ciues dicant ꝙ primo expendantur quæ sunt in cõmuni antequam collecta indicatur, nunquid sunt audiendi dico ꝙ sic. supra de præd. curiali. l. 2. & ff. de test. mili. l. si certarum. § 1. & de aquæ duc. l. ad reparationem. Item facit quod no. ff. ꝙ cuiusq; vni. l. 1. §. ꝙ si nemo. Sed
2 quæro nunquid ad refectionem murorum teneantur contribuere illi qui habitant in vicis? vr̃ ꝙ sic cum vicus sit pars ciuitatis arg. ff. de iudic. l. insulam, & ad municipa. l. qui ex vico, & supra de nat. li. l. 3. §. 1. & de epi. & cle. l. nulli. penul. rñ. & pro hoc facit gl. in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. si igitur. col. 7. Sed credo dicendum, quoniam aut refectio murorum vel constructio cõcernit vtilitatem illorum, qui sunt in vico, & tunc tenentur contribuere. ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. viarum supra de bo. autho. iudi. pos. l. fi. & de iure deli. s̃. l. fi. §. in computatione, & pro hoc ad l. Ro. de Iac. l. 1. & 2. § si conseruatis. aut non cõcernit vtilitatem eorum, & tunc aut ciuitas est sufficiens pro illa expensa, & tunc non tenentur: aut non, & tunc sic arg. l. 1. alle. & probatur. s̃. noua vect. insti. non pos. l. 1. & j̃ de priuil. Do. August. l. 2. & pro hoc. ff. de incen. ru. & nau. l. ne quid circa meníum. In glo. quæ est super verbo constructione. ibi. l. 3. dic vt scripsi. s̃. de immu. ne. conce. l. 1. In
3 glo. 2. ibi placet. idem not. eo. ti. l. ad instructionem: sed dic ꝙ personæ ecclesiasticæ non tenentur ad instructionem murorum seruire personaliter vt portãdo lapides, & similia, quod est sordidum munus supra ti. 1. l. maximarum. vers. publicis, sic hæc glo. cum concor. sed sic intellexit glo. j̃. de priuil. Do. Aug. l. absit. lib. 11. super verbo numeremus: sed an teneãtur ad contributio-
b nem pecuniarum [b], dic ꝙ si fiat constructio murorum volũtariè non tenentur, sic dictæ gl. & qd̃ not. 16. q. 1. c. generaliter in fi. super verbo collationibus, & extra de immunitate ecclesiarum. c. nõ minus, & c. aduersus. Si autem fiat necessario vt puta guerra imminẽte, tunc tenentur in auth. de ecclesiasti. ti. §. ad hoc sancimus. coll. 9. & d. l. absit, & quod not. d. c. aduersus, & per Inno. d. c. non vnus. Et est ratio: quia hmõi ꝯstructio æquiparatur emptioni specierum publicarum, vt hic & à tali ecclesia nõ excusatur, vt sup. l. proxi. l. 1. supra eo. ergo, &c. ad hoc. l. ad portus. hic alle.
4 de hoc per Cy. d. l. ad instructionem. In glo. fi. in
fi. ibi. l. professio vel dic, vt in cõtrario not. circa l. istam quæro si ciuitas est multum augmentata, & ciuitas illa suburbia includeret intra muros, illi quorum sunt agri ibi contradicunt, nunquid nihilominus poterunt muri fieri vel nũquid poterunt facere turrem in agro alicuius, vt ciuitas
c defendatur, dico ꝙ sic [c], supra de operis pub. l. turres. Sed vtrum salarium sit eis dandũ per ciuitatem not. gl. l. si locus. ff. quemad. serui. amit. Sed quid si ciuitas vult facere muros, aliquis qui moratur extra ciuitatem habet in hac ciuitate domum, nunquid poterit compelli conferre? dico ratione possessionum tenetur ad talia conferre arg. supra eo. l. 1. in fi. & secũdum possessiones quas hic habet, & ar. huius. l & de censi. l. forma. §. si vero quis agrum. & not. supra de incolis l. cum neq;. Sed quid erit si ad collectam ratione refectionis murorum vocatur quidam diues, vt conferat, & ipse circa suum domicilium vult facere muros, & per hoc euitare, ne conferat ad communem refectionem, nunquid bene dixit? & dico quòd non: quia expedit omnibus, vt fiat communiter, quia si in propriis, tãtum sibi prodesset, & ideo pars non auditur quæ non congruit vniuerso arg. l. actione. §. Labeo. ff. pro socio. & argu. in authent. de resti. & ea quæ parit. §. quamobrem. colla. 4. quia inspicitur magis quòd communiter prodest. non quòd priuatim. Item pro hoc quia non potest se quis segregare, & per seipsum ad partem seruire: nec auditur si hoc facere velit, infra de murilegu. l. murileguli, & supra de decurio. l. qui delicta. Iaco. Rebuffi.

ADDITIONES.

a Restitutionem murorum. Adde quod notaui in apostil. ad istum in l. nemo. la 1. num. 1. supra de anno. & trib. & Guil. de Cung. in l. ad instructiones, vbi etiam notaui in apostill. ad ipsum supra de sacrosan. eccle.

b Pecuniarum. Adde quod nota in apostil. 1. huius legis. in vers. refectionem murorum, in quibus remiss. examino plene hanc q.

c Dico ꝙ sic. Adde de hoc Bar. in l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei ven. & in l. Antiochensiũ de priui. cred. Guil. de Cung. Pau. de Cast. & Dom. meus Iason May. in l. ex hoc iure. col. 3. vers. nunquid autem cum concor. ibi per eum. sig. ff. de iusti. & iure. & Alex. in l. 2. ff de ope. pu & consi 189 vol. 2. debet tamen ciuitas soluere domino prædij in quo vel muros vel turrim construit æstimationem rei quam tollit secundũ Ang. & Flo. in l. venditor. §. si constat. ff. com. prædio.

Qui ætate se excusant.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Studentes a quibus muneribus sint immunes, & vsq; ad quam ætatem:*

Cum vos affirmetis. Casus. Minores xxv. annis liberalibus artibus insistentes à muneribus excusantur. Dy. vel sic studentes habent immunitatem à muneribus personalibus vsque ad 25. annos, hoc dicit Bartol. Nota. ex hac. l. pro studentibus, vt in terris propriis non grauentur ad custodias,

custodias & alia munera personalia,& loquitur
a in minoribus 25. annorum * quia Imperator nō præsumit, ꝙ postquam excesserint ætatem 25. annorum,ꝙ bene adiscant. Bar. in gl. 1. ibi studēs. Idem vī inf. de stu. lib. vr. ro. iuncta rubr. cum nigro ibi duos quoq; &c. gl. nō bene declarat hāc l. Et ideo dic ꝙ quædam sunt munera patrimonialia in quibus requiritur consilium vel discretio, vt esse de ꝯsilio vel habere aliquod regimē, & tunc non conceditur minori 25. annis, nisi in defectu. sic loquitur ff. de decurio. l. 3. de mu. & ho. l. rem publ. quædam sunt munera personalia in quibus aliquod consilium non requiritur, vt facere custodiam in ciuitate,& similia. & ad ista possunt vocari minores, a quibus hic liberantur propter studium, & habent istud priuilegium causa studiorum. Bar.

ADDITIO.

a Loquitur in minorib. 25. annorū. Infero ex hoc dicto post Ang. & Io. Fabri. in proœ. rubr. insti. ibi cupidæ legum iuuentuti ꝙ iuuentus est studiosa legum necessaria, est n. iuuenis di scip nobilior sene, & acutior ingenio ad percipienda iuris enigmata, vt no. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth. & in l. cum quid. & ibi gl. ff. si cer. pet.

LEX II.

Cum filios. Casus. Minores 25. annis absentes cā studij gratia personalium munerum a studio vocari nō debēt, si alij sunt in ciuitate idonei. Dy. Et addit ad pcedentem. l. cum non excusentur a patrimonialib. Bar. in gl. 1. ibi persona vt no. s̄. de impu. l. fi.

LEX III.

Manifesti. Casus. Qui excessit ætatem 55. annorum non pōt vocari ad munera personalia. Dy. in gl. 1. ibi. sup. qui ætate. l. 1. Quæ sit ratio diuersitatis dic vt p Doc. in l. si vltra. sup. de decurio. & sup. de excu. mu. in l. tutelæ. In glo. ibi cum dicit in honore. Quæro quæ est ratio quia honor concernit commodū & honorem personæ. ff. de iudi. l. si longius in fi. vnde omnes appetunt honorem & nullus recusat. s̄. de quæsto. l. 1. li. 12. & de professo. qui in vrbe constan. docen. l. 1. & ideo propter ætatem non excusatur ab honore. ar. s̄. de mu patri. l. pfessio. secus in muneribus: quia illa concernunt merum onus. Sed quare secus est in decurionatu quam in alijs honoribus dic vt not. super l. si vltra. sup. de decurio.

Qui morbo se excusant.

LEX PRIMA.

Si ea cęcitate. Casus. Orbatus vtroq; oculo excusatur a muneribus personalibus: secus si vno tantum. h. d. Bar. in fi. tex. ibi sentiet. vide ext. de censi. c. licet. de securo. In tex. aciem. i. virtutem visiuam. Dy.

LEX II.

Cum auricularij, alias articularij. Casus. Debilitatus pp morbum hēt excusationē. h. d. Bar. in t. gl. ibi quasi auriculā tenens, non intelligas de morbo pp quē aliqualiter debiliter auditus quia tunc minus audiens non haberet excusationem, vt l. fi. ff. de legi. tu. Bar.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Morbus an,& qualis a muneribus excuset.*

Poda græ. Casus. Podagra nō dat immunitatem nisi prorsus valitudo pedum reddat eum inhabilem, vt et suis interesse non possit. h. d. An. In tex. ibi rectorem alias
1 est in litera non possis rector prouinciæ si alleg. &c. Circa istos podagrosos sic distingue; qa aut quæritur vtrum habeant excusationem tpe quo ab illa podagra grauantur, ita ꝙ ambulare non possint,& dic ꝙ sic, vt hic in fi. l. ibi vocari te nō patietur. aut quæris vtrum habeant vacationē simpliciter,& oī tpe. quia podagrosus est, tunc siquidem pp illam infirmitatem ita debilitatus est ꝙ ambulare & suis rebus superesse non possit & habebit immunitatem, vt sup. l. proxim. & hac l. 2. respon. ff. de vac. mu. l. pe. in prin. aut non est ita debilitatus, sed quandoque vexatur quandoque non,& tunc non habet excusationem, vt hic in prin. & sup. de decurio. l. muneribus. Bar.

LEX IIII.

Casus patris. Casus. Infirmitas pris nō liberat filium a muneribus personalib. h. d. Bar. Pone ꝙ pater & patria erant in necessitate, quæritur cui primo debeat subuenire, qñ æqualiter ab vtroq; vocatur simul & sunt i pari necessitate & paupertate, qn alias non hēt dubium. Et vī ꝙ primo teneatur iuuare patrem, * nam obligatio patris a patre se habet vt genus & spēs, sed obligatio spālis præfert gnāli. ff. de lib. & posth. l. cum quidam. & de leg. 3. l. vxor fælicissi. Item potest filius præstare patrocinium ꝯ rem publ. pro patre. ff. de postul. l. pe. Sed vī ꝯ per l. istam. & p l. ff. de cap. & postli. re. l. postliminium. § filius. & de fo. l. in liberto & de seruis expor. l. Titius. Itē filius iuuādo patrē iuuat seipsum sed plus tenetur sibiipsi quam patri ergo &c. ar. ff. de ven. in pos. mit. l. 1. §. & generaliter. & ita de cohor. l. quicunque. & pro hoc facit. ff. de procu. l. filius. §. miles. & sup. de pcu. l. qui stipendia. & l. militem. nec ob. l. in ꝯriū, quia loquitur de defensione ciuili, nec erat ibi casus necessitatis ex me. nec ibi res publica requirebat defensionem filij. nec obst. ff. de re mili. l. qui cum viro in fi. vnde ibi excusatur, vt minus puniatur nō tamē in totū excusat. de hoc p Cy. in l. aduo-

ADDITIO.

a Iuuare patrem,& ista videtur esse veritas. Nam filius tenetur alere patrem bannitum,& hostem ciuitatis secundū Bart. in l. si quis a liberis § 1. in prin ff de lib agno. & in auth. incestas. & ibi Bal. C. de nup. & in l. corruptio. itē in fi. C. de vsuf. Bar. in trac. alimentorum ver. quæro in quo loco,& seq. quod est verum etiam si esset emancipatus talis filius alias reuocaretur in potestatem patris, vt no. Doc. vbi sup. & Pau. in l. 2. § ius naturale ff de iust. & iure.

aduocati.C.de aduo.di.iudi.& per Spe.in tit de aduocato.§.1.ver.quid si pater, & quod Odoff. & Bar. & Docto.in l.veluti.ff.de iusti. & iu.ff.de cap.& postli.re.l.filius.

De his qui numero liberorum.

LEX PRIMA.

Numerus. No.hic ꝙ numerus liberorum non excusat ab oneribus. Sed quare militia excusat a munerib. vt ff. de vac.mu.l.pen.§.duo.dico ꝙ aliqñ excusatur quis rõne officij a muneribus, & tunc excusatur ab honorib.ꝭ.de leg.l.3.& de his q non sti l. 2. & 3. aliquando excusatur non ratione officij; sed alia causa vt propter ætatem a munerib. & tunc non excusatur ab honoribus.ff.de vac.mu. l. 2. §.numerus.& in l.in honoribus in prin.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus an & quando premortuo habeatur.*
2 *Filius mortuus in bello præstat excusationem.*

Filium ab hostibus. Casus. Fili ab hostibus captus nondum reuersus patri non prodest ad excusationem personalium munerum. Dyn. In
1 tea ibi filium. Quid de filio religioso, vt ꝙ non prosit patri, cum seruire non possit loco patris ergo &c.ff.de mu.& ho.l.3.§ quis.ver.ideo.n.ecclesia iuncta l.pe.ff.de vac.mu. ibi vel si quis sacerdotium &c. Item quia non hr̃ pro superstite
a sed pro mortuo.[a] inf.eo.l.pe.iuncta l fin §. nã & maritis.sup.de epis.& cle. Tu dic ꝫ quia licet nõ sit in ptãte patris postq̃ intrauit religionẽ tamẽ patri dẽt prodesse ad instar adoptiui dari in adoptionem per patrem.ff.de vac.mu.l.2.§. adoptiui. & §. incolumes. Item licet pro mortuo habeatur tñ per gloriam viuit.ꝭ.de epis.& cle.l. qsquis.n.sed circa medium in auth. de monachis. §.si vero.ergo prosit patri, vt ff. de excu.tu. l.bello amissi Deucio. Et ibi proficere. s.pp incertitudinem status insti. qui. mo. ius pa. po. sol.§ si ab
2 hostib. Deuclo. dr̃ hic ꝙ filius mortuus in bello tribuit excusationẽ, sed non captus ab hostib. rõ est: quia mortuus in bello reputatur viuere per gloriam non autem captus.ff.de excus tut l.bello amissi.insti.quib. mod. ius pa. po. sol.§.si ab hostib.& de vac.mu.l.1.§.incolumes. Item pater hẽt excusationem pp quod filij poterunt subire munera in futurum.ff.de mu.& ho.l.3.§.q̃uis.ergo multo fortius pp seruitium futurũ pater debet excusari.ff de re mili.l.non oẽs in fi.sed qui morit in bello constat seruisse nõ aũt sic cõstat de capto apud hostes, quia põt esse captus culpa sua.ii.s.de re mili.l.1.iuncta l. ff. de cap.& postlimi.re.l.postliminio carent.

ADDITIO.

a Mortuo Non hr̃ pro superstite, & ratio est quia non est in patris potestate secundum Arch. 12.q.1.c. non dicatis Bal. in l.Deo nobis.§.hoc et.sup.de epis.& cle.in vers. an monachus

quod est verum nisi quo ad sibi fauorabilia, vt no. Alex. in l. sub conditione.ff.de lib. & posthu.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum numerus, quis, excuset a muneribus, & an nepotes inter liberos numerentur.*

1 Nepotes. Numerus quinque liberorũ excusat; inter quos nepotes ex filio præmortuo numerantur. Dyn. in glo. 2. ibi differant.s.in quinque.primo in ætate vt not. supra titu. 2. in fin. Item numero liberorum, vt hic. Item tertio in morbo, vt no. supra titu. proxi.l.1. Item quarto in interuallo temporum, vt no. supra de mun.& hon.non conti. l. 1.gl. Item quinto in appellatione, vt no. supra de excusa. mu.in rubrica.& ibi scripsi. An. In ead glo. fi.circa medium ibi, nam filiorum. Et est ratio huius glo. nam nepotes ex parte filiarum dant excusationem auo paterno. nam non debent duobus tribuere excusationem. Sed quare secundum hanc rationem tribuunt excusationem auiæ maternæ nepotes ex filia, quod nõ videtur per prædicta, sed tamen tribuunt, vt supra in prima gl. & infra l.de personalibus. sed dic quod quantũ ad excusationem munerum congruentium mulieri tribuunt excusationem auiæ sicut & matri, dum tamen mater non viuat, quia eadem ratio habet locum in vtraque cum neutra habeat liberos in potestate, vtraque etiam intendit ad educationem nepotum. Et si dicas, quod tribuit excusationem diuersis personis, dico quod verum est respectu diuersorum munerum, non tamen respectu eiusdem muneris; & hoc non est inconueniens &c.

LEX IIII.

Cum facultates. Casus. Qui omnia bona sua filio dedit amodo pro his personalia munera nõ subit. Dyn. vel sic diuitiæ filiorum non onerant patrem. hoc dicit. Nota. l. auream pro his qui dant bona in solutum creditoribus, vt non possint postea inquietari pro collectis. Et est ratio, quia onus reale sequitur rem, vt supra de exac. tri.l. fin. hoc nisi in fraudem fecerit, vt nota. in glo. Dullius &c.

LEX V.

De personalibus. Casus. Sicut mares ita mulieres numero quinque liberorum a muneribus excusantur. Dyn. &c.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas an excuset a muneribus realibus,*
2 *Filius maior 25. annis potest excusare patrem a muneribus personalibus.*

Eos qui. Casus. Licet pater habeat excusationem propter quinque libe-

liberos, si tamen aliquis liberorum sit maior il-
1 le ad munera compellitur, & si quis propter pau-
a pertatem a realibus se excusauerit propter an
gustias bonorum ad personalia non vocatur.
Dy. vel sic numerus liberorum excusat patrem
non filium si sufficiens reperiatur. Item propter
paupertatem a muneribus excusatur. h.d. Barto.
In tex. ibi applicetur. Not. q filius maior 25. an-
nis potest excusare patrem a muneribus perso-
2 nalibus videlicet ab exercitibus. i. caualcatis &
a similib. vt § quamuis in gl. alle. Dullius. Et ibi
vacationem personalium munerum Dy.

ADDITIO.

a Propter paupertatem. Adde Bal. in auth. defuncto. col. fi. supra ad Tertul. notaui in l. indictiones post illum. sup. de anno. & tribu isto li. & Bal. in tit. de pac. constan. § nos Romanorum. clem. 3.

De professoribus & medicis.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Studium generale quale sit.*
2 *Doctores assumpti ad consilium principis habent vacationem.*

De excusatione munerum in genere. Item in spē
in certis sit. dictum est. Sed quia sunt quædā per-
sonæ quæ alias excusantur quam supra dictum
sit, vt professores liberalium artium & medici-
næ, vt sup. de decre. decurio. l. 1. ideo de his pro-
ponit & de eorū excusationibus dicere. Odoffr.
1 In gl. rubricæ in fin. Idem nota in l. eos quæ hic
alle. Tu dic quod idem est si in ciuitate regia do-
ceant & no. in procem. ff. orum. § hæc autē tria &
infra eo. l. medicos. Et idem vbicunque est stu-
a dium generale,[a] cum hoc sit scissum imperium
& in multis locis sit studium, vt no. inf. de stu. li.
vr. ro. in rubrica lib. 11. intellige cum præceden
te priuilegio principis; vt d. § hoc autem ibi, ma
ioribus, idem si fuerit studium generale, in quo
loco sunt leges lectæ tanto tēpore quod nō ex-
tet memoria in contrarium, cum talis vetustas
& priuilegium æquiparentur. C. no. vec. inst. nō
po. l. pe. & fi. & 9. q. 3. c. cum quæstus. & 18. q. vl-
ti. c. seruitium. & in eis nota. Et idem dicas in do
2 ctoribus, qui in consilium principis sunt assum-
pti: ideo habent vacationem, vt ff. de excu. tut. l.
iurisperitos. & not. Insti. de excus. tut. § item ra-
tione Guil. de Ferrarijs &c.

ADDITIO.

a Studium generale. Adde Cardi. in cle 2. § fina de magi. Et quæ sint studia generalia notat idem Cardi. in cle. dudum §. ab omni q. 15. & seq. & ibi notaui in apostil. ad cum. de sepul. vbi loquitur de studio Paduano in quo licet immeritus in iuris vtriusque Doctorem promotus sum & dicitur studium generale in quo leges tanto tempore sunt lectæ, quod non extet memoria in contrarium secundum glo. sing. & Bart. in proœm. ff. orum.

LEX PRIMA.

Cum te medicum. Casus. Medicus in exercitu existens excusationem habet extra, non post, nisi sit de numero electorum. Dy. In tex. ibi legionis, vt milites infirmos curare. Odoff. legionis, vt quia debent esse 7. milia, & c. pedites. & 700. & 30. equites vt pleneno. ff. de ijs qui no. infa. l. 2. in prin. In gl. super verbo numero, ibi cum dicit j. eo. l. nec intra. Hæc gl. vr innuere q illi qui ingrediuntur professionem priuilegiatam eo ipso non habeant priuilegium, & ita videtur notare gl. j. eo. l. nec intra. Sed dic contra per l. 1. infra eo. l. si quis in archiatri. & in l. ista, sup. de excu. mu. l. maximarum. 2. respon. & inf. no. gl. inf. eo. l. medicos. in 1. gl. & inf. eo. l. intra. intelligūtur de illis qui ingrediuntur professionem non priuilegiatam in glo. 1. ibi princeps de legione. prima habetur mentio. infra de appel. præ. præto. l. fi. & ibi nota.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Doctor approbatus, ex causa potest reprobari. Idem in notario.*

Grammaticos. Casus. Approbatus ex cā poterit reprobari. Dy. vel sic doctor qui non legit vtiliter scolaribus potest reprobari. h.d. & facit l. sed reprobari. ff. de excu. tut. Bart. in tex. ibi grammaticos i. magistros grammaticæ. oratores. i. magistros rethoricæ. & idem de docētibus dialecticam, vt no Insti. de excu. tu. § item qui Romæ in gl. 1. ibi
restitui non posse. Sed hic versatur vtilitas publi
1 ca Decurio. Nota argumentum q notarius vel
quicunque in publico officio existens, si reperiatur insufficiens debet remoueri licet semel fuerit comprobatus. pro hoc ff. de decretis ab ord. fa. l. quod semel. & infra eo. l. reddantur. & ff. de excu. tu. l. sed reprobari. vnde circa hoc, dic quoniam aut ab initio erat insufficiens & tunc verū est quod dixi per l. alleg. Et hoc ideo propter publicam vtilitatem, licet secus in sñīa lata pro priuato, nisi fuerit appellatum. supra sententiam rescindi non po. l. 1. lata tamen in præiudiciū reipublicæ rescindi potest sine appellatione. ff. de re iudi. l. Imperatores. Sed si ab initio erat sufficiens: sed post factus est insufficiens, tūc aut culpa sua erat inhabilis & remouēdus infra de dig. l. iudices & de cohor. l. si quis ex grege. aut sine culpa factus est inhabilis, & tunc retinet honorem, licet deponat onus infra de ijs qui non impleuerunt. l. 2. infra de vetera. l. 1. in fi. Et si sit dignitas habens administrationem potest regi per substitutum & habebit stipendia sua j. de agen. in re. l. penul.

LEX III.

Poetæ. Casus. Versificatores qui sciunt bene componere versus, vt Ouidius, Virgilius, & similes nolūr immunitarē: h.d. An. Iac. Rebuffi, super Cod.

Et differt poeta a philosopho, quia ille habet excusationem munerum personalium non patrimonialium, vt sup. de mu. patri. l. professio, & dicitur poeta qa alios excedit, vt apud nos Vergilius. apud Græcos Omerus. instit. de iure natura. §. sed quotiens. Odof. in glo. 1. ibi. Vergilius. i. metrificatores vt Ouidius.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Docentes in primitiua scientia, Poetica, Aritmetica, Geometria, Musica, & similibus, an habeant immunitatem.*

Oratione. Casus. Qui docent artem numeri quæ est ars Aritmetica,
1 vel docent computum, quæ est ars Geometrica
c debeant fieri de cōi, & ēt expēsæ factæ in nuptijs alterius ex fratribus, dic plene, vt per Bar. in l. 1. §. nec castrense ff. de colla bo. In gl. 2. super ver. sacerdotem ibi dignitas, de qua no. & scripsi. s. de mu. patri. l. nec protestatiæ. In glo. ibi cum dicit. §. filius. ff. ad munic. l. Lucius. § iō respondit. Dy. In glo. fi. ante fi. ibi cum dicit nec vendi poterat, nec ad hæredem filij, &c. Pone exemplum si pr̄ expendit pro filio ad habendum aliquod beneficium vel prælaturam, vel vt faceret eum fieri doctorem vel militem, quia ista coherēt personæ & nō possunt in aliud transferri. licet enim istæ dignitates ex consequenti afferant aliquod commodum pecuniarium, tamen principaliter concernunt honorem. C. de officio di. iudi. iuncta l. vnica. j. de professo. qui in vr. constan. quæ debent haberi per talem filium præcipua, & tanquam quasi castrensia. C. de epis. & cle. auth. presbyteros. & l. fori. supr. de aduo. di. iudi. iuncta l. 1. §. sed an id. ff. de colla. bo. si enim tale lucrum non haberet filius præcipuum multominus pecuniam per patrem ad hoc collectam: quod tn̄ contrarium est in iuribus supra alle. In e. glo. ibi proprie, cum dicit alias forte. l. si munus erat tale, quod poterat vendi & ad hæredem filij aliqd peruenire vt potest poni exēplum si pater emit aliquem redditum annuum pro filio & eius hæredibus: & sic principaliter concernat pecuniarium commodum, de quo in l. omnimodo. C. de inof. test. & in l. illud. de colla. in quibus talem redditum appellat militiam. In ea gl. in fin. saltē quo ad hoc vt hēat ꝯferre catenus quaten⁹ erat ipse de hoc honore receptur⁹. ar. s. de inof. test. l. omni-

ADDITIONES.

a Sibi prouidere Adde per Doc. & primo Bal. in l. fi. §. in seruis sup. de bo. quæ libe. & in l. quamuis post prin. supr. de fideicom. per l. ex parte. § filius. ff. fa. ercis. & l. si longius § fi. de iudi. melius in l. q pater. ff. fa. erc. qd̄ ego limito nisi filius haberet peculiū castrense. vel quasi vel aduentitiū qd̄ erat apud patrem. qa in primo casu pater videtur tanquā negotiorū gestor de peculio expendisse vt no. in l. filius, & ibi Bar. ff. de pe. u. hære. & ling. in l. uesonosus. ff. de neg. gest. & in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bo. & oioo per Alex. in l. & qui de peti. hære. secundo aūt no. quod puniur limitarem si filius studens sit boni ingenij, quia hoc casu tenentur sibi de bonis cōibus prouidere vt no. Bal. in l. Macedonian. supra ad Mace. per l. Suchū ff. de lega. 3 Q. ta l. mita. ego amplio et si studeat mutto pr̄e. vt per Bal. vbi prox. in e. q. refert casum sibi accidisse. Bertac de Firmio, sed non meminit loci.

b Dotare. Adde Bar. & doc. in l. 2. §. 1. ff. de eure & ra. distr. Dy. & Bar. & Doc. post glan alle. l. cum plures Bar. Bal. Ang. & gl. in l. qui filium ff. vbi pupil. edu. debeat etiam si sit nata ex vno parente, secundū Bal. & Ang. in l. qua h. iuni supra alleg.

c Expensæ doctoratus. Adde videndum de hac quæstio Bal. in l. cū nō solum. § fi. supra de bo. quæ libe. & in auth. ex testō. col. 1. ver. 1 qrit de expensis. C. de colla. eundem in l. has § in seruis in fi. supra de bo. quæ libe. & Pau. de Cast. cons. 120.

oĩmõ.§.imputari.cũ ibi no.ad qđ.ff.đ colla.bo. l.1.§ nec castrense supra de colla.l.illud Dyn. Et sic vult dicere finis huius glo. ꝙ vbi filii dignitas affert commodum pecuniarium & pater fecit expensas pro dicto honore & hæredes nõ teneã tur portare onus illius dignitatis, arg.ff. de regu. iur.l.secundum naturam.š.de cu. furio.l.nec lucrum.& ideo id quod affert pecuniariũ cõmo
a dum tenetur filius conferre *. & venient in contributionem & ita not. glo ff.de colla.bo.l.1.§. nec castrense.supra de inof.te.l.omnimodo.§.fi.
3 Et intelligo ꝙ tenetur conferre lucrum quod factum est tempore mortis patris deducto onere. & ita not.gl. supra de colla.illud.Et idem teneas in militia quæ potest vendi. sed non ad hæredẽ trãsmitti vt est cum superemit pro filio ad vitã filij aliquem redditum super communitate aut super alijs, quia tunc non æstimabitur quantum constitit patri sed quantum ita militia seu redditus posset vendi tempore mortis patris deducto onere militiæ:& sic etiam possent intelligi.ll.supra alle.cum no.in eisdem. in l.fi.C.de pig.eodẽ modo dicas si est militia, quæ non possit vendi sed bene ad filios filii transmitti, vt potest poni exemplum in feudo.vt d.l.omnimodo.§.Imputari & ibi tex. loquitur alternatiue vendatur,&c. Et isto modo videntur intelligere gl.in dictis ll. G.de Cung.in dicto.§.imputari.& Bart. in dicto §.nec castrense.&c.

ADDITIO.

a Tenetur filius conferre.adde Gul.de Cung ita distinguẽtẽ & concludentẽ in l.oimodo.§.imputari nu.2.& ibi notaui in apostil.ad ipm in ver.in legitimã cõputari supra de inof.test.

De mulieribus & in quo loco munera sexui congruentia,& honores agnoscunt.

Rubrica.

In fi. Rub. de quo not.ff.de reg.iur.l.2.& in Spe.tit.de procu.§.1.ver.2.tertia particula primæ partis principalis.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 Mulier in quo loco munera patrimonialia subit in quo loco personalia & an ex persona viri dicatur esse ciuis ibidem nu. 2.
3 Munus quotuplex sit.
4 Prohibiti qui sint habere honores.
5 Mulieribus quæ munera possint competere.
6 Munera dignitatem annexam habentia quæ sint.
7 Capitaneus ciuitatis, qualis debeat institui.
8 Dignitas an remaneat finita officio.
9 Munus sordidum quod sit,& quibus possit indici.nu. 10. & qualiter diuidatur.nu. 18
11 Minoribus an possint indici munera.& ad quæ teneantur scolares.
12 Mulieri an & quæ munera possint indici.
13 Officia duo suscipere cogi an quis possit.
14 De consuetudine quandoque imponitur munus per capita non habito respectu ad patrimonium.
15 Collecta quæ dicatur quibus imponatur et qualiter,et quo & pro quibus rebus.nu. 16.
An mobilia & immobilia veniant æstimanda & quando incipiet habere effectum nu. 17.
16 Forenses an & pro quibus teneantur ad collectas.
17 Munus imponitur pro solido & libra.
20 Collecta an & quando possit imponi clericis & ecclesiæ.
21 Collecta an possit imponi pro posses. alibi sitis & quis ꝑ fundo dotali collectam soluet.& nu. 22.
22 Officiales an teneantur ad collectas.
23 Munera mere personalia quæ sint, illorum trimembris diuisio.& nu. 24.
25 Qui excusentur ab istis muneribus.
26 Munera mixta quæ sint.
27 Munera ordinaria & extraordinaria quæ sint.
28 Gabella quæ soluitur a transeuntibus an sit onus reale vel personale.
29 Angaria & parangaria quid sit remissiue.

1 Ea quę. Casus. Mulier in loco domicilij mariti subijt munera personalia patrimonialia vero in loco vbi est patrimoniũ Barto.in fin.totius l.vide quod nota.extra de paro. c.fi. & đ dec.c.apostolicæ de Securo. In 3.gl. ibi de reg.iu.l.2.quod dic per exempla vt hic per
2 Bar. In trac.munerum personalium. An autem ex persona viri dicatur ciuis vel qualis dic plene vt per Bar.ad munic.l.fi.§.idem respondit.In secunda gl.ibi nisi prima placet idem Bar. Quia in vrbe Romana est tanta copia hominum, & mulierum, quód non est necesse vocari ad honores & munera mulieres aliũde venientes, non tamen intelligas,ꝙ mulier nupta romæ possit cõpelli ad munc.& hono.ĩ ciuitate originis ꝓpriæ quia per hoc aduocaretur a seruitio viri:qđ esse non debet sic nec liberta nupta de voluntate patroni dẽt vocari ad operas ꝑ quas aduocaretur a seruitio viri vt supra de operi.libe.l.patroni.Ber.Super gloss.fin.ibi ad subeũda. de hoc per Bar.in hoc tract. munerum patrimonialiũ circa fin.versi.itẽ quærit gl. de fundo dotali. In ea. gl. ante fin. quod esse non debet.& hoc per Bart. in tracta. munerum patrimonialium in versi.item q̃ro aliquis est ciuis hic & plenius ꝑ Petr.Hælyæ. Super glo.fi in fi.& super toto tit.pro intellectu huius glo.& potius materiæ;quia hic fit mentio de honoribus: & muneribus personalibus; & patrimonialibus quæ imponuntur tam masculis quam mulieribus &c.vt in Bar.vsq; quasi pro pe.fi.vbi dimitte vers. itẽ quæro cum in iure &c. & recipe. vers. item quæro passagium vsque in fi. & postea recipias ver.omissum. Item quæro cum in iure sæpe fiat mentio &c.& eo complero recipias tunc dictum Pe.Heliæ circa prin.ibi. sed hanc opi. non credo veram vsq; & dicatur hanc opin. non credit veram indistincte. d. Pet. Heliæ supra de mu.patri.super rubr.nam quamuis &c. quia fit hic mẽtio d honoribus & mu.patrimonialibus & personalibus quæ imponunt tam masculis quam mulieribus.ideo materiam munerum hic tractemus: quorum diuisionem ponit glo.super rubric.supra de mu.patrimo.& etiam in rubr. supra de excu.mun. & latius in l. voluntariæ, supra de excu. tuto. multo latius in l.neminem.supra de sacrosan.eccle. Ego autẽ
3 vltra omnes hic multa dicã. Sciendum est ergo ꝙ munus dicitur tribus modis. vt l. munus trib' ff.de verbo signif.sed propriè munus ꝙ necessariò subimus. lege, more, vel mero imperio eius qui subeundi habet potestatem. vt l. munus propriè. ff. de verbor. signific. & istud munus diuidi-

diuiditur per iuriſconſultos in l.fi.in princ.ff. de
mu. & ho. Quia munerum quædam ſunt perſo-
na lia,q̃dam ſunt pr̃io.quædam mixta. Aſſumo
primũ,munerum pſonaliũ, q̃dã hñt honorẽ an-
nexũ,& appellant honores vt hic in tex.q̃dã hñt
vilitatẽ annexã & appellant ſordida vt l. ſordi-
dorũ.ſ.d excu.mu.& l.maximarũ,q̃dam nonhñt
nec honorẽ nec vilitatẽ.& iſta appellantur mu-
nera ſimplicia vt hic in text.& ſ de multis rubr.
Circa primu m.ſ.d munere hñte dignitatem an-
nexã dic q eſt honor,hoc eſt adminiſtratio reip.
cum dignitate gradus, vt l. honor. ff. de mun.&
4 ho.Sed quæro qui prohibentur habere honores.
Reſpõdeo,q pp delictum, & infames de iure vel
de facto,vt ſupra de inſt.l.1.& ſupra de decurio.
l.nec infames.& ſ.de re.poſt.l.1.& infra de dig.l.
1.Itẽ non põt cõcedi maioribus iſte honor cum
adminiſtratione: ſed bñ ſine adminiſtratione:
vel poteſt poni exẽplum in conſiliarijs regiis ho
noris,vel in capellanis honoris Papæ vel in mi-
litibus,q qñq; fiunt exiſtentes in pueritia vel in-
a fantia [a]. Item in doctorib. qui qñq; fiunt iuue-
nes.Item poteſt poni exemplum in cantorib. &
aliis iuuenibus d cubiculo, ſeu domo principis;
qui habent aliquas dignitates ſeu hono. ſine ad-
miniſtratione. vt poſſunt poni multa exempla,
ex multis ti.ſ.li.12.& l.fi.C.de inoffi.teſt. & l.1.in
prin.de natura. li.& in multis aliis ll.bene poteſt
concedi,vt ſ.de mu.& ho.non conti.inter patrẽ,
& filium.l.1.§.pro infante.& ff. eo. l. ad tempu.
& de vaca.mu.l ſextumdecimum.& l.ſpurii.§.1.
ff.de iudi.Et niſi in defectum aliorum,vel niſi in
contrarium ſit conſuetudo,vt l. non tantum. in
5 prin.§ 1.ff.de decurio. Sed an poſſit cõcedi mu-
b lieribus, [b] tex.hic vr q ſic qñ.d.honores.in con-
trarium facit.l.fœminæ.& l.3.§.corporalia. ff. e.
ſed honores ſine adminiſtra.ſine dubio compe
tunt.Item põt poni exemplũ in Montepeſ. & in
multis aliis locis,vbi in aduentu principis anga-
riantur honeſtiores,& nobiliores mulieres.ideſt
eis iniungitur per conſules & alios gubernato-
res ciuitatis, vt vadant obuiam & ad impenden
dum reuerentiam principi.quod munus eſt per-
ſonale cũ aliquo onere. Item in aliquibus anga
riantur mulieres vt prouideant pauperibus, in
firmis hoſpitalium,quod contingit in Mõtepeſ.
de honorabilibus dñabus eiuſdem loci. & ſic de
ſimilibus.quod munus hẽt aliquem honorẽ an-
nexũ: & perſonale & de talibus põt loqui hæc l:
& ſibi ſimiles.quia talia reputãtur ad honorẽ vt
infra in ſe.ver.mulleribus.vt l. t. & l. mulieres. ſ.
de dign.& C.de nup.l. imperialis. & ff. de Sena.l.
fœminæ. honores vero cum adminiſtratione
non reperio in iure concedi mulieribus. immo
prohibitum,vt l.2.de reg.iu. & vide quod ibi no.
niſi hodie de iure canonico in abbatiſſis monia
lium.Item in dñabus quæ ſunt miniſtræ ſororũ
tertii ordinis ſancti Franciſci. Item mulieribus
præexcellẽtibus vt in reginis & comitiſſis q̃ qñ-
que ſuccedunt in comitatu ex cõſuetudine vel
priuilegio ſibi dato. & ſic non ob. ſ. de arbi. l. fi.
de quo extra de arbi.c.dilecti.& hic in tertia glo.
& per Cy.d.l.fi.& per Spec.in ti.de arbi.§ 1, verſ.
1.& 2.& ita de facto vidimus in regina Ioanna
6 Regina Hieruſalem & Siciliæ. Sed quæro, q̃ di-
cantur iſta munera quæ habent dignitatem anne
xam.ſ.in l.neminem.Cy.de ſacroſan.eccl.ponit
exemplum qñ aliquis conſtituitur iudex,quibus
iudicibus debemus honorem, vt l. 2. ff.de in ius
voc.& ff.de iudi.l.pars literarum, & melius.ſ.qũ
prono.nõ eſt nece.l.oẽm honorẽ.Sed certe ego
video q multa ſunt officia vbi eſt nulla iudican-
di poteſtas,tñ habẽt dignitatẽ annexam, vt ſunt
illi qui præſtant cubiculo principis vt agentes in
rebus & ſimiles,de quibus habes.infra li.12. prin
cipis. dico ergo q illud officium hẽt honorem
& dignitatem annexam, q ſic reputatur in ciui-
tate:bene põt eſſe q idem officiũ alibi reputet
honor vt eſt in ædilib.curulib.ſeu correis:quorũ
officiũ reputat ad honorẽ i locis aliqb. & in aliis
non.& ſic in plurib.officijs ſimilib.alibi non in l.
munerum.circa prin.ff.de mu.& ho. nec requi-
ritur q habeat poteſtatem iudicandi ſi ſolum ſuf
ficit q ſic reputetur in ciuitate. & videm' in iſta
terra.ſ.in capitaneo perguelſe.quia licet nullam
habeat iuriſdictionẽ tamẽ honoris reputatur.Sic
7 eſt in magnis ciuitatibus in quibus capitanei cõ-
muniter inſtituunt milites aut nobiles q reputa
tur honor:qd ſecus eſt in capitaneo ſuburbiorũ,
in quibus morantur ruſtici, vbi inſtituuntur re-
gulariter aliquis ruſticus ſeu ignobiliſs. vbi tamẽ
non apparet qualiter in ciuitate reputetur, dico
quod illud officium habet honorem & dignita-
tem annexam, & q habet poteſtatem ſtatuendi
per ſe,vel cum ſociis,vt diximus in decurionib.
qui ſunt in dignitate, vt ſupra de decurio. l. 1. &
3. & l.4.& l.cui muneris.ff.de mu.& ho.Item ad
uertendum eſt,q iſti honores non habent tantũ
iuriſdictionem ordinariam: nec ob. l.ſi eadẽ. ff.
de officio aſſeſſorum,& ſ de crimine ſacri,l. fin.
nec poſſunt Indici niſi ciuibus & incolis. vt ſ. q
pro ſua iuriſdictione.l.1.& hic. Item vacario ſim
pliciter conceſſa non porrigitur ad munera iſta
quæ habent dignitatem annexam, vt dicta l. cui
muneris & quod no.in l.vacuatis.ſupra de decu
8 rio. Sed quæritur an talis dignitas remanet fini-
to officio? breuiter ſi officium eſt temporale nõ
remanet dignitas finito officio, vt l.1.ſ. de excu.
mu.niſi alia l.ſit expreſſum.& facit qd no.p Ioã.
in c.de multa.in fi.de præben. & ſcripſi in d. l. 1,
9 Venio ad ſcdm & dico q aliud eſt munus qd hẽt
in ſe vilitatẽ annexã qd appellat munus ſordi-
dũ:& illud eſt illud qd cõſiſtit i officiis vilibus. dic
ergo quorũ multa nominent in l. maximarũ. ſ.
de excu.mu. Tu dic clarius q ſicut illud ẽ honor
quod honor reputatur vt ſ.dixi.ita illud eſt vile
quod reputatur vile.& hoc facit infra de ſuſcep.
& Arch.l.humiliorib.& iõ põt eſſe q idẽ officiũ
alibi eſt vile:alibi nõ.vt d.l.munerũ in prin.& põt
eſſe

ADDITIONES.

a In pueritia vel infantia Ex hoc inferebam in l.1.nu.1. ſupra
de decu.iſto li.in apoſtil.ad iſtum poſt cum q militia nõ eſt
dignitas cum infantes ſint capaces dignitatum vt ibi plene,
& per Ludo.Rom.ſing.iuo 515.incip.an ſit nulla dignitas,
& Bar.in l.ex eo tempore.ff de teſta.inſti.p l.fi.infra de æquo
ſter dig.iſto lib.doctoratus,autẽ (quia ille dicit q aliquando
illum iuuenes aſſequunt) minor annis.17. non poteſt gradũ
aut inſignia percipere vt Bar.in l.1.§.pupillum. ff. de poſtulan
& dixi in apoſtil.ad iſtum in alle.l.1.in princ.

b Mulieribus. Adde Cy.in l.cũ te.ſupra de nup.Ang.in authẽ.
de conſulib.§ ſi autem vxorem colla.3.Panor.in c.ſignifica-
uit.extra de reſcrip.& melius in c.ſignificauit nu.a.& ibi po-
ſui aliquid in apoſtil. ad ipſum in verſ.in muliere de arbitr.
& Bar.in l.1.infra de dig.li.12.in 2.col.

esse q̄ idem officium respectu causæ dicitur vile
& non vile. nam ego vidi multos valentes viros
quærentes elemosynas pro pauperibus: & nō est
vile respectu causæ: facit supra de sacros. eccle. l.
ad instructionem. & l. priuilegia. ibi humanitaris
20 nostræ est &c. Item quæro quibus possunt indi-
ci ista munera sordida: Respon. aliquando indi-
cuntur hominib. positis in dignitate, l. humilio
ribus, infra de suscep. et archa. sed contra hoc fa
cit l. maximarum supra de excu. mu. prout ibi ex
cusat quādā dignitates præexcellentes. So. illud
verū in muneribus, quæ sordidum patrimoniū
respiciunt, vt ibi patet. & infra dicam dum tra-
ctabo de patrimonialibus & mixtis. hic loquitur
de muneribus, sordidis mere personalibus, alijs
21 verò etiam infamibus. l. 1. C. de his qui nō im
ple. sti. l. 1. Itē quæro an possint indici minorib⁹,
puto, q̄ sic si possunt illa officia expedire. arg. su-
pra qui æta l. 1. sic enim conceditur in hoc priui
a legium scolaribus, [a] ergo in contrarium est ius
commune. Nec ob. l. ad rempu. ff. eo. quia ibi lo
quitur in munere, quod habet administrationē,
si concederetur minoribus esset periculum pro
pter imbecillitatē consilij. & ideo tunc dicendū
est vt dixi in præcedentibus, & pōt poni exēplū
in pluribus munerib. personalibus sordidis, quæ
bene possunt iniūgi minoribus d̄ quibus in l. ma
22 ximarum. §. sordidorum. sup. d̄ excu. mu. An aūt
possit mulieribus, dic q̄ sic ad munus quod non
habet honorem neque dignitates annexas. exē-
plum quando non reputatur honor nec vilitas,
vt legatio & esse susceptor pecuniæ publicæ &
similia. & ab istis non excusatur aliquis propter
dignitatem vt arg. ff. de excu. tuto. l. propter ma-
gistratum. Item nec propter infamiam vt l. 1. de
infami. cum si. item nec propter minorem æta-
tem vbi in administratione versaretur periculū
vt supra proxi. dixi. & de quo posset poni exem-
plum. ff de mun. & hon. l. fi. §. iudicandi. in fin. ibi
& scribere magistratus &c. an autem possit ꝯce-
b di mulieribus [b]. & videtur hic text. quòd sic hic
dum dicit munera. In contrariū videtur l. 3. §. lex
Cornelia ff. e. & breuiter dicit enim de mulieri
bus quorum sensus capax est: puto autem mulie
res capaces omnes officij per quod earum pudi
citia non lædatur. verbi gratia sicut potest poni
ī ciuitate vnus medicus q̄ iudicet de vulneribus
vt dicam infra de pondere. & auri illa. l. fi. ita pos
sit poni vna mulier & plures quæ haberēt iudica
re vtrum mulierēs essent prægnātes vel nō, vel
virgines vel non. vt. ff d̄, ven. inspi. l. 1. Item sicut
potest. poni aliquis qui denunciet vuluā ita pos-
set poni vna mulier quæ denunciet inallia idest
vulnera in muliere quæ aliquādo sciūt plus quā
masculi. & sic de similibus. per quæ earum pudi-
citia non lædatur. Item possunt elici multa exē-
pla de muneribus talibus personalibus quæ pos-
sunt honeste indici mulierib. vt esse pistrices: &
similia. de quibus in l. maximarum. §. sordidorū.
§. se. supra de excu. mu. Itē si ordinētur mulieres
calefactioni balnei publici deputati ad balneā
dum alias mulieres. vt ff. de mu. & ho. l. fi. §. 1. ver
sic inter personalia. vel ad quærendum pro pau
peribus puellis maritandis vel alia opera pia
quæ earum sexui congruant, vt hic text. ab istis
autem muneribus multi habent excusationem
& vacationem, & excusantur a l. multi vero ex

13 priuilegio quæ videre per vos. Item quæro vtrū
quis possit cogi ad duplex. dic vt supra quēad-
mo. ci. mu. ind l. 1. & alias plenius dicam. Itē quæ
ro vtrum ille cui indicitur tale officium possit se
pecunia redimere dic vt l. illud. supra de excu.
mu. Venio ad secundum principale membrum
scilicet de munere patrimoniali, & hic aduerte,
quòd proprie dicitur munus patrimoniale vbi
vertitur sumptus vt l. munerum §. patrimonio-
rū sup. eo. melius in eo. tit. l. 1 § patrimoniale. &
illud diuiditur tripliciter, quia q̄nque sumptus
imponitur personæ tantum nulla habita contē-
platione patrimonij vt quando imponitur præ-
statio per capita: quandoque imponitur ꝑsonæ
habita contemplatione patrimoniorum, vt quā
do imponitur pro solido & libra. Quandoque
imponitur rebus nulla contemplatione perso-
næ, & circa principium quando imponitur per
capita de hoc habetis. ff. de cēsi. l. ætatem & sup.
de anno. & cap. l. 1. & supra de anno. & super rub.
& ab isto nec excusatur aliquis, nec per sexū nec
ætatem nisi aliter se habeat consuetudo prouin
ciæ. vt d. l. ætate ff. de censi. & istā præstationem
14 dēnt facere solū rustici nō ciues d̄ iure cōi. Vñ
de ꝯsuetudine quādoque imponitur etiam ciui-
bus tale munus videlicet per capita non habito
respectu ad patrimonium, vt quādo imponitur
vnus aureus pro quolibet capite vnius hospicij,
quod vulgariter vocatur capagium: & hoc fit
propter aliquos lucrantes multas pecunias non
ostendētes se aliquod possidere patrimoniū, qd̄
potest dici extraordinarium munus, si ex cā ex-
traord. indicatur iux. inferius scribenda. Item p̄t
poni exemplū in Montepessula. vbi ī die ascen-
sionis est iniunctum priori Sancti Firmini vt ibi
faciat portare mille panes, & regi totidem & cō
sulibus totidē & alijs ministralib. & officijs eius-
dem villæ certum numerum: & ita personis nō
habito respectu ad patrimonium, quod potest
dici ordinarium vt infra. Item potest poni exem
plum in multis alijs fluminis rhodani & in pluri
bus alijs passagijs, in quibus quicunque transiens
per illum locum soluit certum quid argenti vt
in pedagio de stella sito in dicto flumine itē pōt
poni exemplū in iudeis qui migrantes vel tran-
seuntes, per regnum Franciæ soluunt regi certā
reddibentiam & illud munus est reale & ordina
rium impositum personis non habito respectu
ad patrimonium cum tñ soluat pauper sicut di-
ues. & hoc est vel ex priuilegio vel antiqua con-
suetudine, quæ eundē habēt effectum ut ī. no. ue
cti. uult. nō pos. l. pe. & fi. ff. de aq. quo. l. hoc iure.
§. duct⁹ ut j. de capi. ci. cēsib. exi. li. 11. & ista p̄sta
tio dēt imponi ꝑ salarijs rectorū ciuitatis ꝑ par
te ut d. l. 1. §. de mu. & cap. & istud onus dēt qs su
bire in loco in quo est ciuis & incola ꝑut statim
15 dicā j in scdo mēbro. Venio ad t̄m & dico q̄ q̄n
que imponit ꝑsonis ꝑ reb. habita cōtemplatio-
ne, & ista in uulgari appellat collecta, quæ impo
nitur ꝑ solido & libra: q̄ñ licet princeps impo-
nat

ADDITIONES.

a Scolaribus. Vide quod notaui in apostil. ad istum in l. ipsi
nu. 1. supra de inco. & vbi quis domi habere videa.
b Cōcedi mulierib. Adde de hoc per Spec. in titu. de syndico
ver quid d̄ mulierib. & in ti. d̄ citra §. ver. 2. sed nun qd̄ mulie
rib. & recurre ad notata p me. sup. eo. e. n. 5. in ver. mulieribus.

nat certum quid pro foto, tñ ex post fit distributio pro solido & libra.i. fm valorem bonorum, cuiuslibet vt l.oẽs ĩ.alle.l.1.ã.de qui.mu. vel pſta. ne.li.ſe excu.& istud munus pōt dici extraordinariũ, licet qñq; ꝯuertatur in ordinarium, vt in impositione. 12. denariorum pro libra, vt ſ. de indi.l.1.vt dicit gl.in l.rescripto.§. fi. in fi. de mu. & ho. hic q̃ro primo quis possit imponere col-
a lectam [a] respō.& dic aut imponitur propter necessitates ciuitatis,& pñt ipsi ciues imponere, vt no.in l.1.§.pe.& ff. q̄ cuiusque vni. & probat. ſ. de opi.pu.l.oẽs.& ſ.de immu.ne.cōce.l.fi.aut imponitur ob publicam vtilitatem, & non potest imponi sine expressa licentia principis, vt supra de excu.mu.l.placet.& supra de superindi.l.1.vnde si quædam ciuitas vellet imponere collectã, vt donaret principi non posset de iure: prædicta vera in ciuitate quæ recognoscit superiorẽ, sed si essent ciuitates liberè & recognoscerent supe-
16 riorem possent vt sibi placeret. Sed quæro quibus possit hæc collecta imponi. respō. ciuibus & incolis tñ, vt a.l rescripto in fi.ff.de mu.& ho.& iō si forenses possidẽt in territorio vnius ciuita-
b tis non posset sibi imponi [b] collecta, quia cũ imponatur personæ licet ꝓ rebus, & persona nō est subdita non potest sibi collecta imponi. vt d.l.rescripto in fi.& l.libertus.§. sola. ff.ad municipa. & ſ.de incolis.l.cum neque. fallit in vsurario. Itẽ fallit in ciuitate, quæ de hoc hẽt priuilegium, vt d.l.munerum.§.patrimoniorum.ff.de mu.& hono. Item fallit in ciuibus, quæ hoc hẽnt ex con-
c suetudine cuius ꝯrij non extat memoria, [c] q̃ hẽt vim priuilegij, vt l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de aqua quo.& æsti. Itẽ fallit in ciuib. qui fecerunt sua prædia tributaria ꝑꝑ collectas; sed tñ dẽt imponi rebus nō personis & iō cadit in se.mẽbro, de quo Bar.ff.de mu.& ho.l.rescripto.§ fi. Item
17 quæ qualiter imponatur.& glo.l.1.supra de apo. publicis, dicit quod imponitur magnis & paruis
d pro solido & libra. [d] nam qui plus habet plus soluat, vt supra, đ quib.mu.vel præsta.ne.li. se.excu. l.1.& quod ibi dicitur fallit si imponatur pro salario rectorum vt supra proximo membro dixi: fallit etiam in casu, quem statim dicam. Quæro
18 ergo vtrum istud munus diuidatur in sordidum & non sordidum glo.dicit q̄ sic, vt puta si imponeretur collecta pro redimendo aliquo munere sordido diceretur munus sordidum, alias secus: certe licet de iure communi munus non possit redimi pecunia, vt l.illud.supra de excu.mu.tñ si hoc contingeret fieri auctoritate superioris, fateor dictum contrarium, & tunc ad istam collectam sordidam non tenerentur hi qui non tenebantur ad munera, de quibus in l.humilioribus. infra de suscep.& supra de excu.mu.l.sordidorũ, & l. maximarum. alias alter pro altero grauaretur.ꝯ l.1.vt nullus ex vica. pro alie. vica. debitis tene.li.11.& sic tunc non imponentur collectæ,
19 pro solidis & libris. Item quæro pro imponenda ista collecta, quæ res æstimabuntur. Rñ. omnia mobilia & immobilia, vt sup. de immu. ne. conce. l.fin. Sed quæro qualiter fiat ista æstimatio, dic vt in l.susceptores. infra de suscep. & ar. Sed quæro a quo tempore incipiet habere effectum talis æstimatio, dic vt l.1.in princip. supra
20 de apoc. publicis. Item quæro vtrum collecta possit imponi clericis, & ecclesiæ. Respondeo ex prædictis apparet q̄ non, cum enim non debet imponi personæ non subditæ, & ecclesiæ & clerici non sunt nobis subditi ergo, &c. hodie declaratum est supra de episco.& cler. authen. item nulla communitas. de hoc scripsi, supra de
e exact.trib.l.fi. [e] Item quæro aliquis est hic ciuis,
21 & alibi habet possessiones vtrum pro possessio-
f nibus alibi positis, [f] cogatur hic soluere collectas gloss. hic dicit, quòd non, quia alibi solueretur tributum, & hic collecta quod esse non debet, & secundum hoc sequeretur, quòd si esset res, pro qua non solueretur collecta vel tributum alibi. quòd hic cogi posset. & ita intelligũt quidam istam gloss. si simpliciter loqueretur damnant eam. Sed ego puto, quòd gloss. verum dicit: nam pro possessionibus tributariis non debet solui collecta alicubi vt l.priuatæ. supra de excusa.mu. & sic vineæ, pro quibus soluitur tributum regi, scilicet quarta pars non deberent poni in extimo nec collecta, nec salinæ & similia, vt d. l priuatæ. & l.placet. & l.euidenter in eodem titu. & argu.ff.ad munici.l. Lucius. §. idem respondit constante. aut saltim illud in extimo est deducendum. argu.ff.de noxa.l. si ex duobus. §. si plures. & de dam infec.l.si proprietarius. sed si alibi non solueretur tributum, tunc dicit glo. aut imponitur collecta ab eo, qui habet iurisdictionem vniformem in omni loco, vt a principe, & tunc deberet quidẽ soluere. scilicet in loco domicilij pro rebus, quas habet vbique, & sic intelligatur d. l.rescripto in fi.& quod ibi not.per Docto. aut imponitur a ciuitate, & tunc non potest extendi collecta pro rebus quæ sunt extra territorium argu.ff.de iurisd.omn. iudic. l.fin.& de bon.auctoritate iudic.possi. l. cũ vnus. §.pen. quod est notandum, tamen in ciuitatibus Italiæ cum qualibet ciuitas habeat consuetudines imponendi collectas in forensibus pos-

ADDITIONES.

a Imponere collectã. adde Bar.10 si sup.đ si.pindi. & ibi p illũ istō li.Bar.in l.1.vbi ēt istũ nu 4. & ibi tetigi aliquid in apost. ad eũ.sup de exac.tribu.plenius notaui in apostil. ad Guil. de Cung.in l.nemine n.9.in apost.in ver.collectã.sup.de sacros. eccle & Alex.cons.104.vol.4.

b No posset sibi iponi ita oo. Alex.post Bar.in alle.l.rescripto. ff đ mu.& ho.& io l cũ neq; sup de inco.& Bal 10c.1.& col. fi ver.aduerte q̃ sont regalia in vſi.seu qđ intellige eē verũ ꝑ psona nō ꝑ reb scđm Bar i l.forma.§ 1 ff.de cẽsi & in l.munerũ §.pimonioꝝ.ff.đ mu.& ho & i l.cũ neq; sup.đ ico.alto li.

c Cuius cōtrarij nō extat mem. ita no.hic Bar.col.mihi 6. ver. itẽ fallit i ciuit.q̃ hoc hñt.& i alle.l.cũ neq;.in ꝑx.apo. Sed tu aduerte inquãtũ cōcludit requiri cōsuetudinẽ hoc casu tanti tpis cuius initij memoria ñ sit, & vt tenet ēt iste hic illud nō vr verũ imo vr sufficere cōsuetud.10.an.& ꝑ hoc pōdero d Bar.i l.1.ĩfra de au.coro isto li.vbi dicit q̄ licet forẽsis nō possit de iure cogi ad munera psonalia puta ad custodiã portarũ vt l.rescr. p illũ all.§.fi.ff đ mu.& ho tñ si ciues hẽant hoc đ antiqua cōsuetudine poterũt cogere forẽses sed antiq̃ cōsuetudo dr 10 an.vt no.Pan.e si co.10.extra đ cōsue ergo nō requirit, &c. Et ita cōtra Bar.cōsuluit Alex cōs.110.scđm maiorẽ numerũ ic. viso & dudũ discusso ꝓcessu col 4 ver.nec obstat q̄ videat necessariũ eo.a.& ita refert & sequit d.meus d.lal. May.in l. de quibus col.15 ff.de legi.

d Pro solido & libra. Adde quod notaui in apost.ad istum in l.indictiones nu.1.supr de anno.& tribu.

e De exac.trib.l.fi.add eũdẽ i l si diuina dom° n.3 & qđ ibi notaui io apost.vbi multa singul.đ hac materia sup.đ exac.trib. & i l.1 n.3.sup.đ impo.lu.dicr & Gui.đ Cug.i l.placet n.2. & q̃ ibi notaui i apo.ad ipm in ver.eccl.sup.đ sacros ecc.& qua liter puniãi iponẽs eis collectã vid Pan.i c.massana i fi. & qđ ibi notaui in apost.ad ipm i ver.sunt excōicati, extr.de elect.

f Alibi positus.adđ Flo.i l.si pẽdẽ.§.si qd cloacariũ.ff.de vsufr.

possidētibus in territorio nō est dubiū, ꝙ pro re-
bus alibi positis in ciuitate originis vel domicilij
nō debeāt soluere collectas. cū iam soluūt in ci-
uitatibus vbi sitę sunt: alias forte posset cōpelli ēt
ꝓ his quæ hēt extra territoriū arg. l. fi. ff. de decre.
22 ab or. fa. Itē quæro qs excusetur ab isto munere,
rñ. nullus regulariter, vt hic, & s̄. de mu. patri. l. 2.
& l. pr̄imoniorū. fallit in doctoribus actu legēti-
bus, vt l. medicos, & ibi no. s̄. de ꝓfes. & medicis.
Itē fallit in officialib. ſm distinctionē positā per
Bar. & ibi scripsi in l. 1. s̄. de immu. ne. cōce. Item
quærit gl. de fundo dotali quis soluet collectam
dicit glo. & bene ꝙ maritus per. l. hactenus. ff. de
vsuf. & ꝓbatur melius. ff. de impen. in re. do. fa-
ctis. l. neq;. quia vir percipit fructus ergo, &c. vt
l. 1. s̄. de anno. & tri. de quo per Bar. d. l. neque. &
plenius ad municipa. l. Lucius. §. idem respōdit
constante, & Spe. ti. de concessi. §. nūc dicēdum
23 in fi. Venio ad tertium. s. ad munera merè patri-
monialia quæ ipsis rebus indicuntur, & ista sunt
triplicia, quandoq; indicūtur ipsi rei de eo ꝙ fa-
ciendū est in ipsa re seu de ipsa re, vt ꝙ nauis vel
seruus vel æquus vadat in seruitiū reipu. hoc eīn
fit de ipsa re. Item ꝙ milites hospitentur in do-
mo, hoc enim fit in re ipsa. Quandoq; ista mu-
nera sunt de eo quod percipitur ex re, vt qđ de-
tur certa pars fructuū sicut est in regno Franciæ
vbi est impositum quartum vini, & extraordina-
riè, & similibus quæ sunt quasi reducta ad ordi-
narium, vt not. l. 1. s̄. de indi. vt l. modios. s̄. de su-
sce. & ar. quandoque imponitur ipsi rei de eo qđ
nō fit de re ipsa neq; in re neq; ex re, sed est om-
nimodo extra rem, vt qñ res dēt præstare certā
pensionē pecuniæ annuā, qīn pecunia ex re ipsa
non percipitur. de primo & secundo patet exē-
plum. ff. de mu. & ho. l. munerū. § patrimoniorū
& §. seq. & de priuil. vetera. l. pe. De tertio est
24 exemplū in l. hactenus. §. 1. ff. de vsuf. & s̄. de im-
ponen. lu. descrip. l. 1. & in omnibus legibus tra-
ctantibus de tributo seu vectigali, qđ soluitur in
pecunia, vt recte pōt poni exemplum in gabellis
& in clauaria aquarum mortuarum, & in multis
aliis, & pedagiis, vt j. in se. versu. & differt istud
tertiū à munere, qđ imponitur personæ ꝓ rebus,
nam ibi est obligata persona, & per ꝯsequēs oēs
res patrimonij, vt l. aufertur. § fiscus. ff. de iure fis.
& no. s̄. pœ. fisca. credi. præferri. l. 1. & de iure fis. l.
1. hic vero quælibet res tenetur pro munere, qđ
eam respicit, & non vltra, vt ff. de publ. l. Impe-
25 ratores. Item quæro qui excusentur ab istis rñ.
nemo cuiuscūq; priuilegij vel dignitatis existat
etiā si sit ecclesia, vt s̄. de exac. tri l. fi. & ibi scripsi.
& j. dicetur in se. ver. & de sacrosan. eccl. l. placet,
& l. iubemus nullā nauem. & j. de naui. non excu.
l. 2. & de epi. & cle. l. de his. nisi quatenus. l. vel pri
uilegio sit expressum specialiter, vt s̄. de episc. &
26 cle. l. 1. Venio ad tertium principale. s. ad mune-
ra mixta, & cum supra vidimus de simplicibus
facile videbimus compositū: sunt enim ista mu-
nera quæ habent onus personæ cum sumptu, vt
d. l. munerū. §. mixta. ff. eo. potest poni exēplum
in illo qui vadit ad legationem vel facit ꝓ repu.
aliquod opus sumptu ꝓprio, vel colligit debi-
ta vniuersitatis periculo suo. Sed hic est aduertē-
dū, dixi enim s̄. ꝙ a personalibus quidā excusan-
tur, ab istis pr̄imonialibus nullus, qd ego fiet pp
hoc ꝙ sapiat naturā muneris personalis, vt excu-
setur a toto, an vero pp id ꝙ sapiat naturā patri-
monialis vel realis excusentur à nihilo. & breui-
ter licet ꝯtingat, ꝙ quis nō poterat grauari à per-
sonali pp delictum, siue pp aliā immunitatē tem
per fiet separatio, quia quatenus hic respicit per-
sonā nō grauabit, quatenus aūt respicit sumptū
seu patrimoniū grauabitur, vt l. relegatorum. §.
fi. & l. se. ff. de interdic. & rele. & hic est casus in l.
maximarum. s̄. de excu. mu. nam ibi ponuntur
quædā munera sordida, quæ respiciunt sumptū,
& laborē personæ, & sic sunt mixta à quibus ex-
cusantur solū patrimonia quorūdam, qui sunt
in maximis dignitatibus, & aliorum patrimonia
non excusantur, licet sint in minoribus dignita-
tibus: sed constat ꝙ omnis persona quæ est in di-
gnitate, prout personā respicit excusatur à mu-
neribus sordidis, vt l. humilioirb. j. de suscep. &
arc. ergo apparet, ꝙ alij existētes in dignitate mi
nori non grauātur ipsi sed eorū pr̄imonia. Item
27 quæro cū in iure fiat mētio de ordinariis, & ex-
traordinariis. quæ sunt ista & dicit. G. in d. l. nemi
a nē [a], quia ordinaria sunt quæ habēt certā & ordi-
natā præstationē. Extraordinaria sunt quæ qñq;
per accidens indicūtur, vt l. Seio. §. medico. ff. de
annu. le. & l. & si per prætorē. § si feriæ. ff. ex qui.
cau. maio. & idē tenet Cy. C. de excu. tu. l. volun-
tariæ. § 1. ver. sexta differētia. sed l. s̄. de vaca. mu.
publici. l. 1. videtur dicere ꝙ illa sunt extraordi-
naria munera, quæ non imponuntur a lege vel
senatusconsul. vel constitutionibus principum:
sed certè illa satis concordat cum d. glo. quia qñ
imponitur lege vel cōstitutiōne perpetua, tunc
de necessitate habet certam, & ordinatā præsta-
tionem: sed eā quæ imponūtur qñ que per acci-
dens nō pñt habere perpetuā nec ordinatā præ-
stationem, & hoc mō forte debet intelligi. l. 1. s̄.
de indi. quia indictiones ꝑ singula lustra ante illā
l. nō imponebātur perpetuo: sed forte ad bñ pla-
citū Principis: si enim hic fuisset sine dubio fuis-
sent ordinariæ præstationes: sed quia nō erant iō
fuit necesse redigi in aliā constitutionē. Itē quæ-
28 ro passagiū seu gabella, quod soluitur a trāseun-
tibus vtrum sit onus reale vel personale, & rñ. ꝙ
est reale, vt l. 2. ff. de priuil. vetera. & no in l. fi. de
can. lar. ti. Sed tūc quæro vltra tñ cum dixi cleri-
cos teneri ad onera realia, quæro an ab eis pos-
sint corrigi istæ gabellæ. de tabernis vero habe-
tur in c. clericis extra de immu. ec. lib. 6. respon.
ꝙ dixi ista munera patrimonialia exigūtur, quā-
do patrimonium iuit ad clericum cum illo one-
re, vt s̄. de exac. tri. l. fi. sed si ad eum iuisset res li-
bera non posset grauari, sed istæ gabellæ & pe-
dagia indicuntur rebus liberis clericorum, ideo
quia transeunt per tuum territoriū, hoc aūt non
pōt fieri, ergo &c. Sunt & aliæ diuisiones mune-
rum, & quædā publica quædā priuata, & istā nō
ꝓsequor: qa nō pertinēt ad nr̄m tractatum. Item
b quædā dicūtur angaria quædā pangaria [b], qđ nō
prose-

ADDITIONES.

a Guil. in d. l. neminē. Adde eūdē Guil de Cūg. in l placet nu. 7. & qđ ibi notaui in apostil. ad ipsum in ver. ab ordinario supra đ sac. san. eccl. & istū in rub. supra đ mun patri. nu. 2. & ibi notaui in apostil. ad eū isto li. & in rub. đ indict. mun. isto ēt li.

b Angaria perangaria. Vide tu de istis supra in rub. de anno & tribu. num. 7. isto li. glo. in c. 1. in tit. quæ sint rega. in versi. seu. & Guil. de Cung. in l. neminem nu. 12. in ver. quid dicitur angariam munus supra de sacrosanct. eccle.

29 prosequor: quia sub prædictis continẽtur, & ha-
bemus rubricã specialem j. de cursu publico, &
perangariis lib. 12. vltimo scias q oĩa dicũtur hic
munera ciuilia, vt l. munerũ. ff. d mu. & hoc. Bar.

De legationibus.

Rubrica.

In glo. Rubricæ circa fi in versic. item or-
dinatim, ibi cum dicit. ff. eo. l. 3. in
ptin. & §. ordine.

LEX PRIMA.

Pater trium. In text. ibi liberorũ, quid
si vnus fuerit emancipa-
tus, & in officio legationis susceptus an pro illo
excusetur, non videtur, quia excusationẽ habet
pater, quia in prouincia deserit filios, vt gl. h. d.
ideo tunc cessat ratio quare, &c. ff. de iure patro.
l. adigere. §. quamuis. Item quia nomine patris
nõ gerit ergo, &c. ff. de leg. l. filius. Tu dic ↄtra. ff.
qd cuiusq; vni. l. illud de excu. l. amicissimos §. t;
de mu. & ho. l. in hono. §. quãuis. de excu. tut. l. in
bello. Nec ob. prima ratio quia iste videtur in
prouincia quo ad cõmodum. ff. ex qui. cau. ma.
l. si quis stipulatus, & l. si quis Titio. nec ob. l. si fi-
lius: quia non excusatur pater ratione filij exi-
stente in officio, sed tanquam filio de Deu.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Sindici duo acceperunt pecuniam a communi pro causa defendenda, si alter decedat, cuius intersit pecuniam non expensam a defuncto repetere.*
2 *Ius accrescendi non habet locum in ambasciatoribus.*
Salarium an transmittatur ad hæredes aduocati.
3 *Priuilegia an transmittantur ad hæredes per eum, qui decessit non transacto toto tempore sui officij. & num. 4.*

1 Cum vos. Pone casum in terminis, si-
cut Titius, & ego sumus crea
ti sindici ad defendendum quandam causam in
curia Principis, & accepimus pecuniã à cõi pro
sumptib. litis, ego solus causam defendi, sed Ti-
tius non venit, sed mortuus est; ego volo repe-
tere ab hæredibus illius Titij illam pecuniam
quã ipse habuit a repu. quæritur an possum. Rñde
tur q si ille accepit pecuniam ob proprios sum-
ptus, & non possum repetere ego, sed respub.
aut ille accepit pecuniam propter sumptus hoc
est, vt solueret aduocatis tunc eum ego qui iui
ad defendendũ cãm, sim ad hoc obligatus pote-
2 ro illam pecuniam repetere. Item potero colle-
gam meum qui derelinquit onus sibi impositũ
accusare corã præside: qd intelligitur si ille col-
lega meus viueret. h. d. Et not. hic q licet vnus ex
officialib. vel ambasciatoribus decedat, vel alias
officiũ non impleat, qd salarium decedentis vel
alias non implentis non accrescit ei, qui solus
impleuit, qd est notandum Bar. In tex. ibi vos lo-
quitur duobus ex tribus sindicis Dulius, & ibi
sumptus i. pecuniã de qua debuit fieri sumptus,
& ibi desertæ alias decretæ. in fi. tex. ibi potestis
scilicet crimen præuaricationis, vt insanietur, &
extra ordinẽ puniatur, vt s. de aduo. diuerso. in l.
1. Dy. in glo. iii per verbo; oporteat, quæro circa
istam gl. nunquid hæredes aduocati debeant hre
a salarium, ex integro, si aduocatus moriatur in
initio causæ, & vr q sic per. l. ff. de va. & extraor.
cog. l. 1. §. diuus, & ibi plene per Bar. & s de aduo.
di. iudi. l. post duos. ff. eo. l. legatus añ §. 1. & p hoc
ff. loc. l. qui operas, & ita tenuit gl. vt d. §. diuus &
s. de condi. ob cãm l. fi. Sed ego credo ↄ verum
& æquum: quia casus fortuitus debet nocere illi
in cuius personã contingit non alij ff. de fideiuss.
l. exceptionẽ. Item vbi quis locauit rem & ope-
ram, si propter casum fortuitũ nõ potuit exple-
re opus, non recuperat mercedẽ. ff. loca. l. si vno
anno. §. itẽ cũ quidã, ergo si fuerint locatæ ope-
ræ personæ, & locator impediatur propter ca-
sum non dẽt hre mercedẽ. Item aduocatus cer-
tat de lucro, & clientulus de damno. Item vterq;
impeditur casu fortuito, quia ẽt clientulus impe-
diur pp casum aduocati, ergo potior debet esse
conditio illius qui certat de dãno. Item rei quã
actoris. s. de iure delibe. l. fi. §. licẽtia. & ff. de verb.
obl. l. si seruum. § sequitur. Item vbi quis tenetur
præstare operas, & ex illis dẽt hre lucrũ. ff. de an-
nu. le. l. Scio amico. Secus in casu vbi quis tene-
batur præstare operas alicui ex causa lucratiua,
quare dies quo impeditur casu fortuito. ff. d opi.
li. interdũ, & de sta. li. l. cum hæres. §. stichus. nec
ob. l. in ↄrium all. primo, §. diuus, quia intelligo,
q vbi nõ stabat per aduocatũ, sed per cliẽtulum
qui volebat cãm ducere, & vr stare per aduoca-
tum ẽt qñ stat per cliẽtulum arg. l. Scio all. Item
non ob. l. post duos, & l. si legatus: quia ibi loqui-
tur in salario, qd recipiebatur à publ. in quo est
rõ, quia maior gratia est illi facienda de publico,
quam de priuato. ff. de ven. inspi. l. 1. §. generali-
ter, ita magis dẽt sibi subuenire respub. in vsi. feu.
de noua fide. forma. in fi. & pro hoc. j. de dome-
3 sticis & protec. l. fi. Item circa. d. l. quæro pone
q consules alicuius loci habent priuilegia, vnus
ex illis moritur cũ stetit per medium annũ, nun-
quid trãsmittentur priuilegia ad filios eorũ, sup-
posito q debeãt esse per annũ in administratio-
ne, & q transmittant ad filiũ priuilegium, vr q
sic. s. de aduo. diuerso iudi. l. post duos ff. eo. tit. l. si
legatus añ. Sed vr ↄ quia facilius transit ad hære-
des cõmodũ pecuniariũ, quã priuilegiũ persona
le. ff. de reg. iu. l. priuilegia, & de vaca. mu. l in ho-
norib. §. vacationũ, & p hoc. ff. de decurio. l. spu-
rij. §. minores. Sed ↄ credo q scilicet priuilegium
transeat ad liberos, & intelligo de priuilegio, qd
datur gratia honoris sibi delati, & est casus. ff. de
4 decurio. l. 2. §. pe. in vet. præterea. Est tñ sciẽdum
quod quædam sunt priuilegia quæ conceduntur
alicui ratione laborum, & tunc illa nõ sequũtur
nec ipsum nec eius hrdes nisi impleto toto labo
re. s. de his qui nõ imple. sti. l. 2. in fi. ff. de excu. tu.
l. sed

ADDITIO.

a Salarium. Adde Bal. in l. 1. col. 3 ver. sed ego dico. q in salario supra de suffra. & in l. post duos supra de aduo. diuer. iudi. vbi videtur inclinare in partem affir. Bar. idem in l. diẽ functo col. 3. versic. quid de aduocato, ff. de offi. assesso. & in l. §. diuus el 2. in 1. col. ver. & in 6. versi vlterius quæro. & col fin. versic. quæro aliquis conductus est ad legendum. ff de var & extraor. cogni. Paul. de Cast. in alleg. l. diem functo, & ibi omnino per Alex. col. 13. vers. iuxta prædicta.

l.sed & milites.§.quãdoq; & est ratio : quia nihil
videtur egisse cum aliquid superest. s̃. ad sille. l.
cum sil.& de his qui.vt indig.l.pe.sed fallit in sti-
pẽdiis quæ cõcernunt cõmodum pecuniariũ, vt
in ll. all.in ɔ̃rium , quædam sunt quæ ɔceduntur
gratia honorum,& tunc non inspicimus quãto
tpe fuit in honore,quia statim transeunt ad libe-
ros.s̃.de excu.mu.l.eos,& in ver.præterea. s̃.alle.

LEX III.

Transmarina. Casus.Legatio trans-
marina tribuit vaca-
tionem biennij,secus si prope:quia tunc talis le-
gatio non tribuit. h.d. Bar. In fi tex.ibi exhibuis-
se.& est ratio, quia qui magis laborat plus præ-
miari debet.l. fi. supra de officio magistri offi. &
l.2.in glo.fi.in fi.ibi,vt not.& supra in rubr.In gl.
2.ibi de hono.no.contra.l.2.& si illa determina-
tur per istam , vel dic ꝙ legatio à remotis tribuit
vacationem ab omnibus ciuilibus muneribus,
vt hic legatio verò de propinquo tribuit vaca-
tionem à munere legationis per biennium.Bar.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas an finiatur finito officio : opponitur, & solui-
tur, num. 2.*

Vniuersi. Casus. Qui dignitates suffra-
gio receperunt non habẽt va-
cationem à muneribus propter dignitatem : sed
si legatus fuerit, habet propter legationem. h.d.
Et est.l.singularis,& ideo notabilis Bar.in tex.ibi
suffragio.i.gratis impetratione tamen facta.Dy.
1 In glo.t.in fi. vel dic ɔ̃iungendo hanc lecturam
cum præcedentibus,ꝙ quandoq; quis ɔsequitur
officium absq; dignitate, & tunc durante officio
habet immunitatẽ,vt s̃.de excu.mu. l.t.& quod
ibi not. Aut cum dignitate,& tunc aut illa digni-
tas obuenit absq; procuratione , & absq; pacto,
& nõ prætextu salarij , & habebit immunitatem
durante dignitate , & postea , vt d.l.maximarum
in fi.& l.eam , aut obuenit cum aliquo ex prædi-
ctis, & habebit immunitatẽ durante officio non
postea,vt hic ſm istam lec. quod not. quia l. ista
est singularis. Bar.in gl. t ibi.l.auxilio eodẽ mo-
do exponitur.s̃.de tu. l. decurio.for. In ea.gl.cir-
ca fi.ibi præsidatus. Sed op.habens honorem eo
2 deposito,habet vacationem.s̃.de ho.non conti.
l. 1. sed præses habet honorem. ff. ad l. Iul.;de vi
priua.l. 1.& supra de priua.car. l.t. so. hic præses
gessit honorem sumptu publico in auth.de iudi.
in prin. & §. illud. ideo non habet vacationem.
ff.eo.l.filio.& not.in l.t.supra de hono.non ɔti.
sed in legatione est speciale : quia licet sumptu
publico fiat datur vacatio biennij,vt d.l.filio.&
est ratio propter laborem magnum , & pericu-
lum longæ peregrinationis. Rebuffi.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Consilium qualiter adunatur , & modus proponendi in
consilio , & per quos. num.2. & 3.& in quo loco debet
conuocari, num.8.*

4 *Præses solus non potest referre Principi .*

5 *Statuta an valeãt sine superioris confirmatione.& nu.6.*

7 *Præsides prouinciarum an possint facere constitutiones.*

9 *In negotijs tangentibus vniuersitatem qui debeant voca-
ri , & an etiam mulieres .*

10 *Consensus maioris partis sufficit, & numquid debeant sin-
gulorum nomina exprimi .*

Si quid extraordinarium.

Casus. In his quæ publicam vtilitatem respiciũt
non valet reformatio facta à prouincialibus et
consentiẽte pr̃,side nisi per præfectũ vel Princi-
1 pem fuit approbata.h.d. Et ad euidentiam præ-
mitte, ꝙ quando præses vel aliquis superior po-
nit aliquod dubiũ in suo consilio petit super hoc
suum sibi cõsilium exhiberi , vnde est idem pro-
ponere , & ɔsiliũ postulare hoc præmisso. Pone
casum sic, ꝙ præses prouinciæ conuocauit Par-
lamentũ in prouincia,& in eo proposuit,& con
siliũ petiit super aliquo emergenti qđ respicie-
bat vtilitatem publicã , super quo fuit cõsultum
ꝙ ad Principem mitteretur legatio ad eius curiã
vel fuit aliter reformatum.Quæritur an sufficiat
per præsidem approbari,rñdet Imperator ꝙ nõ.
2 h.d.Et no.hic modum faciendi propositionem
in cõsilio seu Parlamento , petit enim ꝓponens
sibi sanum, & vtile cõsilium exhiberi , & hoc est
verum qñ propositio fit super aliquo dubio:sed
qñ fieret super certo tunc secus, vt l.2.s̃.de decu-
rio.verbi gratia finitũ est officiũ vnius officialis,
ɔgregatur ɔsilium , vt eligatur ɔsequẽs officialis:
tunc quia certũ est electionem debere fieri non
petit consiliũ super hoc, sed petit vt eligant ho-
mines de consilio. Secundo no. ꝙ præsides pro-
a uinciarum coadunant ɔsilium [a] , seu Parlamen-
3 tum vniuersale prouinciæ, quod intellige nõ ꝙ
oẽs de prouincia debeãt ire:quia hoc esset durũ:
sed de omnibus ciuitatibus debent ire aliqui am-
basciatores vel sindici qui ciuitatẽ pñtent,& isti
dicuntur assistentes Principi vel præsidi , & hoc
4 sentit gl.posita super verbo,inter oẽs.Tertio no.
ꝙ præses non potest solus referre Principi,quod
intelligit gl.in his quæ respiciunt publicã vtilita-
5 tem;alias secus per ti.de relati.Quarto no.ꝙ sta-
tutum seu constitutio facta à præside seu Parla-
mento vel cõsilio prouinciæ non valet nisi ap-
probetur per superiorem : sed ɔ̃ hoc opponitur,
quia quilibet populus potest sibi facere statutũ,
vt ff.d iusti.& iu.l.oẽs populi.Sol.dicit Guillel.ꝙ
illud est verũ in his q̃ vtilitatẽ priuatã respiciũt.
in his vero quæ respiciũt vtilitatem pub.priuati
nõ pñt, vt hic:sed ego in d.l.oẽs populi aliter di-
co,nã quidã est populus liber qui hẽt oẽm iuris-
dictionẽ,& ẽt põt facere legẽ & statutũ, ꝓut sibi
placet vt d.l.oẽs populi, & insti. de iure naturali
gentium,& ciuili. §.oẽs populi. vbi ponitur exẽ-
6 plum in populo Romano.Quidam sunt populi
qui non habẽt iurisdictionẽ, vt ciuitates quæ de
iure cõi non habent merũ imperiũ. Item not. ꝙ
prouincia quælibet habebat merũ imperiũ , vt l.
illicitas.§ qui vniuersas.ff.de offi. præs.tñ à præ-
side appellatur ad superiorẽ,tũc eorũ statuta nõ
valent

ADDITIO.

a Coadunant consiliũ. Adde quod notatur in apostil. ad istam
in l.cum te.nu.4 supra de decu. isto libro.

a valent nisi confirmentur à superioribus[a], vt hic,
& ita fit in istis ciuitatibus Marchiæ & Ducatus,
nam non admittũtur eorũ statuta nisi approba-
ta per superiorem de quo dic plene, vt dixi in d.
l. omnes populi. fit etiam statutum, quod si fie-
ret in aliquo castro non admitteretur nisi per
7 omnes approbaretur. Item not. quòd præsides
prouinciarum non possunt facere constitutio-
nem, tamen isti præsides, qui mittuntur ab eccle-
sia aliud obseruant, vel ex consuetudine, vel ex
speciali concessione de quo dixi in d. l omnes
8 populi vbi hanc l. allegaui. Item no. ꝙ cõsilium
seu parlamentum debet vocari in loco pub. de
quo etiam dixi plene in l. 2. supra de decurio. &
videas quæ ibi dixi. & ista omnia perpetuo not.
Bart. In tex. ibi omnes vel maiorem partem, vt
in fi. l. Dy. & ibi conuenerit, id est tractatum fue-
rit, qui legati mittantur, & ibi quibus. s. prædiis,
& ibi fortuitis, id est propter casus fortuitos su-
peruenientes. Dy. & ibi, ꝙ maioris. In tex. in fi.
ibi auctoritas, scilicet præfecti vel Principis. Dy.
Quæro quæ sit ratio huius l. in princ. ratio quia
relatio ista siue consultatio similis est consulta-
tioni quæ fit in causis priuatorum, scilicet quo
ad hoc: quia postquam fecit relationem iudex
non habet in causa illa iurisdictionem, supra de
rela l. 1. Item antequam sit facta postquam or-
dinauit consulendũ Principem, ex tunc non po-
test se intromittere iudex, supra de appella. l. ex
illo tẽpore, & ff. de appel. l. ad Principem, alias
9 Imperatorem in fi. l. Not. in causis quæ tangunt
causam pub. omnes qui sunt de vniuersitate, vel
qui repræsentant vniuersitatem, debent congre-
gari in loco pu. & id quod sensus maioris partis
approbat, illud valet vt hic. Circa istam tertiam
quæro nunquid in tali casu sint vocandæ mulie-
res & minores, & videtur quòd sic, vt hic. Item
ꝙ mulieres sint vocandæ probatur in authen. vt
iudi. sine quoquo suf. §. hic omnia, vbi Impera-
tor vocauit vxorem suam. Sed contrariũ credo,
quòd mulieres non sint vocãdæ, & est ratio: quia
non habent sanum cõsilium arg. supra de spon-
sa. l. si pater. in fi. Item non licet eas inuicem in
locis pu. esse cum viris supra de offi. di. iudi. l 1. ff.
a Quando fit æstimum. Adde istum in l. 2. nu. 1. & quod ibi notaui in apostil ad ipsum supra quãdo, & q. quarta pars debet & ibi quantum extimabunt. & quando, & in quod tempus.

matur:& sic sufficiet requiri sindicum villæ:nec est necesse ꝙ singuli de villa requirantur,& quãdo fit æstimatio vniuersalis : sed quando ex aliqua causa æstimatur prædium vnius , vel mensuraretur ille debet requiri cuius prædium æstimaretur, vt l.2.& 3.supra fin.regun. Istud extimum debet intimari præsidi , vt l. 1. in princ. supra de apo.publ.Bar.

LEX XI.

Securitates. Casus. Securitates publicæ quas susceptores faciunt ipsis debent imputari, & si quid malefecerint punientur , securitatibus firmis manentibus Dyn. vel latius dic susceptores fecerint aliquas securitates inquirẽtes pr̃imonia singulorũ.& illę securitates fuerunt publicatæ in actis defensorũ vt s̃.l.proxi.imputat susceptoribus q̃a s̃m illas securitates idest s̃m ꝙ inuenerunt quẽlibet possidere ipsi colligent,& non plus vel minus.secundo dicitur ꝙ quatenus ipsi exegerunt pro mercede sua debet hoc aperte discuti , & inquiri. Tertio dicitur, ꝙ si ipsi susceptores fecerunt aliter apocham de solutis,illæ securitates remanebunt firmæ,& nõ poterit ipse discussor opponete exceptionẽ non solutæ pecuniæ : ꝙ est nota.& dic vt supra de apo.pu.l.fin.& l.semel An. In tex.ibidẽ publicaris.in actis defensoris.vt supra l.proxi. An.deduci,vt puniatur si male egerit Dyn. In fi. text.ibi ferri idest remanebunt firma : ita ꝙ non poterit opponi exceptio non num. pe.supra de apo.pu.l.fin.An.Et ibi ferri argu. est l. ista si thesaurarius Regis vel alicuius Baronis aut ciuitatis scribat aliquem ab aliquo id ad quod tenebatur ciuitati vel Baroni accepisse , licet in veritate non acceperit , quòd ipse tenetur domino[a]
a vel ciuitati:ille autem qui debebat liberatus est arg. huius l. nisi forte thesaurarius desiisset esse soluendo,quia thesaurarius tenetur secundo ille qui debebat argum. supra de quad præscriptio. l. 2. in fin. ff. de publica. vec. & com.l.fina. §. si quis professus.Dulius. melius supra de con uc.fi.debi.l. 2. In gloss. 2. ibi contra susceptorẽ, de eo quòd pro eorum mercede accepit Dynus.

ADDITIO.

a Tenetur domino.Not.in l.missi, & ibi Barto.supra de exact. tribu.aduerte tamen ꝙ repetit a debitoribus, vt no idem Bar. vbi supra,& in l.4.§.si auctor de re iudi.& aliquid in l.munerum.§ mixta.ff.de munc.& hono.

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius semel de falso condemnatus an possit notariatus officium exercere.*

Si aliquid. Casus.Si quis fraudem commisisse probetur susceptor vel tabellio ab officio remouetur : quod postea non reassumit etiam ex rescripto principis. h. d.
2 Dyn. & ex hac l. colligitur ꝙ notarius semel cõdemnatus de falso instrumento non potest decetero notariatus officium exercere facit ff. de eden.l. si quis ex argentariis §. 1.& ibi glo.alleg. hanc l.In tex.ibi possessor.Idem si quilibet alius priuatus cum ista accusatio sit publica.Et ibi deprehendat,& statim pendente accusatione interdicitur sibi officium.insti.de suspe.tu.§.si quis autem. Et hoc verum cũ delinquit in officio alias secus,vt scripsi de re.pôst.l.1.glo.fi.in prin.Dyn. Si autem sit absolutus supplebuntur sibi expensæ,& damna ff.de re mili.l.3.§.is qui ad hostes,& infra de ero.mili.anno.l. fi. lib. 12. interuersione idest fraude in officio commissa.Dy.deco. idest fraudem commisit Dyn.ad quod supra eo.l.neminem.nam si semel calumnieẽ est,& c.ff. de accu.l.si cui §. hisdem.In glo.1.ibi infra de cohor. dic,vt ibi not.& melius infra de diuer.offi.l.quocunque lib.12.In glo.fi.in fi. Circa hoc dic quoniam aut remouetur propter delictum quis ab officio. tunc aut deliquit in officio aut extra officium. Si delinquat extra officium potest redire ad id officium per rescriptum tamen principis infra de cohor. l.si quis ex gre.non autẽ alias sine rescripto redibit infra de dign.l. iudices. Si autem in officio delinquat,tũc aut in eodem officio, & tunc non debet redire ad illud per rescri
a ptum principis[a] vt hic,& supra si quacunq; prædi.po.l.1.& infra de diuer.offi.l. quicunque apparitores. Et idem intelligo si delinquat in alio officio:quia non debet ad aliud officium aspirare infra de proxi.sa.lar.l.2. & hoc verum est nisi diceretur in rescripto non ob.tali lege. ff.de leg.3. l.si in princ.supra de mosii.te.l.si quando.aut remouetur alias quam propter delictum : & tunc aut fuit amotus quia alias administrauerat illud officium per abitionem alias non est admittendus,vt de asse.l.nemo de crimi.stelli.l.fin. & supra eo.l.neminem. Aut vult redire sine ambitione : quia non erant alii ita idonei: & tunc admittitur infra de princi.agen.in re.l.agentibus. supra de offi. asse. l. liceat. ff. de mu. & ho. l. honor.§.fina.

ADDITIO.

a Per rescriptum principis. Vide de hoc quod notaui in apostil.ad illum in l.medicos num.1.in apostil.in versic.reprobari supra de profes.& medi.isto lib.

LEX XIII.

SVMMARIVM.

1 *Tabelliones duo,& duo susceptores esse debent in qualibet prouintia.*
2 *Iudex punitur mandans alij solui condemnationem,quam cui mandat statutum.*
Item tabellio cuius auctoritate debeat creari.
3 *Tabellio est publica persona,& multa singularia traduntur de tabellione.*
4 *Barones æquiparantur præsidibus prouinciarum. Et tabellionarij,qui : ac ipsorum , & aliorum minorum officialium creatio non ad decuriones spectet.*

Duos tabularios. Casus. In qualibet ꝓuincia debent esse duo tabelliones , & duo susceptores, quorum vnus nihil communicet in alio. Et si hoc non fuerit custoditũ pœna imponitur Dyn.

hæc

hæc l. est fortis. & eam diuide, quia primo dicit
1 quòd in qualibet prouincia debent esse duo su-
sceptores quorum vnus suscipiat aurum : alius
species, & dēnt eē duo notarii seu numerarii vi-
delicet cuilibet susceptori detur vnus notarius.
Secunda ibi scire autem, & dicit, ꝙ susceptor au-
ri nihil habet commune cum susceptore aliarū
specierum. q.d. vnus non debet se intromittere
de officio alterius, & quod debet solui vni non
debet solui alteri. Et expone ibi cum arcæ, &c.
idest scrinio ibi ratiocinijs, &c. vt aliæ species
aliarum rationum extra aurum quod pertinet
ad alium susceptorem. tertio ibi versu iudices,
punit iudices in 5. libris auri, & alios officiales
pœna capitis si prædicta nou obseruauerint q.d.
si illud, quod debet solui vni susceptori alteri fe
2 cerit solui puniatur pœna prædicta. Not. ex
fin. huius l. quòd punitur iudex qui mandat pe-
cuniam condemnationis alij solui quam dictat
statutum. facit, quod dixi supra de canon. lar. tit.
l. præcipit. §. prouidentibus. Bar. Sed An. de Ba-
ru. intelligit sic, quòd pecunia quæ colligitur ex
solutione tributorum quod vocatur aurum lar-
gitionale, non mittetur ad scrinium rationaliū
seu comitis rerum priuatarum, vt supra de ca-
no. lar. tit. l. 1. & l. præcipit. §. pen. & de exac. trib.
l. in fiscalibus. Et sic collige ex his quòd aurum,
quod percipitur per præsides ex collectis non
mittatur ad magistros rationales, vt l. supra alle
gat. & infra de numera. & actu. l. 4. lib. 12. Et in
auth. de collatoribus. §. eos. col. 9. Et de istis scri-
psi supra de cano. lar. titul. l. 1. est alia archa.
communis de qua ff. ꝙ cuiusque vniuer. in l. 1. In
tex. ibi largitionale idest illud de quo collecto-
res largiuntur soluendo tributa Dyn. Et ibi arcæ
in qua reponuntur aliæ species ad quas erat alius
successor deputatus. Dyn. Commune idest
non debet habere proprium aurum, nec ponere
cum auro largitionali, quod habetur ex tributo
supra eo. l. frumenta, vel dic quòd aut erant duo
susceptores, vnus auri, & alius aliarum specierū.
Et dic ꝙ aurum nō debet poni in archa vbi aliæ
species recondebantur nec vnus debet se intro-
mittere de officio alterius. supra de exac. tri. l. mis
si infra de excu. l. 2. supra de compen. l. 1. & de te-
sta. l. consulta. Dyn. Et ibi militandos. Not. pœ-
nam 5. librarum auri iudici permittenti officia-
rios vti officio alij attributo. de Securo. Not. ꝙ
auctoritate principis debent creari tabelliones:
a & quod ad principem a pertineat creatio, pro-
batur quia creare tabellionem est eligere perso-
nam cuius scripturæ adhibeatur fides supra de
fal. l. si quis decurio. ad illum igitur pertinet crea
tio illius qui potest habilitare personam, & dare
credulitatem, sed hoc pertinet ad principem su-
pra de iur. anu aure. l. 1. ff. de nata. resti. l. 1. ergo
3 &c. Item tabellio est publica persona, & publicis
vtilitatibus deseruit arg. ff. de adop. l. non aliter,
& de magistra. conue. l. 1. §. exigere, sed conces-
sio iuris publici pertinet ad principem. ff. ꝙ vi
aut clam l. 3. §. plane. Sed dic ꝙ quidam erant ta-
belliones, qui scribebant in palatio, & isti habe-
bant dignitatem, de quibus habetur infra de pri-
mic. l. præclaram supra de excu. mun. l. maxima
rum in prin. in auth. vt sine prohi. matres debi-
trices. §. fin. colla. 7. erant alij, & horum crea-
tio etiam pertinebat ad principem. qui potest
dare dignitatem infra de consu. l. fin. & de dig. l.
nemo. erant alij. qui scribebant publicas fun-
ctiones, & horum creatio etiam pertinebat ad
principem, vt hic in princ. & infra de nume. &
actu. l. actuarios lib. 12. erant alij qui scribebant
actus iudiciales : & istorum creatio pertinet ad
iudicem ordinarium. nam ad iudicem pertinet
creatio ministrorum suæ iurisdictionis, in auth.
de iudi. §. nullo. Vnde magistratus municipalis
potest conficere acta supra de ma. municipa. l.
2. & secundum quod potest per se, & per alium:
quia quod possum per me, & per alium nisi re-
periatur expresse prohibitum. ff. de admi. tut. l.
4 ita autem. §. gessisse. Item Barones in terra sua
æquiparantur præsidibus: nam omnem iurisdi-
ctionem habent arg. ff. de offi. præ. vr. l. 1. §. cum
vrbem, & argu. ff. de offi. præsi. l. omnia, sed præ-
sides possunt creare tabellionem : quia possunt
quod est maius scilicet creari iudices pedaneos
ergo quod est minus supra de peda. iudi l. fina.
item indicere officium tabellionatus est munus
publicum. ff. de mu. & ho. l. 3. § præses. Item sunt
alij tabellionarij qui scribunt contractus singu-
larum personarum. Et horum creatio spectat
de iure communi ad decuriones: quia princeps
non potest cuilibet discernere sufficientiam per
sonarū; & ideo relinquitur decurionibus supra
de prosc. & me. l. magistros. ff. de decre. ab or. fa.
l. 1. Item quia ad ipsos decuriones spectat crea-
tio officialium minorum supra de decurio. l. 2.
sed confirmatio, credo ꝙ spectat ad præsidem,
vel illum qui tenet locum præsidis arg. ff. quan-
do ap. sit l. 1. §. solent, & supra de decurio. l. 2. &
supra eo. l. exactores. Et de hoc scripsi supra de
tabula. l. generali. super verbo ordinentur.

ADDITIO.

a Ad principem not. Inno In c. cum p. tabellio de fi. instru. &
Spe eod. titu § restat versic. sed quis potest vel ab habente
potestatem ab illo argum l. 1 supra de eman libe not. Barto.
in l. 1 ff. de offi. procon. & Bald. in l. 1. q. 6 supra de inoffi. te.
de quo vide quæ notaui in apostil. ad istum in l. generali
num 2 in versi quid igitur fiet in primis constitutionibus supra
de tabu. isto libro.

LEX XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones vilibus officijs non sunt vexandi.*
2 *Officia vilia, nobilibus, an sint danda.*
3 *Officia expertis non rudibus sunt committenda.*
4 *Priuilegium primæ dignitatis non extinguitur per aduen-
tum secundæ.*

Humilioribus. Diuiditur hæc l. in
quinque partes. Pri-
mo dicit in genere decuriones non vexandos
1 officiis vilibus. secūda ibi susceptionem, dicit ꝙ
officium exigendi collectam pro vestibus perti
net ad officiales proconsulis, vel ad eos qui
alias hoc facere consueuerunt. tertia ibi ho-
rum &c. dicit ꝙ ad decuriones spectat ad pdicta
repetere rationem, & inuenire ad hoc hominē
sufficientem. quarta ibi. neque enim assignat ra-
tionem. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ pro
exactione, vel collecta pro vestibus erat consti-
tutum

rum certum salarium officialibus proconsulum seu aliis: dicit ergo quod ratio prædictorum est, quia non est æquum decuriones sustinere damnum dictæ exactionis non factæ: & alios habere lucrum, sed alia ratio colligitur ex prin. l. quia est vile officium, quinta ibi hanc. igitur concludit ad prædicta ponendo vnam excusationem,
a & est clarus tex. Not. bene quod ista officia vilia non sunt danda decurionibus, sed aliis hominibus inferioribus subditis, vt stare ad custodiam portarum, & facere istas viles exactiones, & similia. facit quod dixi supra de mu. & in quo lo. l. vt Bar. Item not. quod qui semel in aliquo officio bene se gessit poterit assumi iterum in eodem, vt hic, & supra de asses. l. liceat dummodo nõ con-
3 tinuet, vt supra eo. l. neminem. Tertio not. quod offi-
a cia debent cõmitti expertis non rudibus [a] Quarto not. quod non debet vnus habere commodum, alius onus, sed qui habet vnum habeat, & reli-
4 quum, vt ff. pro so. l. si non fuerint. §. fi. & de reg. iur. l. secundum. Item not. quod priuilegium primæ dignitatis non perit propter secundæ dignitatis aduẽtum. de quo dicemus infra de proxi. sa. scri. iubemus. An. In tex. ibi humilioribus idest vilibus. Dyn. scilicet, vt vadant ad cauandum fossata. Fredericus. curiales idest decuriones qui curiales appellantur, alias vocantur. Dyn. vt not. supra de decurio. in rub. & l. curiales. vtilitate quia intenti istis officiis minoribus non possent vacare aliis maioribus. meruerunt, idest aliquo tempore ratione tributorum qua colliguntur pro vestibus excreuerunt. Dyn. horum scilicet decurionum qui debent inquirere de diligentia illorum, qui eliguntur ad talia officia, nõ vt ipsimet gerant. Odoff. damna suscipiendi tributa. Dyn.

ADDITIO.

a Expertis non rudibus. Simile dicimus in aduocato grosso & rudi cui causa subtilis non debet committi, vt not. Bal. in l. fi. q. 16. supra de hær. instit.

LEX XV.

SVMMARIVM.

1 *Archarius quis sit.*

Aurum siue argentum. Archa-
1 rius vocatur qui aurum vel argentum suscipit, & si male egerit ad dispendium moderatorum prouinciæ suorumque officialium pertinet, & si quid ad ærarium fuerit referendum comitibus ærarii debet referri. Dyn. In tex. ibi dispendium, quia iudices de suo emendabunt: susceptores autem punientur in eo quod extorserint, & vltra in personam supra de discusso. l. 2. iuncta l. fi. sup. de condi. in pu. hor.

De ponderatoribus, & auri illatione.

LEX PRIMA.

Aurum quod. Casus. Aurum quod pro tributis soluitur debet equis ponderibus ponderari. An. vel sic potest quis soluere aurum, vel in massa, vel in solidis aureis h. d. Bar. materiam idest massam. In tex. ibi apendere idest soluere, alias est ibi apprehendere, & tunc dic si quis susceptor Dyn. suscipiatur quia par debet esse libra qua ponderatur aurum in solidis. & in massa. Dy.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Sapiens est, qui nec fallit, nec fallitur ergo dolosus non est sapiens.*
2 *Ciuitas an possit alicui committere falsæ mensuræ cognitionem.*
3 *Ponderatori a cõi deputato parendum est circa põdera.*
Medicus, an & qualis possit æstimare, an vulnera sint lethalia.
4 *Testis vnius dicto, an & quando credatur, & nu. 6.*
5 *Quæstio iuris per iudicem, quæstio vero facti per peritos in arte facti est terminanda.*
6 *Nicostrato an sit credendum sine iuramento.*
Testimonium de credulitate, an & quando admittatur.

Quotiens. Casus. In qualibet ciuitate debet esse vnus officialis, qui vocatur nicostratus idest cognitor auri qui nec fallit nec fallitur in cognoscendo aurum: ad cuius fidem, & industriam recurratur cum de auri qualitate, à prouincialibus illati contigerit du-
1 bitari. No. sapiens est qui nec fallit nec fallitur ergo dolosus non est sapiens quia decipit seu fallit. Item sapiens est qui non potest falli: quod intelligas si habeat facti peritiam quia ignorantia facti sæpe prudẽtissimos fallit. ff. de iur. & fa. igno. l. 2. An. In tex. ibi dubitatio inter soluentem, & suscipiẽtem cognitorẽ idest nicostratem auri. An. vel etiam personæ. Odoff. Et ibi per singulas ci-
2 uitates. Ar. huius l. dicunt quidam quod ciuitas potest constituere aliquem qui cognoscat de mensuris, & puniat falsè mensurantes, sic infra de irenarchis l. 1. tu dic contrarium quia cognitio de mensuris falsis tangit merũ imperium
a & magnæ pœnæ impositionem [a] & talem cognitionem dat solus princeps, vt ff. ad l. iul. de ambi. l. 1. & in auth. iusiurandum, quod præst. ab his. §. 1. & ff. de fal. l. pe. nec ob. hæc l. quia dico quod iudex non habet peritiam in omnibus officiis, & ideo quando aliqua incidunt, quæ consistunt in peritia, quæ non requiritur a iudice, vt in cognitione auri, & mulieris prægnãtis: tunc iudex consulit illos qui sunt periti in illo officio, & illis creditur, vt hic infra de re mili. l. semel, & ff. de ven. inspi. l. 1. circa prin. Ber. Vnde licet nominatio talium in quibusdam pertineat ad ciuitatem, sed tamen confirmatio spectat ad præsidẽ, vt supra de

ADDITIO.

a Impositionem. Adde quod corrumpens mensuras publicas, & pondera, vel falsans debet de iure ciuili relegari, vt not. Al. be l. pen. ff. de fal. & l. modios. & ibi Bar. tit proxi. Aduerte tamen quod Alex. in l. hæredibus. § de eo. ff. de dolo, & in l. annonam. ff. de extraord. cri. & Abb. in c. 2. dicunt esse pœna arbitrariam scilicet de illis quæ sunt variæ in iure positæ. Sed in foro conscientiæ debet triginta diebus pœnitere, & in pane, & aqua ieiunare, vt per eum vbi supra.

ff de decu.l. 2.& sup.ti.2.l.exactores iunctis his quæ
scripsi infra eo.tit.l.modios,& l.duos. Et deinde
habita relatione talium expertorum iudex pro-
cedet iuxta casus qualitatē, vt l. pen. ff. de confe.
& l.arbitrum.fami.ercisc.hæc l.est clara. Ex qua
3 not. quòd ille qui præest ponderi communis
& florenum improbat, vel approbat est ei parē-
dū:similiter in ciuitate Parisiis est extimator pu-
blicus equorum, & est ei credendum. Itē in qui-
busdam ciuitatibus de anno in annū præponunt
a quidā medici,[a] qui habent æstimare vtrum vul
nera sint mortalia, vel ex eis sit remansura cica-
trix seu membri debilitatio, & sic est ei parendū
4 seu credendū, vt hic cū similibus. Et aduerte ꝙ
statī dicto vnius, quod est verū qñ ille cui statur
præponitur a cōi totius ciuitatis. Sed qñ a iudice
præponeretur, deberent eligi duo si reperirētur
in ciuitate, vt supra de fide instru.l. comparatio-
nes, & infra de re mili. l. semel lib. 12. alias vnus
sufficit, vt in auth. de non alie.§. quod autē Bart.
Et allegatur l.ista ꝙ experto in sua scientia sit cre
dendum ad quod infra de re mili. l. semel ff. de
ven.Inspi.l.1.§. 1. de sta.ho. l. septimo. Et hic est
b casus, in quo creditur vni testi [b] sic ff.de verb.ob.
l.1.in fi.de do.præle. l. theopompus. sunt alij qui
not.in Spec.tit.de teste.§.restat de mino.ver.hoc
tamē fallit, quarta particula primæ partis. Et est
ratio quare stetur dicto vnius testis, qui deponit
circa illa quæ spectant ad suum officiū.ff.de fal.l.si
quis decetio, & ex l.ista dr̄ iunctis ll.alle. ꝙ suffi-
ciat vnus medicus ad deponendū de vulnere, qđ
est verum vbi est tm̄ vnus medicus in illa villa:se
5 cus si plures in auth. de non alie. §. ꝙ autem. Et
not.ex l.ista ꝙ vbi decisio quæstionis quæ consi-
stit in iure pertineat ad iudicem, vbi tñ consistit
in facto quod requirit peritiā alicuius artis: tunc
debet decidi per peritos illius artis, & ad eos per
iudicem remitti vtpote per marescallum si tra-
ctatur de æquo morboso vendito, vel ad cam-
psores si tractatur de computo, & similibus. ad
quod supra de vsur.& fru. le.l. 2.ff.si cui plusquā
per l.fal.l.1.§.interdum. Et talis decisor vocatur
arbiter in d. l. 2, nec debet se intromittere de his
quæ consistunt in iure, sed super his debet ad iudi
cem remittere.ff.fa. ercis. l. arbitrum de conse.
l.pen. Not.ꝙ creditur isti nicostrato. Sed nunqd
6 stabitur suo dicto cum iuro vel sine. Circa quod
dic quod aut eligitur quis ad officium non ꝓut
incidit casus: sed generaliter.s.quotiescunq; con
tingit casus, & tūc tales ab initio suæ administra
tionis habent iurare infra de ero. mili. anno. l.p
hanc in prin. supra de bo.vacan.l.fi.in auth iusiu
randum quod præsta.§.1.vt hi qui obli.se perhi.
habere res mi.§.fi.ꝙ tales non debent iurare cir-
ca singulos actus, cum sufficiat sacramentum a
principio præstitum.ff.de iudi.l.rem non nouam
in prin.cum ibi not.de iura. calum.auth.hoc sa-
cramentū arg.in auth.de non alie.§.quod autem
ff.de ven.inspi. l. 1. §. 1. aut quis eligitur ad actus
singulos prout actus vel casus incidit, & tunc in
quolibet actu licet iurare arg.ff. de proxi. sa. scri.
l.vnicuiq; §. 1.ff.de prose.& me.l.si quis archiatri
& not.eo.tit.l.magistros.ad quod ff. de aduo. di-
uer.iudi.l.nemini. Et licet habeat iudicare de cer
titudine, si tñ deponat in tali actu de quo nō po-
test haberi plena notitia sufficit ꝙ tunc deponat
c de credulitate [c] arg.in auth. vt hi q obli. se perhi.
habere res mino.in prin.& arg.ff.de ven.inspi. l.
1.§.1. pro quo quia in iudicijs dubius est euentus
litis.ff.de pecu.l.qđ debet iuncta l. 2.§.1.supra de
iur.calum.vbi iurat ꝙ credit se habere iustā cau-
sam: alias compelleretur anceps subire periurium,
quod non est dicendum.ff de in litem iuran.l. vi
deamus, & rerum amo.l.marcellus. Bar.

ADDITIONES.

a Quidam medici. Ego puto istud dictum esse intelligendum medico chirurgico, & not glo.& Archi. 11.dist.c.ego sol. & Panor.in c.significasti extra de homi.& Ang. de peru. in suo repertorio in versi.vulnus vbi refert Do. Anto.draccio in l. septimo mense ff de sta.ho.

b Vni testi. Tu vide alios casus in quibus vni testi creditur per Barthol.Soc.in suo trac.fallen.fallen.413. inci. testi vni.quod ibi notaui in apostil.ad eum vbi addidi alias fallentias.

c De credulitate. Ita not. Io. And & Abb. in c. fraternitatis in gl.2.extra de frigi.Bar.in prohe.ffor.ū. §. eo. ver. sed aduerte Bal.& Sal.in l.comparationes supra de fi.instr.Io & Imo in c.proposuisti extra de prob. quod est verum nisi deponerēt de re perceptibili sensu corporeo, vt tactus vel oculus quia tunc tenentur iurare non ꝙ ita credunt sed ꝙ ita est ita not. Bar. in l.Theopōpus ff.de dote præle.Bal.in rep. l. 2 char. 33. ff.de iureiur. Ludo.Rom in l.1.in fi.ff de ver.ob & Feli.in alle.c. proposuisti 4. ver.tertia conclusio extra de proba.

De auri publici persecutoribus.

LEX PRIMA.

Auri persecutores. Casus. Nulli susceptori auri publici licet aurū coquere sine licētia: q̄ si habuerit, nō licet retinere sed thesauris inferre Dy. Vel clarius officiales qui aurum pub. suscipiunt susceptores consueuerunt partim aurum præsumere sub. idest coquere sine licentia imperatoris: & cum interdum habeant licentiam coquēdi, aurum retinere, & non mittere ad æraria publica: vnde mandat imperator, vt nullus coquat aurum sine licentia principis: nec coctum in suos vsus conuertat, & h. d. An. Hæc l. fortis est in tex. nec glo. bene declarat, & hoc dicit. Susceptores non possunt pecuniam acceptam sine licentia in massam redigere, & habita licentia nō debent retrahere. Not. ꝙ licet solidum soluatur pro libra auri, non potest susceptor redigere in massam sine licentia: ex quo habes casum ꝙ isti exactores publici, si exigant pecuniam non possunt eam redigere in florenos, nec aliam pecuniam sine licentia: sed si omne lucrum quod inde perciperetur debet esse publicum, & sic qui tale lucrum retinet contra conscientiam retinet: & fiscus potest repetere: quod est notandum pro istis exactoribus publicis. Bar.

De his quæ ex publica collatione illata sunt non vsurpandis.

LEX PRIMA.

Nullus iudicum. Casus. Officiales non debent aurū publicū quod ad eos peruenit mutuo dare. Dyn. alias patientur pœnam vt dicitur supra de his qui ex pu.ratio. l. 1. & 2. & dic ꝙ ibi An. In. tex.

ibi

ibi indicum idest præsidum, qui ad instantiã exactoris exigunt a collatoribus supra de exac. tri. l. in fiscalibus. & l. missi. ad rem publicam idest reipu. vtilitatem. Dy. interuentione. quod facit alteri mutuando nomine publico vt dicebat. Et sic de dante loquitur hæc lex ne contrarietur gloss. rubricæ.

LEX II.

Nullus penitus. Casus. Quod in horreis publicis infertur, vel in archa non debet quis vsurpare quocunque titulo, nisi de sublimium iussione. Dy. vel sic non potest aliquis officialis vt susceptor speciei publicas transferendas in horrea publica vel aurum transferendum in archam publicam ad alium tit. conferre nisi ex principis voluntate, si contra faciat punietur vt infra l. proxi. No. casum in quo principis est necessaria voluntas vt supra de iur. fisc. prohibitum An. In tex. ibi sublimium idest principis. vt not. supra l. proxi. Dy. In gloss. 2. ibi vel hic secus, hæc vera vt not. in simili supra de contra. iudi. l. 1. & quæ sit ratio dic vt ibi not. Dy.

LEX III.

Sciant iudices. Casus. Susceptores canonis ad alias necessitates sine metu capitis transferre non possunt. Dy. In text. ibi licere. Sed contra. ff. de operi. pu. l. pecuniam. sed dic quòd ibi pecunia erat destinata ad opus non necessarium. hic autem ad opus necessarium ad quòd. ff. de compen. l. quod labeo. Dy.

De auro coronario.

Rubrica.

Super rubro. Non solum fit collatio siue collecta pro vestibus imperialibus. vt supra de suscep. l. penu. sed etiam pro corona. ideo &c. Odoff.

LEX PRIMA.

Ad collationem. Casus. Aurũ coronarium dicit quod confertur pro corona principis: ad hanc collectionem non tenentur nisi illi qui consueuerunt vt iudæi. vt supra de iudæ. l. iudeorum. Nota de consuetudine vt dixi supra de exac. tributo. l. missi. An.

De irenarchis.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Seruientes per quos possint creari.*

Irenarchæ. Casus. Irenarchæ ad concordiam retinendã & pacem conseruandam, Idonei a decurionibus nominantur. An. Vel sic sindicos ad denunciandũ maleficia, seu milites ad capiendum malefacto res consilium ciuiratis debet præponere non iudex solus siue porestas ciuiratis siue alius rector.
1 de istis diximus. ff. de custo. reorum. Bart. Hic videtur casus q consules cum senescallo, debeant creare serulentes, & apparitores. ad quod supra. de cano. lar. ti. l. præcepit. §. id de suscep. l. exactores. in aut. de defen. ciui. §. & absolute. quia possunt eos a suo auditorio repellere. in auth. de iudi. §. si vero iudex de spor. l. 2. ergo possunt creare, vt exinde veniat creatio, vnde venit priuatio in auth. de defen. ciui. §. non habente. Sed dic cõtra q de rigore iuris solus princeps possit. vt infra de cohor. l. 1. & l. 3. de re mili. l. neminem. & de priuileg. scol. l. 1. de pala. l. non aliter. de agen. in re. l. 2. de nu. & actu. l. actuarios. & de diue. offi. l. in his. & dixi in simili in dicto. §. illud. Et ex. l. ista dicitur q si aliquis stat qualibet die in carreria ante portam meam, vt mecum possit rixari q possit & debeat per iudicem prohiberi. Et de hoc est tex. ff. de ædi. edict. l. 1. in fi. Et allego de hoc casu. ff. ne quis in lo. pu. l. 2. §. merito. ibi cum dicit. si cui aditus sit deterior aut angustior. &c.

De argenti precio quod thesauris infertur.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Aurum potest quis soluere pro argento. & pro qualibet libra argenti potest soluere decem aureos. Item vna quãtitas pro alia soluitur dummodo creditoris non intersit. num. 2.*

Iubemus. Casus. Qui debet argentum, soluendo quinos aureos pro libra argenti liberatur Dy. Vel sic pro libra argẽ
1 ti possunt solui quini aurei. hoc dicit. Et not. q potest solui aurum pro argento. dixi in l. paulus ff. de solu. Barto. Vel sic. qui debet argentum & vult soluere aurum pro qualibet libra argenti debet soluere bis quinos solidos. Et sic not. quòd
a libra argenti valet quinos aureos. libra auri ª va
2 let solid. 72. ar. supra de suscep. l. quotiens. Et nota q soluitur vna quantitas pro alia, quando nõ interest creditoris. vt ff. de auro & arge. n. leg. l. 1. & supra de dona. l. si quis argentum. in prin. & facit. ff. de so. l. paulus. respon. creditorem Bar. An.

ADDITIO.

a Libra auri. Tu vide de omnibus his libris per istom. supra in iubi. de anno. & tribu. num. 8. versicu. item habemus librã argenti isto lib. et Guil. de Cung. in l. illud num. 5. & quod ibi notaui in apostil. in versicu. libram auri. supra de sacrosan. eccle & Io. fabri instit. de acti. tut. §. nos autem in fin. vbi etiam notaui.

Explicit liber decimus.

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS

Incipit Liber Vndecimus.

De naviculariis, seu naucleriis.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Naviculariij cum habeant collegium iure approbatum possunt habere sindicū, & archā communem.*

2 *Seu dictionis natura quæ sit.*

3 *Artificum appellatione qui veniant: & an negotiatores.*

Super verbo lustrali posito in rubrica & super l. græca. firmata quæ incipit in dictionib. Pro euidentia istorum præmitte, quæ scripsi. supra de
1 indict. super rub. Super rub. ibi de nauiculariis, &c. nauicularij hñt corp⁹ & collegiū ꝑ iura approbatum. ff. de iur. immu. l. semper. §. licet. & l. fi. & sic possunt habere archam communem & sindicum vel actorem. ff. ꝙ cuiusq; vni. l. 1. in principio. §. 1. & §. quibus. vt sunt plura alia collegia de iure approbata. vt in l. fina. ff. de iur. immu.

Circa gl. prin. Rubr. ibi de interdi immo in ti. de iurisdi. sic est simile supra ad Trebel. & de inter. ꝑ to. & in tit. de reli. & sūp. fu. & aleæ l. visu & in titu. de re. cre. & iureiu ran. & in multis aliis locis in iure ciuili.

In gl. rub. ibi a munere transeundi vt supra ex qui. mune. vel præstationi. ne. excu. se liceat. l. 1. In gl. ibi vel supra dixit de collatione speeierum vt d. l. 1. & supra. vt nemini liceat in emp. speeierum se excusare.

2 In glos. rubr. ne ergo posset esse dubitatio ponitur in rub. de nauiculariis seu naucleriis &c. na
a tura enim dictionis seu[a] alias siue propriè est vt licet distinguat casum, tamen contingit vt duo pro eodem ponantur vt l. si quis ita. ff. de auro & argen. le. & ibi dixi. Bar. ꝙ facit ad quæstio. statutum est in ciuitate vt candelarij gaudeant certa immunitate. quæritur modo quomodo intelligitur candelarij. Ex hac l. ac glo. videtur ꝙ tam illi qui faciunt candelas, quam illi qui vendunt si maiorem partem fortunarum suarum posuerunt in illa mercantia, & simili sicut hæc gl. est in l. semper §. negociatores. ff. de iur. immu. & fuit de summa Azo. sumpta sed hoc tit. Ad quæstionem dico ꝙ propriè loquendo solum ille q̄ hēt noticiam faciēdi illam artem de candelariis cō prehenditur. quia ideo dicitur artificium. vt l. le-
3 gatis seruis. § si ex officio ff. d le. 3. Negociatores
b vero nō propriè dicuntur artifices[b], quia de iure gen. quilibet scit emere & vēdere: licet vnus magis caute q̄ ali⁹: & appellant negociatores ex frequentia. vt d. l. legatis iu prin. nisi consuetudo regionis aliud induceat. sic ideo isti appellātur potius mercatores candellarum & candelarij & de hoc ind. §. negotiatores. isti mercatores nauiū non appellantur nauicularij: sed potius negociatores, quod bene not. Bar. notabile fuit dictū nisi cōsuetudo &c. nā sic est in Mōtepes. vt denominentur ab illo officio in quo plus frequentāt vt d. l. legatis. §. si vnus. & d quo publice se gerūt & tenent operatoriū apertum. vt est exemplum in draperijs & similibus offieiis. ad qd̄. l. Labeo. ff. de supellec. le. l. 3. ff. ad Mace. & l. sclendum. §. illuc. de ædil. edi.

Greca indictionibus. Casus. Imperator volens declarare primam partem rubric. ibi de lustrali auri collatione intēdit hoc dicere in hac l. græca seu quæ fuit greca & reducta ad latinū videlicet, ꝙ vltra tributa q̄ annis singulis soluebā tur, de quibus in ti. de anno. & trib. & de susce. & archa. l modios lib. 10. quæ erant ordinaria indicitur personis pro rebus vna collecta de quinquēnio, in quinquennium, sic ꝙ in primo quinquēnio. alia indictio de argento & in alio quinquēnio. fieret alia indictio de ære. vltimo præcipit certis officiarijs ad hoc certum officium deputatis, vt habeant summam curam & diligētiā circa conseruationem seu collectionem prædictarum indictionum. hoc dicit.

ADDITIONES.

a Dictiōnis seu. Adde omnino de hac dict. per Ang. Are. in inst. in rub. de excep. in 1. col. Car. in clemen. 1 §. porro de sum. tri. & fide cath. & Panor. in cap inter cæteras nu. 2. & quod ibi notaui in apostil. in versic. de dictione seu.

b Artifices. Ego dicerē contrariū per ea quæ not. Ludo. Ro. sing 649 loci nuquid esse coquis Fran de Cie. sing 98. incī. sta tuto cauetur. Gem. c. 2. nu. 1. & quod ibi notaui in apostil. ad ipsum in ver. appellatione artis de vita & ho. cleri. lib 6. & Felin. in rubr. de offi dele. 1. col. 2. ver. tribus modis vbi artificis appellatione venit coquus.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Timetur plus quod specialiter præcipitur, quam quod generaliter imperatur,*

2 *Nauclerij an possint detinere, debito vel delicto alibi commisso.*

3 *Species portans à solutione uectigalis immunes, quomodo probabū esse tales.*

4 *Contractus fisci vel principis an sint immunes a gabella soluenda pro contractibus.*

5 *Saluus conductus alicui concessus pro eundo, intelligitur etiam concessus pro redeundo: Et a quo possit concedi num. 6. qualiter præstetur. numero 7. Et quis sit eius effectus. numero. 10.*

7 *Nuda cautio an sufficiat præstari ab eo qui tenetur cauere de non offendendo.*

8 *Cautio de non offendendo vicissim sit præstanda.*

9 *Securitas a clerico an possit peti coram iudice seculari.*

Talium

11 Talliam indebite exigens qualiter puniatur.
12 Treuga inter reges Franciæ, & Angliæ facta, quis de illius fractione cognoscet.

Nullam. Casus. Naucleri portantes res publicas habent plenam securitatem eundo & redeundo. hoc dicit Bart. sed potest poni casus in terminis si rex sit in aliquo exercitu, & mandet pro victualibus, quód portantes non compellantur soluere aliquod passagium arenam vel pedagium. Et potest esse ratio dubitandi in hac l. ff. de concussi. l. 1. & 2. Item omnes sunt sub securitate legis. ff. ad l. iul. de vi publica. l. prima & supra de his qui ad eccles. con
1 fug. l. denunciamus. Ratio est decidendi, quia plus timetur quod specialiter præcipitur, quam quod generaliter imperatur. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. habere dicat. & de pu. l. 1. §. 1. Item quia vltra prouisionem iuris communis ponitur alia poena hac l. & infra eo. l. 3. Item licet alij non portantes publicas res soluant aliquod onus pro transitu seu passagio, vt l. vniuersi. & l. ex præstatione. & l. a legatis. supra de vect. tamen isti sunt immunes vt hic. & l. licitatio. §. res. ff. de publicanis. Item text. ibi nullam vim, hoc est signum vniuersale. argu. l. in re mandata. cum ibi not. supra man. quasi dicat. nullam. scilicet cum armis vel sine auctoritate iudicis. Istæ enim sunt species violentiarum vt l. 2. & 3. in princip. & §. fin. ff quód met. cau. & hic quantum ad propositum, licet aliam distinctionem
2 faciat glo. in contitul. l. extat. Et pro hoc dico, quod isti naucleri non possunt detineri ratione debiti vel delicti alibi commissi in loco vel occasione condemnationis de his factæ vel repressaliar. & per hoc facit text. istæ in fin. ibi, omni securitate, &c. facit. ff. de iudic. l. 2. §. legatis. Bar. Et dic quod nullam vim, scilicet in personis vel in rebus, ad quod dicta l. extat ibi. tu vim putas esse. sic nititur curia parlamenti, Parisius, quód litigantes ibi eundo: stando: & redeundo omni securitate potiuntur: & in corpore & in bonis. In text. ibi delegatas idest traditas ab officialibus, qui præsunt horreis publicis. Idem intelligo si comitatur ab eo, qui post præest rebus principis. vt ff. de legi. l. princeps. & l. licitatio. §. fiscus. ff. de pu. iunctis not. infra eodem titu. l.
3 si publicanus. §. 1. Sed quomodo probabunt in itinere sibi has species esse commissas portandas. Respon. per litteras sibi datas. arg. supra de decurio. l. si quis decurio. & l. si qua per calumniam supra de episcop. & cler. ff. de pu. l. si publicanus. §. 1. Sed quid erit si aliquis portat tales species, quas emit a re publica? dico quód non habet hanc immunitatem vt l. licitatio. §. fin. ff. de pu. Barto. Annonarias. expone vt supra de anno. & tri. in rubric. Transferentes idest portantes. In text. ibi nec concussiones idest exactiones indebitas vel tallias seu seruitia aut pedagia. sed proprie concussio dicitur, quando officialis infert metum & propter hoc extorquet pecuniã vt l. 1. ff. de concussio. Prohibet ergo istos nauicularios hoc pati. Barto. In text. nec aliquod genus incommodi idest iacturæ siue damni Odofr. & vult quód auctoritate, l. vt occasione gabellæ vel pedagij seu vectigalis, nisi ab eis occupetur vt l. licitatio. §. res. & §. seq. ff. de publi. Illi ergo qui portant res principis non soluunt pedagium.
4 Circa hoc quia hic loquitur de pedagijs, quæ accipiuntur, quia res portantur, quæro si in ciuitate est gabella vel impositio contractuum an contractus celebrati a fisco vel a principe sint immunes ab ista gabella vel impositione, posito quód gabella vel impositio sit licita ar. quod non supra ad l. falc. l. 1. §. ad municipum. & quod ibi not. Barto. contrarium quod sint immunes vt dicto §. res. & §. sequen. nec ob. dicta l. 4. ff. ad municip. quia loquitur de onere imponendo circa res quærendas: hic autem de onere imponendo rebus iam principi quæsitis. ar. supra de peti. bon. sublatis. l. 1. & 2. & hoc verum quando princeps non teneatur nisi in casibus necessitatis qui habentur sup. vt ne. li. in em. spe. l. 1. & ex q. mu. ne. li. ex. se. l. 1. per rorũ. & de exac. trib. l. fin. infra de priui. do. Aug. l. absit. C. de sacrosan. eccle. l. ad instructionem. cum simili. In
5 text. ibi. sed venientes & remeantes. Not. arg. quod si alicui est data securitas veniendi non etiam
a concessa securitas redeundi[a] posset dici immo facit contra: quia hic non expressisset in eundo & redeundo nisi necesse fuisset. dico tamen contrarium vt supra. Non enim venit secure qui non potest redire secure. vt l. sciendum. ff. de lega. & ad tre. l. de ætate. & ff. de sepulc. vio. l. vtimur. & ibi dixi & plene. ff ad l. iul. ma. l. 2. in princip. Barto. Melius in l. qui mittuntur. in fin. ff. ex qui. cau. ma. quod facit ad intellectum auth. habita. C. ne fi. pro patre. cum tex. ibi dicit; venerat. vt not. Barto. dicta l. vtimur. hoc verum nisi totum sit appositum in concessione securitatis. quoniam illud seruaretur. l. quæ notorium cum ibi not. ff de pac. quod intellige nisi venerit impedimentum personis eorum quibus est data securitas. vt l. ait prætor. in princip. & l. succurritur. ff. ex qui. cau. ma. Item facit quód si aliquis conduxit equum ad terram suam, quód pro eodem salario videatur conduxisse ad eundum & redeundum, sic quód non teneatur dare aliud salarium: vt est hic in simili: quod idem priuilegium conceditur in eundo sicut in redeundo. Item verba ambigua contra locatorem sunt interpretanda. l. veteribus. ff. de pact. & de contrahen. empt. & ven. l. Labeo. Circa quod erit attendenda longinquitas itineris, & quantitas loquerij vt l. 1. ff. de rebus dubijs. & l. qui solidum. §. 1. ff. de le. 2. Item quantum consueuit locari equus pro qualibet dieta. ar. ff. de vsur. l. qui semisses. de pigno. act. l. vel vniuersorum. & de le. 1. si

seruus

ADDITIO.

a Redeundi. Adde Barto. in l. 1. §. non fuit de dolo. Ange. in auten. de manda. princip. §. neque autem & Panor. capit. quia diuersitatem extra de præben. & in capitulo ea parte numero, quinto & quod ibi notant in apostil. ad ipsum in versicu gloss. in capitulo primo extra de appella. & Alexan. consil. 146. volumine 2. sed tu aduerte quód hoc est verum pro prima vice tantum vt not Barto. in l. dotis ff. de iure do. & in alleg. l. prima per istam quæst. 4 ff. ad leg. iul. mate. Gemi. in capitulo primo. §. ille vero in 2. not. de filijs præsbyt. lib. sexto Panor. capitulo fin. extra de treu. & pace & Alexã. plenissi. in alle. l. prima & consi. 15. volumine quarto. Quod tamen intelligo habere locum in saluoconducto simpliciter concesso secus si ad tempus esset concessum vt nota. Rapha. Cuma. in l. si mihi & Titio. & ibi Bar. ff. de verb. ob. l. cum in annos, ff. quib. mo. vsusfructus amitta.

ſeruus plurium. §. fina. Sed ſi certum ſalarium pro qualibet dicta erat ſtatutum, tunc dico quòd debentur pro ſingulis diebus & in eundo & redeundo, cum tunc teneatur locatori de ſalario donec reddiderit. nam in obligationibus reddendi tenetur quis rem reſtituere in eo loco vbi recepit. nam hoc inducit natura obligationis. ff. de iudi. l. argentarium. in fin. ff. ſi cer. peta. l. cum quid. & commo. l. eum qui. cum videatur equam conduxiſſe vſque ad tempus, donec reſtituerit ar. ff. e. l. ſi is qui. immo videtur ſẽti. ſi vltra teneat vt nota. ff. loca. & cõduc. l. item quæritur. in fin. & pro hoc facit. l. iſta licet inducatur in contrarium. & ff. ex qui. cau. ma. l. quæ mittuntur. in fin. quod intelligo verum, niſi locator tradiderit nuncium qui equum alteri locauerit, vel locare potuerit. ff. loca. l. diem finito & l. ſed addes. §. penul. In tex. ibi cum ſecuritate.

6 Not. hic ſecuritatem dari a lege: ſic in ſimili in aut. habita. C. ne fi. p pa. & in l. præſenti. in princ. & §. 1. C. de his qui ad eccle. cõfu. & in l. quiſquis in fi. C. ad l. Iul. ma. & ff. de legatio. l. fi. quãdoque datur ſecuritas ante bella de quo in l. conuentionum. ff. de pact. & l. poſtliminium. §. induciæ. de captiuis. quandoq; datur ſecuritas a iudice & tunc ſerua quod habetur, & not. per gloſſ. & Iac. de Bello vi. in §. ſed neque in authen. de man. princip. colla. 4. Item datur ſecuritas a l. cultoribus agrorum & bobus & aliis animalibus ſemẽ portantibus, & omnibus rebus agriculturę neceſſariis vt. C. quæ res pig. ob. po. authen. agricultores. ſignata ſuper l. pignoris. Et quod dictum eſt in bobus animalibus idem intelligo ſi quis colat cum aſinis vel alijs animalibus, cum in vtroque ſit idẽtitas rationis. argument. ff. de contrahen. emptione, l. ſi in emptione. §. final. & infra de pala. ſacra. larg. l. fina. libro duodecimo. ibi. cum enim par ſimiliſque. &c. Et idem dico ſi cum vaccis, quia appellatione boum & vaccæ cõprehenduntur. ff. de vſuca. l. ſi aliena. §. Scæuola. & pro hoc. ff. de leg. 3. l. qui duos mulos. Et idem credo eſſe conceſſum vxoribus agricultorum ad inſtar vxorum militum. vt ſupr. de vxo. mili. l. 1. & clericorum. vt ſupra de epiſc. & cle. l. a. in fi. & doctoris atque medici. ſup. de pſe. & medi. l. medicos & de incolis. l. mulieris. Item etiam quandoque conceditur ſecuritas per canonem vt puta monachis cõuerſis & agricultoribus. vt extra de treuga & pace. c. fin. Vnde treuga nil aliud eſt quam ſecuritas data perſonis & rebus ad tempus diſcordiæ nõ finitæ & talis treuga poteſt dici ſecuritas conuentionalis. Item conceditur per canonem romipetis vt, 24. quæſtion. 3. c. ſi quis romipetas. & c. ſe. & extra de peregri. c. 1. Quãdoque datur ſecuritas ab homine, vt quando quis timet offendi ab alio & tunc quãdoq; petitur ſecuritas de re ad rem. & habet locũ ti. de dam. infe. de quo in l. qui bona. in prin. & in l. hoc amplius. §. conuentum. ff. de dam. infect. Quandoque petitur ſecuritas a re perſonæ: & de iſta non reperio in iure quia ſi domus tua minetur ruinam non debeo ibi tranſire. vt dicta l. quæ bona. §. 1. tamen poteſt implorare iudicis officium ſi eſt vicinus vt eam refici faciat. vt. l. præſes, ff. de offi. præſi. & l. ad curatores de damn. infecto. Quandoque petitur ſecuritas a periculo rei, & iſta eſt licita. vt in l. fina. infra de erog. mili. ann. & facit. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. q ſatiſ da. cog. & l. imperatores. §. fina. de appellatio. Quandoque petitur ſecuritas de perſona ad perſonam, quia timet ne inſidietur: & tunc poteſt petere vt caueat ne ipſum offendat: quia ſi pro rebus petitur cautio, vt in titulo de damno infecto. Multo magis pro perſonis cum anima hoc eſt animatum corpus debet præferri quibuſcunque rebus. l. ſancimus ſupra de ſacroſanct. eccle. & vbi maius periculum ibi maiori remedio & cautione eſt agendum. vt ff. de car. edic. l. 1. §. ſed ſi quis & 42. diſtinctio. quieſcam⁹ & 7. quæſtio. 1. cap. vero. & non dubium quin ſit maius periculum in perſonis quæ non recipiunt extimationem. ff. de his qui deic. vel eff. l. fi. & alle. caſus in l. Domicianus, circa finem ſecundũ vnam lecturam. C. de his qui ad eccle. confu. Quod intelligo ſi imminet iuſta cauſa, videlicet quod ſit talis metus qui poſſit cadere in conſtantem virum vt l. metum. cum l. ſequenti. ff. q metus cauſa. & conſtito iudici de inimicitijs. Vel ſi perſona ſit talis quæ conſueuit hoc facere, maxime ſi eſt potens. Item iudex debet conſiderare ſi timens ſit perſona, quæ veriſimiliter poſſit lædi, vt hæc colligi poſſunt ex dictis quæ habentur in l. metum. & l. illicitas §. ne potentiores. ff. de officio præſi. de re iudi. l. ſi quis ab alio. C. ſi quis impera. maledi. l. 1. de probatio. l. ſi ſciant. quòd metus cauſa. l. ſi per vim. & l. fin. de tranſact. l. interpoſitas. & extra quòd metus cauſa. capitu. ad audientiam. & de præſcript. capitulo litteras. immo cauſa & timor poſſet eſſe talis, quòd iudex concederet vt eſſet licitum ducere famulos vel ſeruientes. vt l. fi. in princip. infra de erog. mili. anno libro 12. & ibi notabilis glo. cuius expen. Si autem metus eſſet verus non eſſet præſtanda ſecuritas, quia non præſumendũ q quis ſit immemor ſuæ ſalutis. 1. quæſtio. capitulo ſcimus. pro quo. C. ad l. e. Iu. repe. l. fi. arbitu. l fi. infra de præpo. ſa. cubi. l. fi. lib. 12. Circa, q quæritur an petens ſecuritatem teneatur iurare. Et dico, q ſic ſcilicet, quòd veriſimiliter timet. pro quo ff. de dam. infect. l. qui bona. §. penult. & C. de nili agge. non rumpen. l. vna. Item circa petitionem ſecuritatis habet implorare iudicis officium. vt dicta. l. denunciamus. & dicto §. ne
7 potentiores. Sed an in dando ſecuritatem ſufficiat nuda cautio, quod ſic quia lex loquitur de nuda cautione, cuius appellatione non intelligitur fideiuſſoris datio. l. ſancimus. C. de verborum ſignifica. in contrarium videtur. quia cum fideiuſſoribus eſt nobis magis cautum. ff. qui ſatiſda. cog. l. prima. G. de Cungno. dicto §. ne potentiores. dicit, quòd debet conſiderari qualitas perſonæ a qua hic petitur. nam ſi eſſet idonea perſona locuples, & imobilia poſſidens: non erat neceſſe, quod præſtet fideiuſſorem vt d. l. fin. & h ſciendum. in princip. ff. qui ſatiſda. cog. Item ſciendum, q debet dare ſecuritatem pro ſe & ſuis familiaribus & alijs ſuis, quòd non offendat, &c. Ad quod l. qui inſulam. in fine. ff. loca. tamen non ab alijs. vt l. ſi merces. §. culpæ. ff. loca. Sed debet promittere per ſe & familiares ſuos; qui autẽ dicantur: dic vt ff. de lega. 3. l. ſeruos autem. Item dẽt promittere q nõ offendet me nec meos amicos ar. ff. de præca. l. cũ præcario. ad idẽ. l. ſi ſtipulanti.

lanti.ff.de verb. oblig. & l. 2. & l. non ſolum. de
vſu & habi. Et dicet ſic promitto tibi, &c. & vo-
bis iudici, &c. ꝙ non dabo per me vel alium in
perſonā ſua, nec ſuorum nec ſuis rebus in iuſte
damnum. & hoc ſub pœna centum librarum. ꝙ
poteſt fundari per l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de ver-
bo.oblig.& l.cœterum.de vſu & hab.& l.iſti qui
dem. §. qui tacuit. & §. nihil. ꝙ metus cauſa. de
agri.& cen.l.ſcimus.de epiſ.& cler.l. 2. & ſi qua-
cunque prædi. po. l. vna. circa medium. & in
feud. de prohibi. feud.alien. per Frederic. capi-
tu. imperialem, §.inſuper. Et quod dicit nec in
rebus ſuis dabit damnum etiam probatur per l.
vt vim. ff de iuſtitia & iure. & l.ſtipulatio iſta. de
verborum obligati.& C.vnde vi.l.1. Item quòd
dicit, vt iniuſte non dabit damnum, &c. ideo
dicitur: quia poteſt dare damnum iuſtè, & tunc
non infringere ſecuritatem: quia quod licitè fit
pœnam nō meretur.l.Gracus. C.ad l.iul.de adul
terijs, extra de iureiuran.capitulo ſicut.& capi-
tulo petitio.& eſt ibi bonus textus. Et eſt ſcien-
dum quòd ſi per iudicem non ſit ſtatutum tem-
pus ſecuritatis eiuſdem arbitrio relinquitur. ar-
gumen. l.ratum.ff. de ſolutio. & l.prima. in fine.
de iure deliberan.& l. ſi finita in principio. ff. de
nou oper. nunc.nec obſt.§.ſed neque.in authen.
de mand. princip. vbi datur tantum ſecuritas de
triginta diebus, quia loquitur de quadam ſecu-
ritate, quæ per iudicem præſtatur, vt ibi nota.
8 Circa hoc quæritur quid ſi petis cautionē a me
de non offendendo, & ego peto a te, vt mihi
caueas alias non tibi cauebo, an poſſim hoc iu-
ſte petere, & dico quòd ſic niſi ex vna parte eſ-
ſet iniuſtus metus, quia tunc non eſſet cauendū.
arg.ff.ſi cui pluſquam per legem.l.hoc autem, in
princ.& iſtud tenet Bar.in l.quæ bona §.ſi quis iu
xta.ff.de dam.infect.Item quæritur ſi coram iu-
dice huius loci ſit præſtita ſecuritas, & in alio
territòrio offenderit an teneatur infringēs ſecu-
ritatem, & dico, ꝙ ſic cum generaliter debeat
intelligi tam ratione contractus quam ratione
domicilij vt l.hæres abſens.& l.oēm.ff. de iudic.
imo poterit ꝯueniri coram iudice in cuius terri-
torio fuit commiſſum delictum. vt ff.de offi.præ
ſid.l. 3. Quid erit ſi iuſſus per iudicem recuſet
præſtare ſecuritatem? dic ꝙ tūc habetur pro præ
ſtita, ac ſi taceret. quia tunc vr̄ conſentire.ff.de in
terro.ac.l.de ætate, §.qui tacuit & §.nil. ff.de dā.
infect.l.ſi finita. §. eleganter extra de iuram. ca-
9 lum.c.fi.§. pœna. Item quæro quid ſi petatur a
clerico ſecuritas coram iudice ſeculari, an com
pellatur dare? nota quòd ſic in famoſo clerico,
vt extra ne cle.vel mona.c. ſacerdotibus. & pro
hoc facit extra de ſenten.excommuni.c. ſi cleri
cos lib.6. & pro hoc dicit Inno.quòd nunquam
aliquis gaudeat in malefi. extra de ſent. excom-
mu.c.vt famæ tuæ, & pro hoc in auth. de man.
princ.§.non permittas. Sed dico, ꝙ alias nō gau
debit iſte clericus priuilegio, niſi quia capiatur
per ſecularem, & remittet eum ſuo iudici, qui
prouideat ſuo ſubiecto, infra de priui.ſcho.l.hac
lege lib.12.quare videtur ꝙ ſaltim ſit talis male-
ficioſus retinendus per prædicta vt l.capite quin
10 to.ff.de adul. Et erit effectus huius ſecuritatis vl-
tra pœnas ſibi imponendas, de quibus dicetur ſu
per gl. ꝙ ſi ille cui eſt præſtita ſecuritas interficia
tur & ſint aliquæ coniecturæ contra illum, ꝙ eā

præſtitit, ꝙ tunc poterit condemnari ſine alijs
probationibus: pro hoc authent. vt li. ma. &
auiæ. §. pen. in fi.& ſupra de adul.auth. ſi quis &
alias ex ſola præſumptione in criminib. quis nō
condemnatur. quia ſanximus, &c. l. abſentem.
ff.de pœnis. Item eſt alius effectus ſecuritatis. q a
ex ſolis primis præſumptionib. poterit ille quæ-
ſtionari, quamuis alias de nouo præſumptiones
aliæ non fuerint.ff.ad Sylle. l. excipiuntur. Item
eſt alius effectus ſecuritatis, quia ille qui publicè
præſtat ſecuritatem magis dubitat ipſum inua-
dere, vt in auth.quomodo opor.epi.coll.1.§.igi
11 tur epiſcopus ordinandus.& §.& illuc.in tex.ibi
10.li auri. Not. pœnam ꝯ indebite exigentē tal-
clens alias nō valet, vt supra deb. vendi. plg. impe. non po, Quarto quod fiat re integra vel saltim tali tempore, quòd res non possit retractari vt supra de rei ven. l. si fundum alleg. & sic intellige hic, & ff pro emptore. l. aliena. alias nisi prædicta interueniant denunciatio non habet effectum, vt d. l, si fundum. no. ff. quæ in frau. credi. ait prætor. §. si quis particeps, & de materia denunciationis siue protestationis, vide plene per Bar. ff. de no. ope. nunc. l. non solum. §. morte.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Gregis diminutio qualiter probetur.*

2 *Mors qualiter probetur, quando animalia pereunt.*

Quod ad præsens. Duobus modis legitur, in glo. secundum primum scias quòd Imperator habet pascua multum magna, in quibus tenebat gregem suum, & alij homines, & rustici habebant similiter greges suos in eisdem pascuis, & tenebantur Principi ad hoc, vt quando vnus grex eius minuebatur debebat suppleri de gre-
1 gibus aliorum. & illi qui præerant gregi Principis vocabantur bastagarij: contingit ergo quòd quodam anno decesserunt multa ex animalibus Principis, dubitabatur quantum rustici deberent dare bastagarijs pro reparatione gregis Principis, Imperator statuit quod pro illo præsenti tempore sufficiat si illi rustici darent quintum animal. hoc est de quinque vnum, & secundum hoc hæc glos. quæ dicit quòd rustici præsentabant hoc omni anno dicit cōtra litteram; prouidet enim Imperator solum ad remedium illius instantis temporis, dum dicit quod quædam ad præsens remedium pertinet, non enim vniuersaliter prouidit pro omni tempore: ratio est quia secundum varietatem temporum contingit casus quod in quibusdam annis greges augebantur ex his quæ nascebantur, quandoque minuebantur, quandoque in magna, quandoque in parua qūātitate facit. ff. ad l. fal. l. pretia. §. nonnullam. Circa hanc lecturam quæro an sufficiat ei qui præest animalibus qui vult probare diminutionem hoc est mortem eorum, quòd anno illo contingit communiter, quòd de quolibet grege mortua est certa pars in regione, videtur quod non: debet enim clarè probare se amisisse arg. l. si creditor. supra de pigno. ac. & ff. loca. l. si quis fundum. § Imperator. in contrarium facit. l. ista. respondeo si quid tractatur de morte vnius animalis vel duorum quæ non pascebant gregatim, quod debet clarè probare, vt in l. prius alleg. si vero gregatim pascebant sufficit probare per istas coniecturas, durum q; esset quod pro qualibet oue quæ moritur vel deperit haberentur testes de visu: bene sufficit dicere quòd illo tempore sic communiter accidit in regione illa
2 arg. huius. l. idem dicitur dum tractatur de probando mortem vnius hominis; aut enim dicitur
a mortuus in exercitu a, vel conflictu aut in domo sua, vt probatur in l. si quid. ff. sol. matri. & tetigi in l. 2. §. si dubitatur. ff. quemadmo. testa. ape. similie dico in tutoribus vel curatoribus qui habent reddere rationes de aliquibus supellectilibus quæ visu consumuntur: sufficit enim probare, quòd in tanto tempore debent esse corruptæ tot ex illis supellectilibus argum. l. fi. supra de ali. pu. præ. Secundo modo legitur, vt bastagarij dicantur bociarij seu macellarij qui bestias vendunt, & occidunt populo ad minutum: pone ergo quòd statutum erat, quòd bastagarius daretur certus numerus animalium, quæ occiderentur & venderentur populo, contingit quòd venit magna multitudo hominum vnde ille numerus animalium non sufficiebat, statuit ergo Imperator pro remedio secundum istud instās tempus, quod detur quintum animal hoc est pro omnibus quinque, quæ dabantur addatur vnum, & hoc fiat pro reparatione humani corporis: facit quòd licet statutum dicat quòd illi tenent locum perusinum debent certam quantitatem piscium omni die ponere in platea: vnde si ex casu multitudo gentium superueniret possint cogi ad portandum plus, intātum quòd sufficiat ad multitudinem pro reparatione corporis humani. Bar.

ADDITIO.

a In exercitu. Adde quod mors probatur multis alijs modis de quibus per Bart. in l. quosiens supra de naufra. & in l. genero ff. de insa. & per Bar. in l. illa Bald. in cap. 1 quo tempo. miranuellt. in versi. feu. pe. de in l. proponebatur. ff. de re iudi. Bar & Ang. in l. 2 §. si dubitetur. hic alleg. Bart in l. fi. supra de edi. diui Adri. tolleo Lanfran. in repe. cap. quoniam contra falsam in § testium nu 107. in verbo qualiter probetur mors & ibi aliquid inotaui de proba. Panorm. in cap. quoniam frequenter. §. porro num 2. in versi. certitudo aliter extra. vt lit. pro Anto. Corse. singu. 183. in versic. mors Ioan. Ao. in addit. Spec in tit. de noto. cri. § fama versic. quid si ageretur, & per Bal. in l. 3 C. de proba. & in l. si quidem hic alleg. Panorm. in cap. in præsentia in versic. sola fama extra de spon. vnum tamen adde quòd mors debet probari per allegantem sicut vita, & per Bar. in d. l. si quidem vide Alex. consil. 4. col. 6. in 2. vol. & in consi. 25 in 4. parte.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Carcerem priuatum faciens, qualiter puniatur.*

Qui aliquem. Casus. Qui occultat aliquem ex textoribus punitur pondere quinq; librarum auri, hoc dicit Bart. In fi. tex. contra quòd imo capite pu-
1 niatur faciens priuatum carcerem supra de priua. car. inhi. l. 1. sed ibi inuitus hic volens argu. ff. de li. ho. exhi. l. 3. §. si quis volentem, vel aliter hic loquitur de his qui possunt habere priuatum carcerem. Bertran. prima videtur verior. In glo. in fi. sol. vt hic. vel dic q hic lo. de tingentibus q est dignius officium quam textorum, de quibus ibi loquitur arg. insti. de re. diui. §. si quis in aliena. Bertr. & sic apparet q tincturerij Montispesulani debeant in sedibus præferri canabasseriis cum habeat dignius officium, vt dicto. §. si quis.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Verba trina, dena, & similia in pœnis an importent geminationem.*

Qui

Qui textrini. Qui occultat aliquem de textoribus punitur pœna trium librarum auri. h. d. quæro dicitur hic trinis libris auri, quot sunt glo. dicit tres arg.
1 ff. de lega. 1. l. si quis testamento. Not. quòd in pœnis ista verba trina dena, & similia non important geminationem numeri secundum istam glo. Contra not. in prima cõstitutione. ff. §. hæc autem tria. communiter tenetur ista, vt plene examinaui in l. stipulatio ista. §. cum, qui. ff. de verbo. obliga. Bartolus.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Protestationis effectus quis sit.*
2 *Mulier monetaria prohibetur nubere extraneo, ex quo infertur ad statutum. mulier an conditionem sui viri sequatur.*

Edicimus. Mulier nobilis nubens monetario si post protestationem non recedit, efficitur monetaria mulier ascriptitia, nisi post protestationem à domino retrahatur eiusdem conditionis efficitur, & monetaria non potest extraneo nubere, hoc dicit Bar. tres partes habet. secunda incipit ibi si qua.
1 tertia ibi sed vt monetario. Not. primo de virtute protestationis seu denunciationis. nam qui eam protestationem cõtemnit perdit suum ius. facit supra eo. l. ingenuæ, & ff. de li. ag. l. 2. in prin.
2 & supra de remis. pig. l. si eo tempore. Not. ex fi. prohibitum esse mulierem monetariam nubere extraneis: facit ad. q. fit statutum quod inter homines diuersarum regionum non contrahatur matrimoniũ sub certa pœna, quæritur verum statutum valeat? & videtur quòd sic vt hic, in contrarium quòd non; quia aufert libertatem contrahendi matrimonium, ergo &c. ff. de verbo. oblig. l. Titia, & l. si diuortio, & de condit. & demonstr. l. cum ita. respondeo statutum non valet quantum ad hoc, vt faciat matrimonium vetitum, si contrahatur: quia cum sit sacramentum, & res spiritualis laici non possunt statuere contra illud, cum non sit de iure cõcessum. Sed an valeat ad hoc vt contra facientes puniantur, videtur dicendum quòd si quidem possunt honeste nubere seruata forma statuti, quia in qualibet secta sunt tot, inter quos possit matrimonium contrahi. & tunc facientes contra incidũt in pœnam, alias secus, vt d. l. cum ita. & l. seq. ff. de condi. & demon. & hac. l. Barto. In glo. ibi si liberi. Sol. ibi homo non habet sequi conditionem mulieris, hic autem mulier sequitur con-
a ditionem sui viri a, ideo secus arg. ff. de iurisdict. om. iud. l. cum quædam puella.

ADDITIO.

a Sui viri. Adde quod hic dicitur etiam habere locum mortuo viro: quia priuilegium mariti extenditur ad mulierem donec secundo nupserit. l. fœminæ, & ibi Bart. ff. de sena. & per Cy. in l. 1. supra de episc. & cle.

LEX VIII.

SVMMARIVM.

1 *Bastangarij qui dicantur.*
2 *Officium alterum impetrare nemo potest, antequam finitum sit primum, & an duo officia simul tenere quis possit, & qua pœna puniantur contrafacientes. num. 3.*

Aeternam. Bastangariis non licet ad aliam militiã transire nisi
1 illa completa, hoc dicit Bart. & sunt bastangarij illi qui præerant macello, hoc est facientes carnes ad sustentationem hominum, vt supra eo. l. quoad præsens. Bart. æternam expone, vt not. supra eo. in rub. in fi. & in l. 1. versic. super verbo semper scripsi, & vt not. ff. de serui. vrb. præd. l. cum debere. super verbo æternus in fi. tex. id est dato, quòd super hoc impetrauerint rescriptum
2 non valet. Dyn. Item not. ex hac. l. quòd nullus potest aliud officium impetrare, antequam sit finitum officium quod tenet. vt supra ti. 1. l. cum procuratores, & de leg. l. vniuersi. & supra cod.
3 l. 1. Item not. quòd quis non potest tenere duo officia, vt sup. qui mili. po. l. eis quidam, & contrarium facientes puniuntur pœna decem librarum auri, nec potest quis tenere duas præbendas, vel dignitates in eadem ecclesia, nisi vna sit alteri annexa extra de præben. c. de multa, & co. tit. cum singula. lib. 6.

LEX IX.

SVMMARIVM.

1 *Conchilium quid sit, & quid murex.*

Si quis nauiculam. Casus. Si quis subripiat nauiculam ad atramentum imperiale deputatam pœna duarum librarum auri tenetur, hoc dicit Bertran: secus si quis sibi vsurpet aliud officium, quia tunc punitur grauius, scilicet pœna sacrile-
1 gij, vt infra vt dig. ordo seruc. l. 1. Quæro quid sit murex, & quid conchilium glo. respondet quòd murex est piscis qui appellatur curnana marina, conchilium est qui cum præscinditur effundit lachrimas purpurei coloris, & tingũtur purpurea, & est tincta valde preciosa, ita quòd soli Principi ea valet & non aliis. Quædam est alia tinctura quæ ei assimilatur, vt color de grana quæ si in pano laneo apponatur scarlata appellatur in nostro vulgari, & videbitis infra ti. 1. l. 3. & 4. & fi. Bar. Super tota. l. contra quod imo pœna decem librarum auri debeat puniri qui subripit nauiculam supra de naui. l. 1. Sed dic quòd ibi est grauius delictum, scilicet de securitate fracta, & impedimento transuectionis publicarum specierum quæ ad exercitum portabantur.

LEX X.

SVMMARIVM.

1 *Lana, sericum vel linum quomodo tingantur.*
2 *Officiarius negligens qualiter puniatur.*

Lotas. Glo. intelligit hoc quòd hic dicitur blatæ, & metaxæ, sit genus cingæ vel purpureæ, & ponit pœnam officialibus qui passi sunt hoc contrarium fieri, & hoc secundum glo. Tu ponas casum aliter, ad cuius euiden-

1 euidentiam. Scias quòd quandoque tingitur la-
na sericum vel linum non filatum: quandoque
tingitur filatum in metassa seu blata non rexta-
ta, quandoque tingitur pannus post texturam,
Item not. ꝙ princeps habebat quosdam præpo-
sitos qui à tinctoribus res tinctas recipiebãt. præ-
cepit ergo Imperator quòd isti præpositi non
recipiant istas res tinctas nisi lotas seu lauatas,
nam vt moris est, post tincturam lauantur, &
si contra fecerint imponit eis pœnas hic dictas.
In tex. expone lotas id est lauatas, vt sic fieri cõ-
uenit post tincturam in posterum, hoc dicit, ꝙ
ante hanc. l. quandoque fiebat contrarium. se-
ries, hoc est seriosè ordinatæ, quod est ordine
ordinantur cum in tinctura iniunguntur. id est li-
nium, & liniserium secundum hu. loquitur ergo
de his quæ tincta sunt non filata, & metassę seu
ganetæ secundum vulgare nostrum sunt, quan-
do ea quæ filata sunt in messa seu ganeta redi-
guntur, & cinguntur. aliud quod sequitur est cla-
rum, & est argum. quòd illi quibus datur pan-
num ad tingendum debent reddere pannũ tin-
2 ctum & lauatum. Bart. Nota hanc. l. contra offi-
a ciarios regios negligentes[a], vel remissos in exe-
quendis his quæ statuta sunt vel mandata ad qd.
C. de offi. præto. l. si quos, & infra de fabricen. l.
fi. §. penulti. cum concor.

ADDITIO.

a Negligentes vel remissos. Adde istum in l. iudices num. 2. & quod ibi notaui in apostil. ad illum in ver. salarium supra de anno. & tribu. lib. 10.

LEX XI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteosis, si transeat in fœminam, & illa nubat ei qui velit esse de iurisdictione concedentis, retinebit emphyteosim.*

2 *Feudum amissum per feloniam baronis princeps non debet sibi appropriare, sed alteri baroni assignare.*

3 *Obseruantia regni castellæ circa traditionem castrorum, & cæterorum redditum, qui assignantur strenuis militibus.*

Murileguli. Murileguli si ad aliam di-
gnitatẽ transierunt ad cõ-
ditionem propriam retrahuntur, & res aliena-
tæ per eos reuocantur nisi emptor voluerit il-
lam conditionem subire, hoc dicit. Facit in ar-
gumentum, quædam sunt monasteria quæ ha-
1 bent possessiones cõcessas in emphyteosim sub
hoc pacto, quòd transeant in fœminã, quæ cum
nubat in extraneo, qui vult effici de iurisdictio-
ne monasterij, ꝙ retineat in emphyteosim, facit
supra de impo lucra. descrip. l. 1. Bar. murileguli,
id est colligentes pisces de quibus fit incaustum
Principis. Argum sumitur ex. l. ista. In secundo
2 dico ꝙ si aliquis baro committit feloniam pro-
pter quam mereatur amittere terrã suam quòd
Imperator vel Rex non teneatur illam terram
sibi appropriare: sed alij dare qui seruiat, secun-
dum ꝙ ille consueuerat facere arg. ad hoc supra
de decurio. l. si ad magistratum, & l. quidam in fi.
& ibi not. & l. quamuis. Dulius. Sed supradictæ.
ll. non multum faciunt ad hoc: quia nõ mirum
si curiis damnũ passis propter fugam curialium
cum bonis ipsorum satisfiat curiis vel substituti,
in loco fugientium, qui laborant in officio: sed
domini non constringuntur bona sibi confisca-
ta. s. alteri dare, imo possunt ea sibi retinere, vt
supra de bonis proscrip. l. si quis post hanc, & de
sen. passis, & re. l. 2. & l. fi. & si terram tenebat in
feudis à domino vel rege, tunc si delinquit con-
tra dominum; tunc feudum domino applica-
tur, vt in feu. quæ sit prima causa be. amit. §. de-
nique, & §. seq. vt suæ propriæ iniuriæ habeat vl-
tionem: si contra alium tunc defertur feudum
ad proximos agnatos, vt in feu. si vas. feu. priue.
3 cui defera. c. 1. Sed ista. l. facit per obseruantiam
regni castellæ, nam ibi sunt castellaniæ, & castra
cum certis aliis terris & redditibus, qui vocantur
militiæ, & cum moriuntur vasalli sine hæredi-
bus vel cum propter crimen condemnantur ad
perdendum bona conceduntur illæ militiæ ba-
roniæ, & castra militibus strenuis in armis, illi se-
quuntur regem, & suas acies contra sarracenos,
& ad hoc facit bene. l. ista in ratione. nam sicut
substitutis de quibus hic loquitur traduntur bo-
na illorum, qui deliquerunt officiariis vt ser-
uiant in officio, sic eodem modo traduntur mi-
litiæ prædictæ aliis vt deseruiant, vt illi faciebãt.
Bertran. de Securo.

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Filius matrisne an patris conditionem sequatur.*

1 Hi qui. Partus sequitur conditionem ma-
tris. h. d. Bar. In glo. ibi cum, vel
a dic hic speciale, vt s. de decurio. l. eos, & l. nati[a].
Sed regulariter contra, vt no. supra de decurio. l.
nullus solius supra de municip. & ori. l. filios, &
per hęc iura & per dissolutionem ipsorum dici-
tur ꝙ si aliquis nobilis ex genere contrahat ma-
trimonium cum filia alicuius plebei vel merca-
toris vel ignobilis, & suscipiat liberos ab ipsa, &
postea fiat miles sicut sui maiores fuerant, quòd
liberi prædicti sint nobiles, & priuilegia nobiliũ
habeant non obstan. ꝙ mater ipsorum fuisset à
parentibus ignobilibus procreata: pro quo facit
supra de decurio. l. exemplo, & ff. de sena. l. filiã,
& econuerso si mater sit nobilis, & ꝯtrahat cum
mercatore, vel plebeio filij ab ipsis procreati re-
putantur ignobiles, & ideo si emant terras vel
possessiones à militibus vel nobilibus ꝙ tenean-
tur soluere finãcias quas soluunt ignobiles emẽ-
do à nobilibus, & facit ad præmissa. ff. de sena. l.
fœminæ, & hoc vidi obseruari per curiales re-
gios leuantes financias de Securo.

ADDITIO.

a Et l. nati. Adde quod ibi notaui in apostil. ad istum, & in l. filios supra de munici. & origi. lib. 10.

LEX XIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium patris an prosit filio.*

2 *Priuilegium concessum scholaribus an extendatur ad eorum famulos.*

3 *Per substitutum an possit quis seruire.*

Si quis

Si quis ex corpore. Hoīes astri-
ctī conditio-
nibus huius tit. non pñt liberari nec ēt ex rescri-
pto principis, nisi dato substituto, qui solēniter
approbetur: & talis liberatio vltra personā eius
3 non porrigitur. h. d. Bar. No. secundum Dyn. q̃d
priuilegium patris non prodest filio, arg. ꝯ sup.
de professo. & me. l. medicos. & de proxi. sacro.
scrinio. l. in sacris lo. 3. in prin. & sup. tit. 2. l. eo. &
de epis. & cle. l. 2. sed dic vt ibi no & no. per Dy.
2 d. l. 2. sup. de epis. & cle. Item no. secundum Dy.
ꝙ priuilegium concessum scolaribus non pro-
dest eorum famulis. Sed dic arg. ꝯ inf. de comi.
consisto. l. 2. de priuile. scola. l. quotiens. in prin.
& d. l. in sacris & in auth. habita. sup. ne filius ꝓ
patre. Sed credo dicendum sic, qñ aut actus qui
exercebatur per familiam erat talis ꝙ immedia
te spectabat ad scolares, & noīe scolarium exer
cebatur: vtputa portabat victualia ad opus sco-
larium & hic non tenetur soluere vectigal: &
tunc extenditur. Si autem loquatur de illis quæ
fiunt nomine proprio & spectant ad eos princi
paliter tunc non gaudent priuilegio scolarium,
vt in dictis ll. alleg & ff. de preca. l. cum precario
& de vsu & ha. l. cæterum. & ff. de serui. se. l. pen.
3 Item nota, ꝙ subrogatus in loco alterius debet
vti eodem iure inf. de com. re. mili. l. 2. li. 12. hīc
nota secūdum And. ꝙ potest quis seruire ꝑ sub-
a stitutum.[a] C. de episco. & cle. l. quisquis. sup. de
decurio. l. nullus qui. Item no. ꝙ ex mala admi-
nistratione substituti primo conuenitur substi-
tutus secundo substituens. sup. de prædijs nauicu
la. l. fi. in fi. secūndum And.

ADDITIO.

a Per substitutum. Adde quod notaui in apos. ad istum pōst eum in l nullus qui nu 2. in apost. in. ver. 1. li 11. sup de decurio. li. 10. & ibi remiss. an & quando quis per substitutum seruiat.

LEX XIIII.

Priuatę. Qui assumūtur vt præsint alicui collegio hominum conditionatorum non admittuntur interim ēt ex sacro rescripto nisi satisdent idoneè. h. d. Barto. Quæro vtrum hoc sit verum in quolibet officiali publico ꝙ non admittat nisi satisdet, puto ꝙ nō sed spāle est hoc & in casu l. fi. §. imperatoris. ff. de admi. re. ad ci. perti. Alias demū de necessitate exigit fideiussor, si ipse nō est diues & idoneus, vt j. de fun. patri. l. qcūq; ad emphyteusim. Bar.

LEX XV.

Qui aut. Partus sequitur conditionē illius ex parentibus qui fuit murilegulus. h. d. & sic est casus specialis in quo partus sequitur quantum ad statum conditionem patris Bar. sic & de seruis fugi. l. fi.

De vestibus holoberis, & deauratis, & de intinctione sacri muricis.

Rubrica.

Super rubrica In fi. glo. dic declarando ꝙ quadā sunt vestes de auro puro textæ, & istæ sunt vestes holoberæ, quædam sunt vestes de serico auratæ, vt qñ aurum inuoluitur supra filum sericū, & istæ dñr deauratæ: quædam sunt in quibus non est aurum sed sunt tinctæ ex illa tinctura quæ fit ex murice & ex conchilio, quæ est adeo preciosa sicut aurum, & hæc videbuntur in legibus sequentibus. Bar.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Mulieribus permittitur vsus vestium auratarum quæ viris prohibentur, & quæ sit ratio diuersitatis.*
2 *Vestes preciosa mulieribus permittuntur, quæ maribus prohibentur.*
3 *Masculinum, an & quando comprehendat fœmininum.*

Auratas. Casus. Priuatus non dēt texere
nec conficere vestes aureas ad
opus priuatorum nec debent nec possunt tales
vestes aureæ confici nisi in locis publi. secundū
And. & Bar. auratas. i. quæ sunt totæ de auro pu-
ro quas in rub. vocat holoberas Bart ac sericas,
hic loquitur de vestibus auratis quæ nō sunt to
tæ de auro non autem de holoberis q̃ non sunt
totæ de auro. Odoff. peragaudas. i. ne totum au
rum ponatur in gironibus alicuius vestis. vel dic
secundo ꝙ nullus debet texere de auro in vesti-
bus priuatorum, sed tantum in pānis imperia-
1 libus. Odof. Vel dic paragaudas. i. girones vel lo
ra vestimentorum. Dy. in tex. ibi viriles, mulie-
ribus tamen non est prohibitum, & pōt esse ra
tio; quia talibus vestibus quis multum ornatur
& leges loquentes de ornamentis talium defe-
runt mulierib. ff. de auro & ar. le. l. Plautius: & j.
nulli licere in frænis. l. 1. §. nulli & esset magis
odiosum principi cum inter homines debeat
dignosci arg. ff. de acq. pos. l. 1. §. veteres de Se-
2 curo, Item no. hic ꝙ sicut mulieribus permitti-
tur, vt deferant vestes deauratas & marib. prohi
betur. Sic & aliquibus prælatis putà maioribus
concessum est portare mitras auratas cū gem-
mis, & aliquibus aurifrizatis, solum. inferioribus
vero prælatis est cōcessum ꝙ vtantur planis &
albis, vt extra de priuile. c. vt apostolicæ. li. 6. gi-
neciarijs, est nomen personarum hoc est texto-
rum si habes gineciarijs. Si vero hēs ginecijs, est
nomen locorum in quib. panni texebant. Bart.
No. ex hac l. ꝙ non licet viris portare pānos de
auro, vel de auro filatos, vt j. l. proxi. de cōsuetu
dine non seruatur hodie. Bar. alleg. l. istā, ꝙ statu
tum pœnale q̃d loquit in viro non extendat ad
3 mulierem. Circa hoc cū quæritur qñ sub mascu
a lino comprehendatur fœmininū,[a] dic quoniā
aut loqueris an sub virtute personæ cōprehēda-
tur & dico ꝙ non ff. de verb. sig. l. quisquis. aut q̃-
ris an comprehendatur ex legis interpretatio-
ne; & tunc aut verbum profertur ab hoīe ma-
sculini generis, & in eo casu aut in actu fauora-
bili

ADDITIO.

a Comprehendatur fœmininum. Adde Panor. in c. significauit, & quod ibi notaui remissiue in apostil. ad eum in ver. masculinum nu. 2. de rescri.

bili & tunc comprehenditur fœmininũ, & non
econtra.ff.de testa.tut.l.si quid ita in prin. & de
leg. 3. l. qui duos mulos. aut loquimur de actu
odioso, vt in exhæredatione & tunc non com-
prehenditur fœmininum.ff.de liber. & posthu.
l.cum quidam.& de ven.in posses.mit. l. 1.§.illũ
quæritur. aut profertur a lege, & tunc aut eadẽ
est rõ in masculino & fœminino,& tũc cõpre-
henditur fœmininum ff.de neg.gest.l.3.in prin.
& de constitu.pe.l.1.in princip.& ff.de iurisdict.
omn.iudic.l.si quis id quod.§.1.aut non erat ea-
dem ratio: & tunc non comprehenditur. ff. de
oper.libe.l.sicut.& de ritu nuptia.l. libertum in
fi.& hic.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Regi expedit subditos suos non abuti rebus.*
2 *Donatio vsque ad certam summam restringitur, nisi coram iudice fiat.*
3 *Quis possit per statutum prohibere delationem vestium pretiosarum, vel illis certam statuere formam, & nu. 4. vbi soluitur contrarium.*
5 *Vestes longæ sunt honestiores, quam breuiores.*
6 *Priuatis quarum vestium delatio sit prohibita.*
Clericus vestem virgatam vel tunicam deferens, an gaudeat priuilegio clericali.

Nemo. Nemo debet portare pannos au
raros vel de auro, nisi sibi fuerit
concessum specialiter & ab excellentia princi-
pali, & si contra fecerit grauiter punietur. hoc
dicit. facit hæc l.pro his quæ vidi proclamari de
mandato regis, vt quis non esset ausus vestem
alicuius panni portare nisi certi pretij, & non es
set ausus excedere illud pretium, quæro si illud
posset fieri de iure. dico quod sic per hanc l. &
pro hoc infra nulli licere in fræn.l. 1. Item quia
expedit regi vt sui subditi non exponant sua in
vanum vt insti.de his qui sunt sui vel alien. iur.
§.primo,& ff.de his qui sunt sui vel alien. iur.l.2.
Item potest restringi voluntas alicuius propter
bonum pub infra de metatis.l.votum,& inf. ne
2 rusticani.l.2. Item quia donatio restringitur vs-
que ad certum modum, si non fiat coram iudi-
ce,& est ratio ne sua deuastent C.de dona. l.da-
ta.& l.illud supra de sacrosanc.eccle. Item lega
ti vadunt cum sumptu publico,vt ff.de leg.l.le-
gatis. Sed certus modus est statutus in legatis mit-
tendis: quia tantum, scilicet tres possunt mitte-
re, vt ff.de legationibus. l. sciendum. & in cleri-
cis restringe, vt in authẽ. vt determi. sit nu.cle-
ri.§.primo colla.1. & hoc credo quod possit ta-
xari secundum magis & minus arg.ff.de ali. pu.
præstan:l.2.& 3.Nec obst. si dicatur, quod mu-
lieribus permittatur, vel quia est eis deferẽdum
vt dixi in text. quia dico quod mulieres minus
exponunt, quia maiori tempore eis durant.ff.
3 de leg.2 l.codicillos.§.insulam. Iuxta præmissa
a quæro si senescallus fecit statutum [a] ꝙ vxores
burgensium,& etiam mercatorum non portẽt
coronas aureas vel argenteas nec vestes lõgas
nisi vsque ad pedes,& contrarium facientes sta
tuit quod in decem libras condemnentur, an ta
le statutum valeat; & ipsas mulieres inuitas ad
obseruantiam restringat & videtur quod valeat
per iura in præcedenti quæst. alle. Item statutũ
pœnale possunt facere senescalli, vt supra de
noxa.l.2.cum ibi notatis.& ff. quod quisque iu-
ris. l. 1. & de regu. iur. l. nec ex prætorio & facit
ad hoc.ff.de priuile.credi.l. Anthiocensium. &
ff.de assesso.l.1.ibi edictis,& no. supra de decre-
ris decurio.in rub.Sed dico contra quia statutũ
ipsas non astringit argum.supra man.l. in re mã
data.& supra de contrahen. empt. l. dudum.&
supra de iudic.l.nemo exterius. Item statutum
contra.l.facere non potest vt supra de offi. præ-
fec.præto.l.formam. sed istud statutum esset cõ
tra hanc l quæ permittit mulieribus portare ve
stes etiam auratas prohibendo tantum viris hic
& sup.in l.1. Item licet statuta pro sua iurisdi-
ctione tuenda facere possint, non tamen facere
possunt statuta subiectis præiudiciaiia sine con-
sensu ipsorum cum dicta statuta concernant fa
ctum seu commodum vel incommodum sub-
ditorum, vt in feudis de pace ten §.post Natale
Sanctæ Mariæ,& arg.C.de auth.præsta.l.fin.ma
4 xime cum sunt contra l. Et si dicatur quod hoc
contrariatur eis quæ dicta sunt in alia q. præce-
denti. Respondetur ꝙ sibi adinuicem non con-
trariantur: quia q.præcedens loquitur de prohi-
bitione quæ fit authoritate regia, qui potest sta-
tuta rationabilia facere in suo regno ad instar
præfecti prætorio, qui potest l. condere in pro-
uincia sui regiminis, vt d.l.formam. Item prohi
bitio supradicta tendit ad maiorem vtilitatẽ, &
ad maiorem euitationem damni subiectorum;
cum sæpius homines se induant quam semel in
anno vel bis, sed vna garlandia seu corona suf-
ficit ad vitam mulieris, & possunt vendi post tã
to precio quanto fuerunt emptæ vel quasi, &
sic non agitur de euitando tanto damno sicut
5 supra. Item vestes longæ sunt honestiores quã
breues, & ideo personæ religiosæ prohibentur
portare vestes breues vel minus decurtatas, &
ideo aduocati deferebant togam .i. vestem ma-
gnam & longam,& sic dicebantur togati, vt su
pra de aduo.di.iudi.l.si quis de togatis.& l.ne qs
& ad hoc facit bene ext.de vita & ho.cle. vbi p-
hibentur religiosi portare epitogia alijs vesti-
6 bus breuiora. Item nota hic ꝙ sic est prohibitũ
priuatis deferre vestes deauratas sicut est prohi
bitum tunicas vel camisias in paragaudis deau-
ratis,& hæc sunt argumento quod clerici con-
iugati si deferant tunicam virgatam non gau-
b dent priuilegio clericali, [b] pro hoc extra de
cleric.coniugatis. capitu. primo, libro 6. Sed
credo quod si tunica sit aperta ex toto quia de-
fert cotardiam desuper indutam, quod tũc gau
deat

ADDITIONES.

a Fecit statutum. Adde de hac q. Bald. in l.quod non rõne.ff. de legi.in fi.vbi tenet ꝙ tale statutum valet, sed ꝙ non debet extendi per illam l.de qua vide per Cardin. in prohe cle.in ver.vniuersitati q.2.Bar Cæp.in l.mulieris de verb.signi.& in trac.de ser.rusti.ti.de seruit.aque haustus.

b Priuilegio clericali. Adde de hoc Gemi.c.1.nu.2. & quod ibi notaui in apost ad eum in versicu.ipso iure extra de vi & ho.cle.li.6.Philip. Fran.ibidem nu.2.& quod ibi etiam notaui in apostil.ad eum in versi.sententia quod no.in fi. & in c.1.nu. 1.vbi etiam addidi ad eum in ver.tonsuram & vestes de cle. coni li.6 plenissi.per Alex.consi.8.volu.1.& consi.61.volu.4. & consi.72,& consi.177.vol.1.

deat priuilegio:pro quo facit dictum c. 2. extra de vi.& ho.cle.c.2.in cle. in viridem quoque cē semus,ibi cum dicis,publicè, vt exponamus publicè. i.patenter.Item si patenter portaret tunicam virgatam vel supertunicale virgatum, seu partitum licet possit detineri per iudicem secularem, vt ext.de sen.excom.c.si iudex laicus li. 6. tamen resumendo vestes clericales resumit priuilegium, vt no.per Doc.iuris canonici in præalle.c.1.ext.de cle.coniug.de Securo.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Ratio eadem vbi est, ibi idem ius esse debet.*
2 *Scarlatam priuatis portare non licet.*
3 *Lex ista loquitur de tincturis pretiosis, cum quibus tingebantur vestes imperiales.*
4 *Pœnæ sunt molliendæ, & restringendæ.*

Vellera. Duo prohibentur hac l. primo ne quis tingat vestes suas aliquo colore, qui habeat instar muricis. nam cum verus color muricis est prohibitus, ergo & eius similis. Secundo prohibetur quis ne primo colore de rodino superposito tingat vestes suas quocunque alio colore siue habeat instar muricis siue non. Sed debet primo imponere colorem album, & postea imponat qualē vult dummo-
1 do instar muricis non habeat & h.d. No. in primo casu vbi eadem ratio ibi idem ius: & dic vt ff.de ver.obl.l.Titio. Secundo no. quod non deber fieri fraus legi & alia via inueniri, vt ff. de transac.l.cum hi.§.si cum lis. secūdum Andr. de Barulo. vel pone casum sic, nō debens lanæ vel pāni tingi aliquo colore simili colori muricis.
2 h.d. Nota ꝙ non licet priuatis hominibus portare scarlatam cū sit species similis purpureæ: Nota ꝙ non licet viris tingere vel portare pannos habentes similitudinem cum tunica muricis.& sic de iure non licet habere vestes de scarlata & imponitur pœna capitis vt hic in fin. Ex quo habes ꝙ pro minimo delicto imponit magna pœna. infra l. proxi. modificabitur quod ad præterita Barto. Vellera. idest lana. adulterino. i. prauo in tex. ibi rodino. i. tinctura cuiusdam piscis quasi dicat non debet postea purpureo colore detingi, cum priuatis sit concessum alijs vti coloribus secundum Dullium. & ibi cum de albo. & est ratio quia vestimentum album pōt bene alium colorem recipere: sed vestimenta alterius coloris maxime preciosi nō possunt ex post contrarium vel diuisum colorem recipere secundum Odof. & forte hic casus non reperiretur alibi. Sed quæro quæ est ratio ꝙ nō debeāt vestes priuatorum tingi cum tinctura quæ fit cum rodino: & ad hoc dicunt quidam ꝙ ex eo, quia talis tinctura erat cara, & ideo vt nō nimis expendant subiectis prohibuit Imperator hoc, quia ipse volebat subiectos esse locupletes in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. 1. colla. 2. Sed ego credo ꝙ hæc fuit ratio, quia cum tincturis decocto murice & rodino piscibus fiebant tincturæ cum quibus vestes imperiales tingebātur, & fuit prohibitum priuatis vestes talibus tincturis tingi, vt sup. quæ res vendi non po. l. 1. Sed quæro quare tam grauis pœna imponitur pro his? Resp. propter contemptum, & quia offendunt principem tingendo vestes priuatorū cū tincturis cum quibus vestes imperiales dicuntur tingi, & sic debent puniri contemptores, q̄a inobedientia & contemptus etiam alias puniunt grauiter, vt ff. de re milita. l. 3. §. in bello. cum ibi not. & sunt hæc in arg. ꝯ illos qui contemnunt prohibitiones & banna pœnalia iudicum quod pœnis statutis puniri debeant, alias parum prodesset obedientibus sua obedientia si contumacibus sua contumacia non obesset: contempta enim maiestas non debet impunita remanere, vt ff. de iurisd. om. iudi. l. si familia de interroga. act. l. de ætate. §. qui tacuit. & ff. de ope. no. nunc.
3 l. 1. ibi iure vel iniuria &c. Item quæro circa hāc l. si priuati vestes vel pannos tinctas & tinctos iterum lauare & tingere de tincturis cum quib. tinguntur panni gētium prophanarum vel plebeiorum faciant, an incidant in hanc vel aliam pœnam? & credo quod non quia quæ non sunt prohibita cuilibet sunt permissa, vt sup. de reli. l. statuas. & l. ista non obstat quia loquitur de tincturis preciosis cum quibus tingebantur imperiales vestes: nam & de incausto facto de cocto murice & conchilio fiebat incaustum de quo rescripta principis signabantur, & cum dicto incausto nullus priuatus aliquid scribere debebat, alias esset puniendus si hoc faceret. sup. de diuersis rescriptis, l. sacri affatus, & supra quæ res vendi non possunt. l. 1. sed cum incausto q̄d fit cum gomis & alijs speciebus scribuntur omnia alia. idem dico in vestibus tinctis si interim tinguntur cum herbis vel alijs tincturis communibus cum quibus panni priuatorum tingūtur. nam si cum rodino tingerentur haberet lo-
4 cum pœna huius l. Item pœnæ sunt molliendæ & restringendæ. ff. de pœ. l. si præses, & l. interpretatione. & l. si absentem. & ar. ff. ac. & ob. l. Arrianus. & ff. de lib. & posthu. l. cum quidā. Item hic prohibet vestes, & pannos tinctos tingi cum murice vel cum rodino, ergo cum alijs tincturis non vetitis permissum videtur argumen. ff. de iudic. l. cum prætor. & supra de procurat. l. maritus. ad quod facit. ff. solu. matrim. l. si cum dotem. in princip. & l. si vero negotium. §. de vno. Item de tincturis modici precij cessāt ratio prohibitionis: quia cum talibus tincturis modici valoris non tinguntur vestes principum, & ita tingendo non parificant se principi nec suum patrimonium minuunt: sed potius maiores expen. euitant, & ideo hæc lex non habet locum, nec eius pœna. argumen. ff. de iure patr. l. adigere. §. quamuis. De Securo.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Stamina vulgo dicuntur tramus.*
2 *Miles captus an debeat habere stipendia.*
3 *Vestes preciosæ per statutum portari prohibitæ an veniant in legato vestium.*
4 *Crimen læsæ maiestatis committit, qui præsumit portare vestes soli principi conuenientes.*
Vestem clerici scindens an incurrat excommunicationem.

Temperent. Hæc lex est facta ad mo dificandum præcedentem quæ imponebat ita grauem pœnã, in qua verisimiliter multi incurrunt, præcepit igitur Imperator φ nullus audeat possidere dictas species seu dictos pannos quæ cõueniunt soli principi & domui suæ. h. d. Primo in prima parte. Secunda incipit ibi, nec pallia principis, φ nullus in domo sua texat tales pannos vel pallia. Tertia incipit ibi proferantur. iubet quod quicunq; habet dicta pallia, seu dictos pannos de dictis coloribus, proferantur in publicum & fisco tradantur. Quarta incipit ibi nulla stamina. cum supra prohibuerit ne texantur panni in totum tincti conchilio. hic prohibet ne contexantur panni qui habent stamina de filo dicto colore tincti. Quinta incipit ibi ne eiusdem, prohibet ne fili tincti dicto colore pro trama ponantur in
1 pannis. In text. ibi imperfectionis, idest tinctionis. licet glo. aliter exponat. decurrant quasi dicat sola tincta dicto colore non currant per telam sordidam arguto pectine, & est sensus sicut supra prohibuit stamina fieri de dictis filis, Ita prohibet infra fieri stamina quæ in vulgari appellantur tramus. Sexta incipit ibi reddenda. præcipit quod vestimenta holobera, idest de auro puro offerãtur & dentur ærario. Aerario. s. dicta fila & dicta pallia de quibus dixi supra in tribus proxim. versiculis. posset etiam legi cum sequẽ. Septima incipit ibi nec est. dicit quod nullus potest conqueri de istis vestibus si non rehabeat precium, quia satis est quod propter dictam alienationem ipse mereatur immunitatem a pœna capitali quæ imponebatur per l. præcedentem. calcatæ leg. dicit illa quæ nõ feriantur. vnde cũ propter istam oblationem liberentur a pœna præcedẽ. l. merito dicit calcatæ leg. impunitas. Octaua incipit ibi, nisi quis. dicit quod sequitur ex oblatione habet locum in præteritis, sed si quis in seruitutem contra prædicta fecerit pu-
2 nitur crimine l. iul. maiest. Not. argum. ex hac l. pro prioribus idest consulibus istius ciuitatis q sæpe faciunt l. quod omnes soluentes collectã antiquam infra certum tempus liberentur a pœnis quas incurrent. cum enim pro modico imponitur magna pœna, & multi in eam incidunt, videtur licitum vt per aliam. l. concedatur impunitas. Item per hanc l. potest imponi casus. &
3 l. cum lex. ff. de leg. Vltimo hæc l. potest induci ad quæst. cum sint statuta per Italiam quod mulieres non possint portare certa statuta ornamẽta & certos pannos; quod si maritus vxori suæ pannos, & ornamenta & res ad eius vsum paratas legauerit an debeantur illa prohibita porta-
a ri [a] ex forma alicuius statuti. de hoc dicam. inf. titu. nulli licere in frænis. l. 1. & tetigi in l. quamuis ff. de auro & argen. lega. Barto. contra hanc l. est supra l. 1. & 2. vbi non prohibentur mulieribus tales vestes deferri: sed solis viris. hic autem contrarium ibi, cum cuiuscunque fuit sexus &c. Solu. hic loquitur de mulieribus vilis cõditionis, ibi de nobilibus. de quo. infra titu. 3. l. 1. §. nulli. vel dic quod hic prohibetur maribus, & fœminis deferre in l. contrariis. sed non viris, quod est contra aliquas mulieres portantes
4 vestimenta aurea. Item not. ex fin. l. quod in crimen læsæ maiestatis nedum quis incidit dum in personam principis machinatur, vt supra ad l. iul. maiest. l. quos quis. sed etiam qui præsumit facere vel portare vestes soli principi conuenientes. Et sic facit quod ille qui scindit vel qui rumpit vestes clerici incidat in pœnam excõmuni-
b cationis, [b] qui quæ adhærent religiosis religiosa sunt. ff. de rei ven. l. qua religiosis. & 17. q. 4. cap. si quis suadente. In glo. quæ incipit idem si pedes Bartholomæus Brixi. In eadem glo. dixit idem sicut si ipsum percuteret. quia eadem violentia fit personæ. ff. de iureiuran. l. si est quæstionis. sed forte posset responderi, quod in dicta l. dicitur actione iniuriarum agi potest, nec potest negari quin etiam clericus hoc casu posset agere hac actione: sed non sequitur quod ob hoc sit excommunicatus quia requiritur iniectionem manuum vel pedum in personam clerici factam fuisse, vt extra. de senten. excommunica. cap. nuper. circa medium. & illud est iniuriam facere vel inferre, quæ etiam verbo infertur, vt supra de iniur. l. si non conuicij. & aliud est facto inferre: & tunc oritur actio iniuriarum, vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. & tunc bene incideret in canonem latæ sententiæ, vt in præallega cap. si quis suadente. & extra de sentent. excommunicatio. cap. contingit. Sed Inn. supra quod scindens vestes quas defert clericus eis vestitus incidit in sententiam excommunicationis: secus si essent separata a corpore clerici. & plus dicit quod si caperet per frænum rocinnum clerici æquitantis, quod esset excommunicatus: quia violentia personæ videtur inferri propter cohærentiam & sic ipse dicit in c. nuper. sup. proxi. allrg.

ADDITIONES.

a An debeãtur illa prohibita portari. Adde tu quod licet Bar. in l. quamuis per istum alleg. teneat indistincte φ non Bal. tamen in l. cum te sup. de dona. ante nup. & in rub. supra de condi. furti tenet φ saltem debetur illarum vestium æstimatio quẽ ad hoc refert & sequitur Franciscus de Cre. sing. suo 64. inci. statuto huius ciuitatis: pro quo adde eundẽ Bal. in l. in legatis. sup. de leg. & Lodo. Ro. & Moder. in l. multum. ff. de verb. ob.

b In pœnam excommunicationis. Adde Guil. de Cug. in l. si qua per calumniam nu. 4. in ver. sed pone φ ego non percutio corpus sup de episc. & cle. & Guid. Pap. deci. 315. & ibi nu [illegible] in apostil. ad eum.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *In officio suo negligenter se gerentes, debent salarium perdere.*

2 *Captus ab hostibus non habet stipendia.*

Purpure. Prohibet imperator fieri nundinas. i. mercationem siue cõmercia a priuatis vestium imperialium, idest purpurarum, & ad hoc, vt huiusmodi mercationes possint melius cohiberi vult imperator φ certis temporibus mittantur certi scriniarij ad hæc commertia prohibenda: quod si male excercuerint hanc solicitudinem eis cõmissam perdent omnia salaria quæ de publico consueuerunt habere, & soluent 26. lib auri. & quod mittebantur scriniarij, idest septimus de scrinio exceptorũ, q erant tũ. 7. scriniarij, sextus de scri-

nio

nio canonum quia isti erant 6. quintus de scri-
nio tabulariorum quia isti erant quinque. & ita
mittebatur vnus de quolibet scrinio. & sic erant
1 tres, quibus hæc committebantur. Nota ꝙ qui
negligenter se gerunt in officio suo debent per-
a dere salaria, ª quæ de publico percipiebant, vt
hic. & sup. de anno. & tri. l. pe. immo est honore
& administratione priuandus. vt sup. de offi. præ
fec. præto. l. si quos. cum simili. ibi nota. An. hæc
l. a contrario sensu facit, quod si Papa concessit
alicui vt quandiu steterit in studio possit perci-
pere fructus suæ ecclesiæ, modo propter aliquã
cãm vacet studium nunquid priuabitur isto pri-
uilegio, arg. hic ꝙ non priuatur, cum non sit in
culpa, vt ff. de var. & extraord. cog. l. t. & loca. &
conduc. qui operas. In ꝯrium vř quia ideo datur
priuilegium, vt quasi faciant, & ideo cessante cã
&c. sup. de excu. mun. l. 1. & de prose. & me. l. 1.
2 Item pro hoc quamuis non sit in culpa captus
b non habet stipendia. ᵇ inf. de re mili. l. t. lib. 12.
De securo. Hoc intelligo verum si longo tẽpo-
re studium vacare habeatis: quod verisimiliter
ibi non remanend. propter mortalitatem guer
ram vel similia. quia tunc habebit priuilegium,
etiam tempore quo ad domum rediit. ff. ex qui.
cau. ma. l. qui mittũtur. §. t. & l. si tui. §. 1. alias au
tem si modico tempore studium vacaret vt ꝓ
pter aliquas ferias repentinas: aut alia iusta cau
sa & crederem nõ perdi illud priuilegiũ. Sic po-
test intelligi. l. & si per prætorem. §. si feriæ. ff. ex
qui. cau. ma. & ff. de re mili. l. non omnes. §. qui
ab hostibus. iuncta l. scio. cum concord. ff. de in
integrum resti. & ff. de lega l. 2. ibi An. ex neces-
saria causa.

ADDITIONES.

a Perdere salaria. Adde istum in l. iudices nu. 2. & quod ibi notaui in apost. ad eum in ver. salarium. sup. de anno. & tribu lib. 10.

b Non habet stipendia. Adde Bar. Ang. & Bal. in l. 1. inf. de re mili. li. 12. Bal. in l. fi. sup. de cõdi. inser. in fi. & Spe. in ti. de loca. §. postquam col. 8. versi. quid si faber. & vtrum debeat redimi per decem exercitus vide eundem in ti. de iudi. §. spe cialia vero ver illud autem quæritur, & seq. vbi disting.

De fabricensibus.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Armorum vsus est priuatis prohibitus, & vtrum possint in domibus, ad eorum & patriæ tutelam seruari, & num. 2.*

1 Super rubrica No. hic ꝙ in statuto
quo prohibentur ar-
ma teneri per priuatos nõ continentur lapides
& fustes. Sed vř ꝯ de legibus, quæ dicunt ꝙ appel
latione armorum lapides & fustes continentur
ff. de vi & vi ar. l. 3. §. 1. & ad l. Iul. de vi pub. l. hi
qui. Sed dic ꝙ quædam q̃ de sui natura nõ pos-
sunt applicari ad alium vsum nisi ad vsum ar-
morum vt ensis & lancea, & talia continentur
sub nomine armorum. & sub statuto de quo dř
hic, & ita intelligitur glo. ista. & ff. ad l. Iul. de vi
publica. l. 1. quædã ẽt sunt quæ ex natura sui ge-
neris applicantur ad alium vsum, & circa ista
est distinguendum, quia aut tu quæris vtrum ap
pellatione armorum contineantur ante malefi
cium commissum, & dico ꝙ non continentur
vt est in lapidib. vt ff. de auro & arg. leg. l. quam-
uis. aut quæris an post maleficium commissum
comprehendantur: & dico ꝙ sic, & ita intelligũ
2 tur in contrarium alle. Sed nunquid est licitum
a tenere saltim arma ª in domo propria ad defen
sionem. & vř ꝙ sic. ff de iusti. & iu. l. vt vim. & ff.
de vi & vi ar. l. 1. §. vim. & ideo videtur licitum
cum sine his non posset quis defendere. ff. de ꝓ
cu. l. ad legatum. & de iurisd. om. iudi. l. & quia,
& l. 2. Sed contra videtur. ff. ad l. Iul. de vi pub. l. t.
& l. pe. & in auth. de armis. §. pe. nec ob. l. contra.
quia omnia sunt licita &c. quoniam vnũ nisi ex-
presse fuerint prohibita: sed omnia arma sunt
prohibita tam in inuadendo quam in defendẽ-
do: quia princeps vnicuique videtur dedisse se-
curitatem prohibendo arma. arg. in authent. de
man. prin. § patrocinia. ff. quod metus causa. §.
non est verisimile. & ff. ad l. Iul. ma. l. t. Sed certe
hodie derogatur huic. l. & similibus per genera-
lem consuetudinem prouinciarum aliarum cũ
hodie armorum factores non eligantur a te pu
blica arg. ff. de legi. l. de quibus. & facit ꝙ de vsu
dicitur vt in auth. vt proprio nomine impera-
to. §. 1. vnde tempore harum legum nullus ibat
ad exercitum nisi esset personaliter electus, vt
ff. de re mili. l. qui cum vno. §. qui filium. & erãt
destinati in certis locis isti milites quorum auxi
lium implorabatur cum indigebat res publica.
sup. de offi. præto. l. 2. § quantos autem. sed ho-
die ab vsu recessum est. ideo etiam iura armo-
rum prædicta sunt abrogata.

ADDITIO.

a Arma. Adde Lodouic. Rom. sing. suo 263. incip. prohibitum est.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatio an succedat loco rei, & pro re solui possit, & num. 2.*

Omnibus. Ad euidentiam no. quod fa
bricenses sunt qui faciũt ar
ma publica de ferro, quod dabatur eis a priuatis
qui pro tributo soluebant certam spẽm ferri fa
bricensib. Dř ergo hic ꝙ qui debet soluere fabri
censib. ferrum non liberatur soluendo æstima-
tionem; quia fraus posset fieri fisco soluendo
aliud pro alio: quia minus solueret quam vale-
ret ferrum quod debet solui. & ita no. ꝙ aliud ꝓ
1 alio non debet solui. Item no. ꝙ qui tenetur ad
aliquod munus non liberatur soluendo æstima
tionem vel redimendo onus pro pecunia, vt su
pra de excu. mu. l. illud. & ff. de mu. & hon. l. exti-
mationẽ. An. Vel pone casum sic pecunia pro
2 tempore solui non debet fisco. h. d. Not. hic vi-
detur casus contra rectores huius ciuitatis qui
in suis electionibus promittunt dare communi
duas balistas certi valoris. postea volunt dare

quantitatem non audiuntur. casus est hic in terminis, licet regula sit quod aliud pro alio solui non possit inuito creditore, vt l. 2. ff. si cer. pet. In tex. ibi speciebus fabricæ debitis. Dy. In tex. ibi. venerabilis, alias notabilis. no. hic materiam ferri dici nobilem secundum Dulium. ibi liquescat. no. quod ferrum quod cito liquescit melius est. Dulius. fraudibus. i. fraudum committendarum Dy. consulatur faciendo arma. Dy.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Aeternum quid dicatur.*
2 *Papa euocat episcopos non vt reddant rationem administ. sed vt pecuniam extorqueat.*

Primicerium. Ista l. tractat de priuilegio primicerij, & primicerius est qui præest fabricensibus qui recipiebat arma facta a fabricensibus, & reponebat in publicis armamentis: iste primicerius qui per biennium durauit in suo officio habet immunitatem omnium munerum, & etiam habet dignitatem protectoris vt veniat singulis biennijs adoraturus imperialem æternitatem. Not.
1 quod adoratur principalis maiestas. Item not. quod dicitur æterna, improprie, cum quia nihil est æternum nisi Deus. vt ff. de serui. vr. præ. l cum debere. An. In textu primicerium, qui præerat fabricensibus. Dy. honoreque, quia quilibet tenetur eum honorare per biennium. i. in fine cuiuslibet biennij. s. veniant ad principem. i. eo. ideo vt magis sint diligentes in eorum officio: & vt reddant rationem quot loricas & quot & qua-
2 lia arma fecerunt in isto biennio. Sicut Papa facit coram se episcopos euocari non vt rationẽ administrationis audiat: sed vt pecuniam ab eis extorqueat. Odoff.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Signa deferenda per fabricenses, quæ, & qualiter imponantur.*
2 *Cicatrix an sit verum signum notionis, & ibi de teste qui dicit se noscere talem ad certam cicatricem.*
3 *Offerens se in manibus abbatis post votum religionis emissum, an fiat monachus statim ante susceptum habitum.*
4 *Licentiatus an possit impetrare per rescriptum, vt habeatur tanquam doctor.*
5 *Seruientem offendens, qui non portabat insigne principis, cui seruit an puniatur.*

Stigmata. Fabricensibus sicut tironibus stigmata infiguntur: & qui eos celauerint cum eorum liberis fabricæ
1 vendicantur. hoc dicit Bart. Primo quæro quali-
a ter ista signa infiguntur. [a] possumus dicere quod imponebatur aliquod signum, sicut videmus hodie aliquos portare aliquod signum panni in brachijs. Sed hoc non est de mente. l. quia fugiens poterat celare vnde infigitur in carne. vt not. in l. penult. vt ff. ex quib. cau. malo. Ista l. probat vnam solennem practicam. Si quæratur in iudicio de aliquo homine quærendo vtrum iste qui tali tempore fuit in studio, vel qui sic fecit: & talis testis dixerit se cognoscere quia vidit, & inspexit faciem eius, valet eius dictum, vt l. cum in diuerso. ff. de religi. Sed vt de facto accidit inuenitur homo mortuus cuius facies est adeo deuastata, quia non potest per eam cognosci, certe deueniendum est ad alia signa cor-
2 poris. Vnde si testis dicat, & recognoscit quod
b est talis ex tali cicatrice [b] quam habet in aliqua parte corporis, quod talis testis recte probat: casus est hic. facit etiam vt animalia ex istis signis seu stigmatibus recognoscantur, & ideo de consuetudine est inuentum vt equi, & alia animalia signentur certis signis quibus recogno-
3 scantur. Barto. Et ex istis habetur: nunquid si aliquis vouerit religionem, & se obtulit in manibus abbatis: nunquid incontinenti est monachus ante habitum susceptum, & efficiatur intestabilis. & per l. istam cum similibus supra positis. videtur quod incontinenti non sit monachus: immo interius sit habitus sicut, & hic stigmata. Nam & miles ex tunc fruitur priuilegio militari ex quo in numero est receptus, non ex quo est electus, vt ff. de re milita. l. antepenul. & vltima. Sed contrarium credo ex quo constat de voto, vt modo dixi vt sis monacha, nec requiratur habitus vt extra de regu. capitu. porrectum. quod ponit hunc casum. An. Facit quod
4 si aliquis fuit licentiatus, & a Papa impetrauerit, vt sit tanquam doctor, quod non valeat impetratio quia birretum est insignium doctoris, & hoc insignio stigmata imponuntur, vt ff. de officio proconsul. & leg. l. prima. Item quia talia signa multum faciunt, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. & l. prima. §. sed & qui domini. & supra de lati. liber. tollen. & pro hoc. ff. de testamen. milita. l. ex eo. Item princeps non videtur donec habeat insulas, vt l. bene a Zenone. supra de quadri. præscrip. quia non habetur pro completo cum aliquid deest, & facit ad præmissa. ff. de legat. 3. l. librorum. §. quod tamen Cassius, & extra. de rescript. capitu. Rodulphus. Super quo vide quod habetur, & nota. per Innocen. & alios Doctor. iuris cano-
5 nici. in capitu. super literis. extra de rescriptis. Item hæc l. facit argumentum, quod si aliquis percutiat seruientem qui non portabat baculum, quod non teneatur maiori pœna quam si priuatum percussisset, si ignorabat ipsum esse seruientem: ad quod facit quod de iure fisci, l. sed si accepto, quia vestes & baculus depictus sunt signa per quæ cognoscuntur, & discernuntur deferentes quales sunt, & ad hoc melius. ff. locati. leg. si ignorans. & ff. de rerum diuision. lege sanctum. quia legati portabant

ADDITIONES.

a Infiguntur. Adde spe. plene in tit. de procu. §. 1. versi. item quod est mues.
b Ex tali cicatrice. Adde Anthoni. Corse. firmæ in singul. suis in ver. testis incip. dictum testis asserentis &c. vbi refert Barto. hic.

rabant herbam vt cognoscerentur, & ad hoc faciunt etiam iura superius alleg. & ext. de sen. excom. c. si iudex. lib. 6. & inf. de aquæ ductu. l. pen. sed si sciebat eum esse seruientem tunc secus: quia certum certiorari non oportet. vt ff. de ac. empt. & ven. l. 1. §. fi. Sed ignorans excusatur: & si non a toto tamen a tãto, vt ff. de termino amo. l. 2. §. fina. & sup. de tabu. l. generali. De securo. & sic in percutiente clericum non incedentem in habitu clericali, vt nota. in dicta l. si ignorans. ff. loca.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua qualiter probetur, & quis eam probare teneatur.*
2 *Vocandi sunt illi quorum interest. & qui sunt illi quorum interesse dicitur nu. 4.*
3 *Fratres prædicatores, vel minores non possunt in eorum religione recipere debitis obligatos.*
5 *Percutiens seruientem, qui non portabat baculum an teneatur eadem pœna, ac si portasset.*

Si quis consortium. Hic ponitur ordo qualiter quis ad fabricam suum ordinem pŏt conuolare: & dr̃ hic, ꝙ qui vult esse de consortio fabricensium debet venire coram suo iudice vocatis illis quorum interest: & qui lædentur ex tali incorporatione, & coram actis debet probare se non esse subiectũ alteri corpori ciuitatis nec alteri obnoxium. præstans hanc cautelam fuit electus & inuenitur alteri corpori obnoxius restituitur illi corpori cui primo fuit obnoxius. An. Edoceat. i. probet Dy. suscipiatur per magistrum fabricensium. Odos. oppresserit. i. per mã
1 datum admissus fuerit. Et nota hic probari ne-
a gatiuam [a] sic, & alias in auth. de hæredi. & fal. §.
si vero absunt. super verbo vidisse. circa fin. in ver. item no. quod negatiua &c. & de hoc habet extra de elec. c. bonæ me. No. tex. pro opin. Inn. qui dicit quod quando negatiua est causa alicuius intentionis quod ille qui negat debet probare. vnde si dico te excommunicatum quia non soluisti vel non es audiendus in iure quia non soluisti collectas, tu qui excipis debes probare. Ita notat ipse in cap. super his de accusa. & Cyn. in l. 2. C. de iure emphy. in 5. qõ. Item videtur de hoc tex. inf. l. hoc iure. ff. de verbo. ob. & ibi dixi.
2 Bar. Item nota quod vocandi sunt illi quorum
interest, vt hic, & sup. si minor ab hære. se absti. auth. omnes. & ff. de mino. l. in causæ. §. causa cognita. & ff. de adopt. l. nam ita. & inf. de omni agro deser. l. quicunque defectum fundum. §. fi. & sup. de auth. præst. l. fin. & extra. de testi. cap si-
3 gnauit nobis. Et est in argum. l. ista ibi obno-
xium &c. quod fratres prædicatores vel minores non possunt aliquem recipere in ordine qui sit obligatus alicui. & argum. in auth. de san. epi. §. si quis autem monachicam. nec debet ad ordines promoueri, vt extra de obli. ad ratioci. c. 1. secundum Dulium. Er ego quod hospitalarij Sancti Ioannis de hoc inquirebant quando recipiebant fratres. & de hoc interrogabant eos &
4 super alijs & bene faciebant. Et circa hanc l. quæro
qui possunt esse quorum interest: dico ꝙ illi quibus posset esse præiudicium quia illi sunt vocandi l. nam ita. ff. de adop. & sup. de auth. præstan. l. fi. & l. in causæ. § causa cognita. ff. de mino. Sed nunquam debebunt vocari singulariter? dico ꝙ non sufficit quod generaliter vocentur cum p̃cone, vt no. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. hoc autem. §. 1. & ex qui. cau. ma. l. ergo, & sup. de re. pig. l. si eo. tempore. & si hypothecas. Sed quæ est ratio huius l. dico, quod cum esset astrictus alij curiæ esset denudare vnum altare, vt aliud cooperiretur: quod esse non debet. i. vnam curiam ꝓpter aliam denudare, vt l. cæterá. §. sed & si quis. ff. de leg. 1. & sup. qui pot. in pig. hab. l. assiduis. Item
5 præmissa superius alleg. videlicet l. nam ita. &
aliæ eius concordantiæ faciunt, ꝙ quando priuilegia vetustate, vel alia causa sunt corrupta, vel deleta, vel quando instrumenta, vel testamenta reficiuntur, vel interim grossantur, debent vocari illi quos tangunt, & qui possint damnum pati ex refectione. de hoc dici consueuit. sup. de discus. l. ne casus. An. & Doc. & ibi plene scripsi in d. l. ne casu.

ADDITIO.

a Probari negatiuam. Adde Lanfr. de Oria in c. quoniã, contra falsam in prin. ou. 3. ver. tertio nota, & quod ibi notaui in apost. ad eum in ver. corporis, & seq. & §. testium depositiones in fi. ver. & negatiua non potest probari extra de proba. & Panor. c. de testib. nu. 1. vbi et notaui in apost. ad cũ in ver. ad certas personas & locum ext. de purga. cano. & ibi an & qua. negatiua sit probabilis, & cui probandi onus incumbat.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Fabricensium priuilegium quod sit.*
2 *Priuilegium concessum marito prodest vxori.*
3 *Priuilegium datum doctoribus videtur etiam datum familiæ eorum.*

Iure prouisum. Fabricenses cum sobole tenentur fabricæ seruire, & vnus tenetur pro alio de corpore. In tex. ibi periculo. periculum est omnium qui sunt in numero illo vel collegio. gerant. i. solli-
1 cite aduertant qualiter socij faciant. No. casum
in quo vnus tenetur pro alio. simile in l. fin. sup. de naufra. alia similia notantur per gl. in l. 1 §. si plures. ff. de exerci. not. argumentum pro statutis Florentinorum qui dicunt ꝙ vno delinquente de vna agnatione cæteri tenentur. facit infra de primipilo. l. si, ratio istorum statutorum, & l. est quæ hic in text. ponitur Bar. prouisis. s. fabricen. committitur. i. male administratur Dy. speculam. i. malam administrationem Dy. Not. ꝙ
2 si ab vno de corpore delinquitur ad omniũ trã-
sit dispendium, vt sup. de naufra. l. vlti. & ibi not. secundum Dulium. & specialiter nominatores vt supra de suscep. l. 2. li. 10. Item hæc l. est in arg. ꝙ dñs tenetur de facto suorum curialium, vt supra de conditis in pu. horreis. l. a & ibi de hoc dici ꝯsueuit. & ibi no. & in auth. de indi §. hæc aũt. & ff. de offi. procõs. l. 4. Itẽ facit ꝙ pr̃ pŏt per filiũ duelare. & ff. de legationib. l. legendũ. §. legati,

quod est verum si alle. aliquam necessitatem vel causam iustam, vt no. de clerico violatore pacis. §. rusticus. In glo. posita super verbo aut omnino. & ibi per Iaco. de Bello Visu. alias contra arg. ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. §. si quis. & de
3 condi. & demon l. qui hæredi. in prin. Item facit
4 pro statutis villarum vt amissa per ignem emendentur per vicinos. ad quod ff. de incen. rui. naufra. l. ne quis. & sup. de naui. l. fi. & facit. ff. de decurio. l. decurionibus lapsis, & argu. supra noua vectiga. inst. non posse. De secuto.

LEX VI.

SUMMARIUM.

1 *Fabricensium priuilegium quod sit.*
2 *Priuilegium concessũ marito prodest vxori.*
3 *Priuilegium datum doctoribus videtur etiam datum familia eorum.*
4 *Dignitate finita an duret priuilegium dignitatis.*

Eos qui inter. Fabricenses, & eorũ vxores & liberi durante eorum officio vel finito non possunt nisi coram præfecto prætorio vel magistro officiorũ conueniri. h. d. Bar. Sed dic clarius secundũ An. de Barulo. quod hæc lex tractat de priuilegiis fabricensium. & duo priuilegia dantur, vnum durante officio ibi vsque eos &c. & aliud finito officio, quod potest esse quando fuit fabricen. electus ad tempus regulariter in perpetuum, vt su-
1 pra l. proxim. Primum ergo priuilegium est ꝙ ipsi & filij sui, & vxores suæ debent conueniri coram magistro officiorum durante officio. Tandem quod etiam post finitum officiũ sunt immunes a personalibus oneribus. Ex quibus
2 not. quod priuilegium mariti prodest vxori. corruscant enim radiis maritorum, vt in authen. de
3 consulibus & ff. de sena. l. r. in fin. & l. fina. Item not. quod priuilegium quod datur doctoribus legum & aliarum artium videtur datum suæ familiæ, vt supra de proxi. sac. scri. l. in sacris. in princip. & supra de episcop. & cleric. l. 1. & 2. & expresse supra de profe. & me. l. magistro. in fin.
4 & dic plene vt ibi not. An. Item not. quod dignitate finita durat beneficium siue priuilegiũ dignitatis, vt infra de silen. l. decurionibus. & l. vlti. infra de magi. scri. l. 1. & ibi not argum. contra. infra de agen. in re. l. eos. & dic vt ibi nota. & in præal leg. l. 1. inf. de mag scri. & facit ad supradicta sup. de excu. mu. l. eam quam. Et sunt hæc in argum. Rex Franciæ fecit fieri arrestũ quod causæ appellationum nulli committantur nisi sit in officio regio, contingit quod quædam causa appellationis fuit commissa cuidam iudici ordinario, lite contestata ibi in causa ipse renunciauit officio iudicaturæ. Quæritur si de causa prædicta possit nihilominus cognoscere & ipsam sententiam calculo terminare vel finire. & videtur quod non quia deuenit ad statum talẽ, quo committi non posset. argum. ad hoc ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ. §. fi. & l. seq. quæ incipit; quia in eum casum. & pro hoc. ff. de operi. lib. l. plane. & facit. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. sacerdotio. & ibi est casus conuersus. Sed quod possit cognoscere. facit j. de veteranis. l. fi. li. 12. & no. de hoc in simili extra de rescri. c. statutum lib. 6. per G. de Baiio. & per alios Doc. Sed videt quod si fuit commissa causa sibi vt iudici. & officiario, quod iudex successor in officio cognoscere posset resumptis processibus in statu in quo inueniuntur, vt inf. de offic. deleg. c. quoniã Abbas. & in auth. vt nulli iudi. §. & hoc vero. Si autem fuit causa commissa nomine proprio expresso non appellatiuo, quod tunc posset cognoscere & diffinire argum. ff. de stipu. seruo. l. si seruus communis.

LEX VII.

SUMMARIUM.

1 *Negligentia, & tarditas iudicis, seu officiarij est punienda.*
2 *Magnus magis punitur quam paruus.*
Bannitum recipere an possint prohibere ciuitates ibid.
3 *Seneschalli tardantes venire ad exercitum cum armigeris puniuntur.*
4 *Animalia subditorum, an possit princeps sine salario capere ad portandum victualia de vno loco ad alium si bis indigeat.*

Nullus. Tria dñr in hac l. Primum a quib. fabricenses debeant abstinere vsque ibi: quotiens &c. Secundum, ꝙ sit seruandũ in translatione armorũ vsq; ibi, ꝙ si aliqua tarditas. Tertio de pœna imponenda ei per quem translatio est tardata. Primo ergo dr̃ ꝙ fabricensis non dẽt conducere agros alienos: quia non debent intendere culturæ agrorum & alienarũ rerum: sed huic operi tm̃ intendere; si ꝯ fecerit perdit agrum q sciens eius conditionem sibi eũ locauerit: & ipse fabricensis pœna punitur exilij bonis oĩbus publicatis. Secundo dr̃ ꝙ magister officiorum qui præest translationi armorũ cũ vult arma transferre in hanc sacratissimã vrbẽ, vel in aliam prouinciam, dẽt scribere p̃fecto p̃torio numerum armorum, & locũ in quo sunt transferenda, vt sic p̃fectus prær. inueniat p præsidem prouinciæ sufficiẽtes angarias. i. naues cũ salario publico ꝙ est notabile, & per has naues fiat translatio armorũ. Tertio dr̃ ꝙ si præfectus fuerit negligens ꝯ hoc, & sic fuerit tardata armorum translatio punitur in l. libras auri. Si vero præses fuerit negligens punitur in 30. & ista pœna applicabitur fisco. & h. d. ad prin. s. loca. l.
1 fi. cum sim. An. No. ex hac l. negligentiã & tarditatem iudicis, seu officiarij puniendam, vt supra de naufra. l. pen. & ibi not. Item no. in versi. illo quotiens sane &c. vbi dicitur conueniat &c. aliquem conueniri extra iudicium simplici verbo vt in sacra scriptura. Vos inquam conuenio ô
2 Iudæi. Item no. magis cõueniri præfectum prætorio quam moderatores prouinciarum, & sic magis punitur magnus quam paruus. vt sup. de epi & cle. l. patri. & probatur. sup. de naufra. l. de submersis. & ff. de incen. rui. naufra. l. pedibus. de quo per Cy. C. de sum. tri. & fi. cath. l. nemo contra. extra de iudic. c. nouit ille. vbi dicitur ꝙ ita iudicat dominus paruum vt magnũ, sed ibi loquitur de pœna spũali aut de ordinatione inter partes facienda. Et est arg. l. ista, In prima parte ꝙ ciuitates pñt ordinare, ꝙ nullus debeat hospitari

a spitari aliquē bannitum,[a] nec dare aliquod auxi
lium: & si quis contrafecerit amittat domum
in qua hospitatus fuerit vel subeat aliquam
poenam, sicut hic statuit imperator contra locā-
tes prædia tollenda fabricensibus. & hoc si aliqs
sciēs aliquem esse bannitum fuerit hospitatus, ꝙ
scientiam non ignorantiam volumus obligari
vt supra de tabul. l. fina. & melius. ff. de pen. l. me-
trodorū. facit ad hoc bene ēr ff. loca. & ꝓduc. l. si
quis ignorās cū ibi notatis. Itē facit bene ad pmis
sa in feu. de pace iura. fir. §. receptatoribus. & ff.
de recepta. l. 2. in authe. de lenonibus. §. præconi
zamus. & §. si quis autem patiatur & sup. de fal.
mone. l. 1. §. domus autem. Nisi esset supina, &
crassa ignorantia. vt ff. de iur. & fac. ign. l. regula.
3 & l. nec supina secundum Dulium. Item hæc lex
facit contra seneſcallos tardantes venire cū ar-
migeris ad exercitū regiū infra tempus assigna-
tum, vt puniantur si culpa vel negligentia potest
eis imputari, secus si fuerint diligentes: sed casu
aliquo fuerint impediti propter quod venire in-
fra dictum tempus non potuerūt vt ff. si qs cau.
l. 2. §. quod dicimus. §. sequen. & §. penul & final.
& in authen. de his qui ingrediuntur ad appell.
§. 1. & 2. & ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. suffi-
cit. & l. sed cū tēpore. In tex. conueniat vult dice
re ꝙ præfectus prætorio receptis litteris magi-
stri officiorum. seu magistri ipsius fabricæ man-
det præsidi illius prouinciæ vt prouideat de ani-
malibus & nauibus vt ea arma deferant sumptu
publico. & ita expone ꝯueniat. idest admoneat.
seu denunciet ipsi moderatori prouinciæ, ibi cō
festim publico, vel dic, quòd priuati non debent
compelli eorū sumptibus ad talia præstāda quæ
sunt principi necessaria. Et ita innuit text. iste cū
gloss. ꝙ si princeps indigeat animalibus ad por-
tandum sibi victualia de vno loco ad alium lo-
4 cum: ꝙ non debet animalia subiectorum recipe
re sine salario. ad ꝙ sup. de nauicula l. cum nauar
chorum. in fin. & nota in prohemio ffōrum in
prin. super verbo sanctionē. & ff. de iniur l. sexa-
ginta corpora in fi. licet contrarium videatur de
nauibus non excu. l. 2. de sacrosan. ecclesi. l. iube-
mus nullam. & supra de qui. mu. ne. se excu. li. l. 2
& vt ne liceat ab emptu. spe. se excu. l. 1. Sed dic,
ꝙ illæ leges loquunt in casu eminentis necessita
tis & vbi princeps nō habebat de suo alias nō es
set sibi licitum vt not. in l. neminem. supra de sa.
san. eccle. Bart. Munerarium quid sit vide supra
de suscep. l. modios. & infra de accu. l. mune. lib.
12. quorum interest idest ad quorum officiū per
tinet super istis prouidere. Dyn. conuenientibus
idest sub disiunctione transeuntibus vel idest
per negligentiam omittentibus. Item no. ex hac
l. curiales nō debere se dedicare culturæ agrorū:
nec debere se inuoluere alijs negocijs sic supra
si curialis relic. ciuitate rus habitare ma. l. 1.

ADDITIO.

a Aliquē bānitū. Adde Bar. in l oēs. infra de agr. & cēsi. isto li.
& i. l. sæpe. §. ideō sūt de fid. inst. & Alex. in l. 1. ff de recep. arb.

De veteris nummismatis potestate.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Aureus & solidus aurei an sint idem.*
2 *Decem aurei valent librā argenti. vnus aureus 20. libras aeris. de vncijs & dragmis, & scrupulis ibidem.*

1 Super gl. Rubri. ibi & solidus auri. idem
est sed hodie aliter seruatur
Barto. Sed dic hoc ē verum quoniā exprimitur
per vel etiam per l. solidus auri & tunc est ibi au-
a reus & solidus auri.[a] sed quando simpliciter ex
primitur solidus auri si proferatur a iure tunc ēt
idē est, vt idē sit solidus & aureus. sed secundū cō
suetudinem intelligitur de solido minuto idest
monetæ minutæ. vt per Bar. in l. quotiens. infra.
alleg. in gl. ibi imago Mathei. 22. capitulo. in ea-
dem glo. ibi. l. quotiens. Sed hodie ad pondus flo
rentinorum. 96. statuunt libram auri vt ibi dixi.
2 Bart. In argento autem. 10. aurei valent librā ar-
b genti[b] vt supra de ar. pre. quod the. infer. l. vna. li.
to. & vnus aureus valet 20. libr. æris vt supra de
coll. æris. l. vna. & 12. vnciæ faciunt libram auri.
nisi alia sit consuetudo vt supra de metallis l. ob
metallicum. & octo dragmæ faciunt vnciam. &
tres scrupuli faciunt dragmam: vt not. eod. ti. l. 1.
de quo scripsi latius in d. l. ob metallicum. in fin.
glo. rubricæ ibi de fabri. l. 2. melius. de fal. mo. l. 1.
& ibi per Cyn. & idem quod hic not. infra. de iu-
re reipub. in fi. glo. rubricæ.

ADDITIO.

a Aure[9] & solidus auri. Adde tu solidi vel aurei qualiter intelli
gantur Alex. in l. fi. ff in ius voca. & in l cum de indebito co
lum. fina. de probatio & in l. quotiens. sup. de suscep. & Arch.
isto libro.
b Decem aurei valent libram argenti. Adde de oībus his li-
bris istum & quod notaui in apostil. ad eum in l. vn. nu. 1. in
ver. libra auri. supra. de ar. præ. quod thesau. infertur lib. 10.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia qualis esse debeat in forma & specie, & nu. 2.*
3 *Reprobam pecuniam tenentes, vt contrahentes fraudentis incidunt in pœnam.*

Solidos. Puniūtur extra ordinem priuati
emētes & uendentes refutantes
aureos siue solidos ueterum nedū modernorū
principum auctoritate formatos dūmodo sint
boni auri & recti ponderis. hoc dicit An. & Dy.
1 In tex. ibi ponderis. scilicet de quo dicit gl. rubri
cæ. Bar. speciei probæ de iure ut tantam utilitatē
afferat in forma quantum in specie, & ut tantū
valeat ille aureus si redigatur ad massam quan-
tum valet in forma vt dicit tex. ff. de contrahē.
emp. l. 1. ex quo sequitur ꝙ impensa cudenti dēt
fieri de publico: licet Innocen. aliter dicat in ca.
quanto extra de iureiuran. Quæro per quem de-
clarabitur ꝙ iusti ponderis & boni auri. Respon
deo per illum qui præest & positus est ad hoc. vt
supra de ponder. & auri illa. l. 2. lib. 10. Bar. ex hac
l. not. ꝙ antiqui aurei non debent refutari, dum
2 tamē sint legitimi ponderis. Sed quid si non sint
legitimi ponderis nunquid debent recipi pro la
bore. Iste textus facit argumentum quod a cōtra
rio sensu. Item reputatur falsa talis moneta quę
non hēt pondus legitimum. ff. de fal. l. quicunq;.
nam duo sunt de specie legitimæ monetæ. vt
not. ff. de contrahen. emp. l. 1. in princ. & de ver-
bor. significa. l. Paulus respondit. & ideo non de-
bent recipi pro aliquo pcio. ff. de pigno. ac. l. ele-
ganter. §. qui reprobos. Iuxta præmissa quæro si
aliquis

aliquis habet pecuniam reprobam si poterit eã
tenere vel petere æstimationem sibi dari secun-
dum valorem intrinsecum. & credo quòd si bo
na fide ãn recepit & tenuit credens bonam & le
galem esse, quod sit excusatus a crimine ar. ff. de
ludi. l. si quis perferendum. eodem titu. l. si falsus
§. si quis alienum. & 14. quæst. 5. capitu. si quis. &
ca. multi. falsum enim non committitur sine do
lo. vt supra đ fal. l. nec exemplum. immo talibus
bona fide tenentibus & cum ad noticiam eorũ
deuenerit tradentibus super hoc deputatis dabit
& soluetur quod per tales deputatos erit æstima
tum vt. §. eos. infra alle. ad quod supra de me. &
metal. l. 1. & ff. ad sillei. l. lege Cornelia. & de rei
vendi. l. item si verberatum. vnde cum primum
tamẽ apparuerit sibi eam esse reprobam debuit
eam ostendere superiori, & tradere, & ipsum re-
quirere, vt eam faciat æstimari: & illis qui sunt
deputati pro recipiendis monetis & tradendis
monetariis ipsam tradi & æstimationem sibi
solui. vt in authen. de collectoribus. §. eos. 2. er-
go nũmmularij ad hoc deputati habent notitiã
talium, & ad eos in talibus deputatos quibus est
data potestas capiendi & recipiendi monetas ta
les & frangendi debet recurri, vt ipsas faciant
cõflari & in alias pecunias eas conuertant, si eis
videatur faciendum cum ad ipsos pertineat ta-
lia facere & monetas fabricare. argu. ff. de peric.
& com. re i ven. l. lecto. & audiui quòd curiales
regij faciebant publicè clamari, quòd monetæ
tales vel similes apportarentur certis deputatis,
qui eas perforabant & conflari faciebant, & ꝙ
eis auferri debebant & per ipsos approbari facit.
supra de ponder. & auri illa l. 1. & l. fi. Si autem
3 subditi mala intentione reprobas teneant, vt cõ
a trahentes fraudarent, tunc inciderent in pœnã [a]
vt ff. ad l. Corneliam de fal. l. falsi. § ordine. & l.
diuus. 2. & in eo. titu. l. falsos. in dubio autem dic
vt scripsi. supra de murilegulis. super l. 1. in glos.
fi ibi ex ordine. vt ff. de effractoribus. l. 1. §. expi-
latores.

ADDITIO.

a Inciderent in pœnam hoc est verum nisi doceret se ab alio habuisse licet testes non deponant de nomine ita singul. not. Bart. in l. maiorem supra de fal. quod intelligo verum quãdo persona expediens est persona honesta alias teneretur de nomine deponere ita not. Barto. in l. lege Cornelia. ff. de fal. & Alex. in l. sacularij. de extraord. cri.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Tex. huius legis quomodo sit intelligẽdus hic declaratur.*
2 *Aestimatio, quæ est ab initio non potest decrescere nisi auctoritate principis.*
3 *Moneta qualis debeat in solutione attendi, quando valor prima est mutatus.*

Pro immunitione. Si æstimatio
seu precium
monetæ minuatur est necesse vt ipsi aurei qui
sunt precia rerum pro illa minori accipiantur.
& eodem modo precia rerum seu specierum ve
nalium debent diminui seu decrescere. hoc di-
cit secundum Dulium. & Doct. vel sic, diminu-
ta æstimatione floreni diminuitur æstimatio re
rum, quæ vẽduntur ad florenum. hoc dicit Ray.
vel sic. cum precium solidorum decrescit opor
tet precia rerum diminui. hoc dicit. Dyn. Inde
1 hic text. videtur loqui de valore extrinseco, ibi
quæ in extimatione solidi &c. vt si florenus va-
leat viginti solidos, voluit princeps vt tantũ va-
leret decem solidos vt in exemplo. si sextarium
frumenti tempore venditionis esset extimatum
seu appreciatum ad vnum florenum tempore
quo florenus valebat. 20. solidos & postea man-
dato principis florenus est redactus ad 10. soli-
dos. illud quod constabat siue erat appreciatum
vel venditum ad 10. solidos quod erat precium
vnius floreni. & hoc videtur dicere hic text. cum
dicit in æstimatione solidorum &c. Vel potest
loqui de valore intrinseco vt si in floreno erant
duæ vnciæ auri & fuit diminutus in materia, ꝙ
hodie non sit in floreno nisi vna vncia forte
mixta cum ære de mandato principis, & vt in
exemplo sextarium frumenti vendebatur pre-
cio vnius floreni aurei eo tempore quo in flore
no erant duæ vnciæ auri, qui forte vt in exem-
plo valebat viginti solidos, nunc autem diminu-
ta æstimatione seu valore intrinseco floreni da-
bitur nũc seu soluetur florenus pro minori sum-
ma scilicet. 10. solido. cum ipsi aurei qui sunt
precia rerum sint diminuti, & minus valeãt quã
ante: & sic tradentur & recipientur pro minori
precio cuiuslibet rei: & istum intellectum vide-
tur hic sequi glo. In tex. ibi specierum idest rerũ
2 venalium Dyn. In glo. ibi auctoritatem. ex hac
glo. habes ꝙ æstimatio quæ est ab initio non po
test decrescere nisi auctoritate principis vel ab
eo deputati. quod intellige vt dicam. infra l. pro
xi. Sed quæro quomodo decrescente æstimatio
ne aurei decrescit æstimatio rerum, cum cres-
cat & decrescat per se vt. l. precia rerum. §. non-
nullam. vt. ff. ad l. fal. Respon. vt colligitur ex
summario: non enim intelligas vt res dentur
pro minori precio, sed dabitur pro tot aureis, &
dicitur decrescere ideo quia aureus minus va-
3 let. Barto. Allegatur lex ista. pone aliquis pro-
misit tempore bonæ monetæ centum, vel le-
gauit, & postea antequam dies solutionis eue-
niret moneta est mutata. quæritur de qua mo-
a neta sit facienda solutio [a] dic quòd si non est
conuentio in contrariũ & moneta sit mutata vt
forte sæpe accidit & diminuta in pondere vel
in materia tunc est facienda solutio de moneta
antiqua quæ currebat tempore contractus. non
tamen reprobata vel de moneta noua in tanto
tamen pondere & tali materia in quibus erat
moneta tempore contractus. vt cap. olim. extra
de censi. & argu. l. si filius. cum concor. ff. de ver-
bor. obligat. Si autem moneta non est mutata
in pondere nec in materia sed in æstimatione
vel

ADDITIO.

a De qua moneta sit facienda solutio. Adde Bal. in l. secunda §. 1. supra communia de lega. & in l. illud ad fin. supra. de sacrosan. eccle. pleoius in l. accepiam. quæstio. 17. infra de vsur. & in apostil. ad Specu. in titulo de obli. & solu. versiculo obligatio legalis & ibi Specu § nunc aliqua versiculo fin. Card. omnino in clem. 2. quæstio. 12. & 13. de deci. & Oldra. consi. 13. 31. & 249.

vel valore vel eius cursus totaliter sit reprobat' & debitor non sit in mora: tunc sufficit, φ soluat monetam nouam in eadem tamen materia, & bonitate ac pondere quibus erat moneta antiqua tempore contractus. vt l. res in dotem. ff. de iure do. & l. cum quid ff. si certum peta. Si autem debitor fuerit in mora tunc tenebitur creditori ad interesse vt l. binum. ff. si certum peta. & l. in hac de tritica. de quo latius per Doct. in iuribus supra allega. & per Cyn. in l. in minorum. C. in qui. cau. in inte. resti. non est necess. & per Innocen. in capitulo empto. extra de iureiuran. & per Specul. in titulo de solu. in fine in quarta parte tertia particula. & plenius per Hostien. in summa de censi. ver. quis census soluendus sit. & magis clare per Bar. ff. de solu. l. Paulus. versi. quæro quid si moneta est mutata.

L E X III.

S V M M A R I V M.

1 *Aurei oēs debent æquali æstimatione capi alias punit̃ contrafaciens.*
2 *Monetæ valor debet per principem indici. Et an possit haberi recursus ad superiorem quando minus valor indicitur per ciuitatem monetæ quam fabricat. nu. 3.*
4 *Solutio in qua moneta sit facienda.*
5 *Falsarius monetæ per quem puniatur.*
6 *Monetam falsam scienter expendens, an teneatur tanquam falsans illam.*

1 Vniuersos. Casus. Omnes aurei debẽt accipi æquali æstimatione & contrafaciens grauissime punitur. hoc dicit. Et eodem modo punitur, qui aureos radendo diminuit Anton. ibi æternales vultus radendo solitum vel scindendo de imagine imperatoris aliquid violare, imiscendo æs vel alio modo Dyn. circa principiũ l. ibi vniforme precium habet verum si sint eiusdem ponderis valoris & formæ iuxta. l. 1. & 2. supra eod. secus si essent aurei diuersæ formæ & diuersi valoris vt sunt floreni de Francia & floreni de Arragonia. Item secus si aurei essent diuersæ formæ, diuersi ponderis, vt sunt Franci: & scuta auri quia secundum bonitatem, & valorem debet fieri æstimatio & precium imponi: ff. ad l. falcid. l. in lege falcidia. § fin. & l. sequent. quæ incipit precia. ad quod in l. 1. ff. de rebus du. Ibi auaritiæ. sic in similibus supra. de mune. patrimo. l. professor. & ibi not. Dnlius not. ex hac l. notabili, φ contemptor mandati principis punitur pœna capitis. de quo per An. de Bar. supra de thesauris. l. 1. In gloss. finali. in fine. dic, vt per Cyn. dicta l. 2. & per Bernardum extra de iureiurando. capi-
2 tulo quanto. in gloss. 1. Nota quòd vnusquisque debet accipere monetam pro ea quantitate, quam iubet superior. Sed quæro vtrum monetam factam in vna ciuitate sub vna æstimatione possit quis expendere in alia ciuitate, ita quòd quis cogatur accipere sub eadem æstimatione. Respondeo ciuitates non possunt facere monetam alterius nisi auctoritate principis nota. supra eodem, in rubrica. Aut ergo princeps concessit, quòd possint facere monetam quæ expendi posset in territorio suo tantum. & tunc alij alterius territorij non coguntur recipere. aut dubitatur & videt concessisse vt in toto suo territorio expendantur. argumen. l. cum vnus §. penulti. ff. de bon. aucto. iudi. po. & ff. de iurisdict. omn. iudic. l. fina. & de tuto. & cura. da.
3 ab his. l. 1. Quæro quandoque fit moneta ab aliqua ciuitate vel dominio: si non est speciei probæ vel imponitur ei nimis magna æstimatio an possit haberi recursus ad superiorem. Respon. sic in capitulo quanto, extra de iureiuran. & ita vidi fieri in marchia cum per rectorem cuderetur quædam moneta, quæ non erat speciei probæ; facta querela summo pontifici qui eum correxit. & credo, quod fuerit Dominus Tangrandus. Barto. sed quid si aliquis est obligatus in ali-
4 qua summa pecuniæ & debitor velit soluere in pecunia minuta, creditor autẽ nolit recipere nisi in aurea vel econuerso: quid iuris circa pmissa? videtur dicendum quod si non fuerit expressum de qua pecunia sit facienda solutio vt quia est obligatus in decem libras turon. tunc detur electio debitori soluendi vel in pecunia argentea vel aurea curibilibus tamen & approbatis. Nã cum sit dare libram auri in qua intrant 72. aurei vt l. quotiens. supra de suscep. & etiam sit dare libram argenti quam valent. 10. aurei vt supra de argen. pre. quod the. infer. l. 1. & sic verbum libram absque specificatione auri vel argenti. & sic per contrahentes videtur probatum φ debitori detur elctio soluendi in pecunia aurea vel argentea & minuta ex quo per principem vtrique est approbata. l. 1. huius tituli. cum hic sit pluralis locutio, quæ resoluitur in plures singularitates: quæ pro parte vera dicitur si in vno singulari verificetur. ut est soluendo in auro vel argento minuto. l. falsa. §. si ff. de conditio. & demonstratio. & hoc approbat consuetudo. & ve ritimiliter hoc actũ censetur. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iuris. l. imperatores. ff. de contrahen. emptio. cum multis alijs iuribus. Si autem specifice in contractu, vel obligatione moneta fuerit expresse conuenta. vt quia promissi fuerunt decem floreni auri & vellet soluere in pecia minuta quæ non est ex auro, sed ex argento & ære composita, non credo, quòd audiretur, nec econtra. cum sit alterius formæ & de altera materia: quoniam aliud pro alio inuito creditore, solui non debet. l. 2. §. 1. ff. si certum petatur, verum si moneta quam vult soluere debitor sit eiusdem materiæ, & recti ponderis & per principem approbata vt in exemplo: quòd aliquis est obligatus in decem florenis auri: & sic ita quòd antiquus cursus florenorum non sit reprobatus nec cursus francorum nec etiam scutorum auri & debitor velit soluere octo francos pro decem florenis vel septem scutis auri cum duob. solidis & dimidio qui æquiualẽt decem florenis auri de Francia: tunc debitor non habet excusari ex quo sit solutio in auro & in eadem materia & pecunia per principem approbata. & hoc nisi ex hoc creditor pateretur aliquod damnum. & in hoc venit verus intellectus, vt l. Paulus. ff. de solut. de quo ibi

a ibi plene per Barto.[a] Sed quæro circa hanc. l.
5 nunquid si aliquis falsauerit monetam in terra baronis punietur per baronem vel per principem. & videtur quòd per principem cum sibi iniurietur. supra de fal. mo. l. 2. & ideo est sibi remittendus. supra si quis impera. ma. l. 1. Sed videtur contra scilicet cum baro habeat merum imperium. quia punitio criminis læsæ maiestatis pertinet ad iudicem inferiorem. supra ad l. Iul. maiest. l. nullus. & ff. ad l. Iul. maiest. l. famosi. in versicu. hoc tamen crimen. Sed etiam vt dixi punietur per principem cum sic delinquendo fiat eius iurisdictionis. scilicet principis. supra de episcop. & cleric. authe. item nulla. & l. si quis in hoc genus. & in hoc casu erit potior conditio occupantis. vt supra de re milit. l. cum collatores. §. quoniam. & supra de asser. tol. l. 1. in fi. &
6 ro. quæstio. 1. capit. placuit. Sed quæro si ille qui sciens vtitur falsa moneta puniatur eadem pœna qua punitur qui fabricat: & videtur quòd sic. supra de fal. l. si falsos codicillos. Sed credo contrarium quòd non teneatur tanta pœna cum nõ teneatur nisi simplici pœna falsi. ff. de falsi. l. in lege. cuius pœna est deportatio. vt in eodem tit. l. 1. in fin. Sed pœna fabricantis est mortis. vt supra de fal. mo. l. 2. Item qui falsificat rescriptum principis punitur pœna mortis. supra de falsa mo. l. secunda. & 3. & tamen qui vtitur relegatur ff. de fal. l. falsi. §. ordinc. Item qui falsificat aliud instrumentum deportatur. Sed vtens relegatur solummodo vt Dyn. & ad tempus vt dixi. & de hoc not. supra de fide instrument. l. si vteris. & ibi
b Cy. & scripsi supra de murilegulis. l. 1.[b].

ADDITIONES.

a Ibi plene per Barto. adde Cy. in l. in minorum per istum al leg q. 9. supra in quibos cau. resti. in 10 eg. non est neces. Ale. post Bar. in proxi. alleg. l. paulus. Bald. in l 2 supra com. de leg. & in l. fi. supra de non nu. pec. Aud. de Iser. in ti. quæ sint regalia. in ver. pecuniæ 10 versi. seu. Ang. in l. cum quid. ff. si cer. pe. Bar & Saly. in l. quod te. & in l. vinum eo. tit. Spe. in ti. de concess præb. in rub. in fin. Doct. 10 c. olim causam extra. de censi. & ibi Ioan. Aod. & 10 c. cum canonicis in gl. pe. & si. 32. q. 7. quis ignorat & Old. consilio 249.

b De murilegulis. l. r. ru vide de hac q. remiss. quas posui in apostil. ad istum in l. solidos in fi in apostil. in versic. inciderent in pœnam supra eodem titu.

Nulli licere in frænis & equestribus: & in baltheis hyacintos aptare, & de artificibus palatinis.

Rubrica.

Quia supra dictum est de fabris facientibus arma. vt supra tit. 2. & de fabris facientibus monetam. vt supra ti. r. nũc dicit de fabris facientibus fræna: sellas & alia ornamenta.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Ornamenta mulierum an sint prohibita.*
2 *Gemmæ quæ, & quales, ac quibus sint permissæ & prohibita. & nu. 4. vbi ratio diuersitatis adducitur.*
3 *Clericum an possit officialis sine metu excommunicationis capere, vt ipsum officiali eius præsentet.*
4 *Gemmæ permittuntur deferri in annulis, secus in vestibus, & quæ sit ratio diuersitatis ibid.*

Nulli. Primo loquit̃ de ornamẽtis q̃ fiunt circa ornamentũ equorũ. Secundo de ornamẽtis q̃ fiunt circa ornamẽtũ vestimentorũ. Tertio loquit̃ de facie̅tibus istas species sic ornatas. Scda ibi fibulis. tertia incipit ibi: nulli. Not. ꝙ ornamenta possunt haberi circa equos.
1 Not. ꝙ pertinẽtia ad ornamẽta mulierũ nõ sunt prohibita. simile. ĩ. de vesti. oloberis. l. r. & 2. cũ ibi not. Sed hodie in multis ciuitatibus est statutum ꝙ ista ornamenta nõ licet mulieribus portare: propter hoc dico ꝙ si maritus legaret vxori vestes suas: quia licet de iure contineantur omnia ornamenta vt l. vestis. & l. sequ. ff. de aur. & argen. le. cum eo casu quo sunt prohibita non
a possunt dici accessiones vestium[a] nec illis vestimentis accedere ar. huius. l. & eo modo nõ possunt dici causa mulieris parata ea quæ eius gra-
2 tia sunt prohibita. Bart. In hac l. sunt octo dicta Primum ꝙ nulli licet margaritas & smaragdos siue hyacinctos in frænis & sellis equestribus & balthcis imponere quàuis alijs gẽmis prædicta licet exornari. Scdo dicit, ꝙ cucurnia. i. morsus frænieх aliquibus gẽmis non debet exornari. Tertio ꝙ milites in clamidibus suis possunt vti fibulis aureis quæ solo auro & argento preciosa facta sũt sine omni gẽma: Quarto dicit ꝙ qui contra prædicta ꝯtinuo fecerit. l. libras auri ꝯdemnatione mulctari debet. Quinto dicit ꝙ nulli priuato ex auro & gẽmis liceat aliquid facere, qd ad cultũ principis ptineat exceptis matronalibus ornamentis & exceptis annulis in quibus tã maribus q̃ mulierib⁹ licitũ est gẽmas imponere. licet priuatus dicat se ornamenta ex auro & gẽmis quæ ipse fecit principi velle offerre qd sub tali colore nõ pmittit ei hoc facere. Et est ratio: quia pietas imperialis talia dona non expetit, neq; sibi a priuato requirit offerri cultum requirit. Sexto dicitur, ꝙ si aliquis ꝯ vetitum huius sanctionis fecerit vel ornamenta vsibus regijs deputata qua si principi fecerit offerãda centũ libris auri condemnatione mulctabitur, & capitali supplicio ferietur. Septimo dicitur ꝙ ea quæ ad cultũ principis pertinent non debent fieri a priuatis nec in priuatis ædibus. Sed tantum in aula regia a palatinis facienda sunt. Octauo & vltimo dicitur, ꝙ si aliquis contra id quod supra proxime dictum est, fecerit prædicta pœna ab eo exigi debet per officium palatinorum. quæ pœna fisco applicabitur. Dulius. In textu ibi alijs autem gemmis. & potest esse ratio quia margaritæ smaragdi & hyacinti sunt gemmæ magis preciosæ excellentiores.

ADDITIO.

a Accessiones vestium. adde inquantũ iste videtur fundando se ꝙ ornamenta aurea & argentea tãquã accessiones nõ venirent vestibus legatis & ꝙ hoc non est verum per l si non sint. § peruenimus. ff. de auro & arg. lega. & l. cum aurũ versi. fi. & ibi Bar. e. tit. refert & sequitur Ludo. Rom. sing. suo. 622. incipi. lego mulieri seu vxori. sequitur & alleg. Ludo. A otho. corse. sing. suis in versi. legatum sed bene verum est inquantum per statuta prohibentur ꝙ tũc nõ veniũt illa ornamẽta nec possunt dici accessiones & ita loquitur Corse. vbi supra.

tiores: ſplendidiores,& lucidiores alij quibuſcunque gemmis (vt in libro de proprietati bus rerum)& quibus princeps vtitur in ſuis ornamentis & veſtimentis. Item quia ſunt cariores & intereſt principis ne ſui ſubditi depauperentur expenſis inanibus & ſumptuoſis. institu. de his qui ſunt ſui vel ali.iur.§.1.& in authentic. vt iudices ſine quoquo ſuffra.§.cognatio.colla. 2.& ad quod ſupra de murileg.l. 2. & princeps reſtringit expendendi voluntatem taxando largitiones & expenſas.infra pu.letitiæ nú.l.1.& in fra. de ſalga. hoſ. l. 1. & de deſertoribus. l. 11.
3 libro 12. De Securo. Super verbo nulli ibi munus offerre.not.argumentum quòd non licet alicui iudici ſeculari capere clericum vt ipſum offerat officia'i ſine metu excommunicationis. Sed credo cõtra.ff.de fur.l.interdum.§.qui furẽ. & l.falſus.§. qui alienum iacens.de male.& mathe.l.fin.vbi delinquentes quis poteſt capere ad tradendum iudicibus.& ff. de adulte. l. capite quinto & de his q̃ in frau. cre.l.ait prætor.§ ſi debitorem.nec ob. l.iſta quia hic erat actus ſimpliciter illicitus priuato vt oĩ loco præterquam in domo principis. ſed in clerico delinquente non Item qui capit clericum delinquentem oc currit periculo ne euadat publicam vtilitatem hic autem nullo publico periculo occurrit. Item op. ad iſtam l. ante finem ibi cẽtum libras ſcilicet quod debet perdere omnia bona ſup.de pe l.deportatores. ſed dic,quod hic eſt ſpeciale vt & ſupra de rap.vir.l.1.c.penultimo vbi perdit caput & non bona. uel hic erat caſus in quo bona non debebant applicari fiſco.quia habebat hic liberos,ff.de bo.dam.l.cum ratio natura lis.§.ſed plures.de quo per glo.& Doct.C.de bo. dam.authẽ bona dam. & in auth vt nulli iudic. §.fi. circa principi. text. ibi hyacintos.circa hoc vide quod not. extra de vi. & ho. clerico. capitulo penultimo & ibi per Hoſtien. de Securo. in verſiculo de cucumijs. Et eſt ratio:quia magis eſſet indecens eas poni in morſu fræni quã in ſellis; & quia facilius poſſent frangi & deteriorari & p hoc ſubditi magis damnificari,& ſic honeſtius in alijs partibus,& locis eas collocari. ad quod infra de ſpecta.& cenicis.l.ſi qua in publicis hoc lib. 11.& ſupra de ſacroſan. eccleſi.& l. 2 principi enim placet in omnibus obſeruantia honeſtatis vt infra de maiuma.l 1.lib.11.&.ff.de aibi.l. ſi cum dies.§. ſed ſi in alijs.& ad qd. ff.de iuſticia & iure. l iuſticia. ibi honeſtæ & expedit principi ne quis re ſua male vtat,& habere ſubiectos locupletes.ff.de his qui ſunt ſui vel ali. iuris.l.1.& 2.& §.cogitatio.Guill.de Securo. In textu. ibi annulorum. Sed cur ſecus in annulis permittitur magis apponi gemmas quam in veſtibus Reſpon.quia per hoc non aſſimilatur principi ſicut ſi in veſtibus apponerentur gemmæ; & quia per hoc modicum læduntur ſubditi. & quia nimia pompoſitas & diminutio bonorũ damnoſa prohibetur. in authen. de conſuli. & non ſpar.pec. circa princip. colla. 3. in princip. & §.1.& infra de conſuli.& non ſpar.pec.l. 2. li. 12. Item quia decens & rationabile eſt q̃ ſit diſcretio & diſtinctio inter ornamenta, & veſtimẽta imperialia & ſuorũ ſubditorum. ad quod extra de priuileg. capitulo vt apoſtolicæ. libr. 6. & p ea quæ habẽtur & notantur. ſupra de veſti. oloberis & aura.de Securo. Quia ideo ceſſat in mulieribus, quæ non poſſunt aſſimilari principi quantumcunque bene ornentur: & maxime quia veſtes & ornamenta mulierum ſunt multum diſſimilia veſtimentis & ornamentis imperatoris. Item eſt bene ratio vt imperator plus honoris ſaltim in ornamentis, deferat mulieribus quam hominibus, propter ſeruicia quæ faciunt viris: & propter pericula quæ ſuſtinent in pariendo:nec non etiam propter procreationẽ
a liberorum, [a] quibus reſpublica augumentatur cum liberi nedum dicantur, naſci parentibus immo etiam reipublicæ. ff. de ven. inſpi. l. fina.§. generaliter.iuncta l.fina. C.qui po.in pig. ha.& l.1.ff.ſolu.matrim.& his quæ habentur. & no.in l.1.& 2.ſupra de veſti.olo.

ADDITIO.

a Propter procreationem liberorum. Adde quod iſta non eſt bona ratio cum par aut maior militet in viris fœminę nam que in copula carnali patiuntur tm̃ non agunt vt viri & ſócitius ſunt puberes maſculis vt not. Doc in l.arrogatoi.§ nõ tantum.ff.de adop.& Ang.& Fab.inſti. de nup.in prin.

De claſſicis.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Claſſica quid ſint.
2 Claſſis quid ſit.

Quidam habent in rubrica de claſſicis idest nauibus paratis ad bellũ
1 vt ſunt galleæ Alii habent claſicis idest hominibus aſtrictis ad claſſes ducendas. Hæc rubrica plus placet quia iſte liber principaliter tractat de hominibus condonatis aſtrictis alicui muneri.Bar.Et quia ſupra in principio huius libri erat de nauibus marinis & alijs quibus ſpecies diuerſæ victualia & arma ad aciem principis deferũt & colliguntur cauſa defendendi prouincias a piratis & alijs malis hominibus prouincias vaſtantibus.Hic autem loquitur de nauigijs deputatis ad portandum milites,& alias gentes armorum ordinatorum ad defenſionem reipublicæ contra piratas & alios damnificantes patriã: vt sũt galeæ & alia ſimilia nauigia apta ad bellãdũ.
2 Vnde claſſis dicitur & multitudo & congregatio nauigiorum cum armigero collectorum vt eſt congregatio nauigiorum Admiralli regis Franciæ. Vnde claſtarius claſſarij idem quod tubicinator pro militibus congregandis. Idem claſſiarius dicitur qui nautis imperat. Itẽ claſſicum dicitur a calo calas, q̃ eſt vocare & dicitur claſſicũ claſſici cornu vel tuba vel aliud inſtrumentum cauſa conuocandi ad bellum.& eſt ſignum bellicum.Item claſſicum proprie dicitur concordantia plurium inſtrumentorum ſimul reſonantium vel ſonantium ſiue ſunt tubæ vel cornua in bello vel homines, & illi qui cornu erant deputati ad cornandum in acie imperiali & vocãtur in iure cornicularij. de quibus no.ỹ. de appar.præfec.præto l.1.& in Leornicularii.ỹ. de Cohar.prin.& Cor.in lib.12.

LEX

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Classis quadam valde notabilis.*
2 *Delictum commissum in mari vbi, & per quem veniat punendum.*
3 *Senescallus potest assumere propria auctoritate de seruientibus superabundantibus in vno castro pro custodia alterius.*
4 *Congregatio plurium de cuius licentia possit fieri.*

1 Classem. In quadam ciuitate quæ voca
tur silentena ciuitas erat quæ-
dam classis valde notabilis. Iubet ergo impera-
tor ꝙ tam illa classis quã aliæ quæ sunt in orien-
te pertineant ad præfectum prætorio orientis,
q armet & aptet de hominibus astrictis illi fun-
ctioni. & si illi non sufficiant alios superaccres-
cat, & eos exerceat ad purgandum mare malis
hominibus & etiam propter alias necessitates,
publicas potest præfectus committere comiti
orientis. Bartol, In textu accrescentibus. id est si
illi censiti non sufficiant alios superaccrescat,
& addat ex quibus accrescentibus sufficientem
2 numerum impleat. licet glossa aliter exponat.
Nota ex hac lege, quòd sicut congruit bono
principi prouinciam purgare malis hominibus
super terram: ita eidem congruit super mare. ca
sus est hic & sic patet quòd sicut quis potest pu-
nire delinquentes in suo territorio ita potest pu
a nire in mari [a] adiacenti illi ciuitati vel prouin-
ciæ facit. ff. de publi. cesar. & ibi dixi. Barto. & in
censitis idest huic ministerio deputatis vel astri-
ctis. Dyn. Seleucenam alias Seleuciam de qua
actuum. 13. alias dicitur falerna iuxta quoddam
magnum stagnum in quo latitabat draco. de
quo legitur in vita beati Georgij in princi. & est
3 illa ciuitas in prouincia libiæ in terra egypti. In
gloss. super verbo accrescentibus, facit hæc lex
ꝙ si rex habeat sua castra in confronta commu-
nibus regni & habeat ibi elientes & vnum ex il-
lis castris indigeat plus custodia quam aliud ꝙ
seneschallus possit propria auctoritate & sine
licentia principis accipere de seruientibus ha-
bundantibus in vno castro & ponere seu depu-
tare in custodia alterius castri indigentis illic ser
uientibus, & non obst. l. cum sæpe infra de ero.
mili. anno. lib. 12. quia loquitur quòd non debẽt
remoueri ad priuatorum iuuamen: sed bene rei
publicæ vt hic. nec ob. infra de ero. mili. anno. l.
penu. quia ibi cessabat necessitas nec etiam obst.
supra de offi. magistri officiorum: quia ibi non
imminebat periculum: sed loquitur in subroga-
tione facienda, & pro hoc quia si auctoritas re-
gia expectaretur posset esse periculum. ff. de iu-
di. l. lõgius §. filiusfam. ad quod supra de his qui
latro. vel ali. cri. re. l. secunda. & vnus officiarius
debet mittere alteri dum est necesse. supra de of
fi. præfec. præ. affri. l. in nomine domini. §. post-
quam. l. tam collatores. §. erit. facit supra de de-
curio. l. generali lib. 10. & de episc. & cler. l. si quis
in hoc genus. Item facit hæc. l. quòd congrega-
4 tio plurium non possit fieri sine licentia supe-
rioris pro quo supra de episcop. & cleric. l. con-
uenticulam. & de mona. l. prima. & hoc nisi ad
conseruationem sui vt ff. de cura. bo. dando. l.
fin. & infra de ero. mili. anno. l. per hanc circa fi.
versiculo ita vel causa confratriarum conuiuio
mercantiarum spectaculorum aut alias sine ali-
quo actu illicito vt. l. vt prophanos. supra de
paganis.

ADDITIO.

a In mari adiacenti illi ciuitati. Adde quid si sit commissum in loco vicino duabus ciuitatibus ab vtraque pariter distantibus? & dic ꝙ potest vbique puniri seruata præuentione. Ita not. Ang. in l. iane. ff. de iniur. & Barto. cep b. tit. de seru. ru-sti. tit. de mari.

De curialibus vrbis Romanæ.

Rubrica.

Visum est supra libro præcedenti de curia
libus in genere nunc de curialibus
ciuitatis Romanę in specie. Odoff. in glo. ibi im-
minentibus excusantur &c. Sed an decuriones
teneantur soluere in collectis, scripsi plene. su-
pra de exact. tri. l. actores.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio de feudo si sit inter vassallos, dominus eorum est Iudex.*
2 *An sit iudex suorum pagesiorum.*

Si quis. Si aliquis vult accusare curialem
de aliquo, quo priuaretur a curia
debet hoc facere coram iudice curiæ hoc dicit
1 Bart. Hæc lex allegatur per Dulium ꝙ si sit quæ-
stio de feudo inter vasallos ꝙ dominus eorum
sit iudex & pro hoc supra de decur. l. quotiẽs. &
in authen. de quæst. §. si vero forsan. coll. 6. & de
hoc casus in feu. de prohi. feu. alie. per Fre. c. prę
terea. & extra de iudi. c. ceterum. & de fo. comp.
2 c. ex transmissa. & c. verum. Item facit ar. ꝙ dñs
sit iudex suorum pagesiorum si litigent occasio
ne terræ quam tenent ab eo in emphyteosim. et
probatur hoc in d. §. si vero forsan. sed domini
superiores hoc non permittũt nisi dominus pa-
gesiorum habeat alias iurisdictionem in terra il-
la. In glo. 2. in fi. ibi exigat, quia tunc habet respõ
dere sub iudice in cuius territorio est commis-
sum crimen vel confectus contractus C. vbi de
cri. agi. l. 1. ff. de iudi. l. hæres absens & dic, vt ibi
& hæc non obstant in rescripto aut priuilegio
& sic fori exceptione non admissa. quod est no-
tandum. And. in gloss. fina. in fin. Sed ibi simili-
tudinariè loquitur Dyn. vel dic illam l. intelli-
gi in casibus permissis, quorum aliqui ibi no-
tantur in gloss.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Imperator confirmat priuilegia decurionum.*
2 *Princeps in suo aduentu non debet denegare confirmationem veterum priuilegiorum subditis concessorum.*

Leges.

Leges. Confirmat ptimo. imperator oēs
leges pro decurionibus factas. Se-
1 cundo in ver. singulos, prohibet aliquem decu-
rionem torqueri. Tertio in ver. huic enim con-
firmat omnia ipsorum antiqua priuilegia & cō
cordat secundum dictum, quod de curiones nō
torquentur. supra de quæsti. l. admo. in fine nisi
in falso instrumēto supra de fal. l. si quis decurio
& in criminib. exceptis. ff. ad l. Iul. maies. l. nullus.
Ant. In text ibi decuriales. scilicet decurialibus
tractantes. Dyn. rationibus idest legibus quæ
rationabiles sunt. Dyn. facit. ff. de bon. damna.
l. cum ratio in text. ibi iniurijs corporalib. sub. &
quæstionibus seu tormentis. notam idest infa-
miam, separare. hoc ideo dicit, q separata sunt
per l. & debemus credere, q leges rationabiliter
sint pfectæ licet etiam earum omnis ratio red-
2 di non valeat ff. de legi. l. non omniū. Facit hæc
lex pro priuilegiis renouandis & confirmandis:
quia quandoque nobiles & comites hoc petunt
fieri maxime in nouo aduentu principis, vt non
debeat per principem denegari, maxime cum
sunt iusta & rationabilia vt hæc l. qđ qñq; ptin-
git cū sint vetustate corrupta corrosa vel a casu
pdita: qa tunc etiam sunt renouanda, vt supra
de discusso. l. ne casu. lib. 10. cum ibi not. Quod
qualiter hoc fiat & debeat probari habetur ex-
tra de priuile. cap. cum olim essemus de confir.
vtili vel inutili. cap. cum dilecta. & scripsi dicta
l. ne casu.

De priuilegijs corporatorum vrbis Romanæ.

Rubrica.

Quia supra visum est de priuilegiis curialiū siue decurionum vrbis Romæ. nunc videndū est de priuilegijs ciuium ad vrbē Romanam venientium, & de nouo ibi constituentiū domicilium suum de Securo. & potest dici corporatus duobus modis siue, quia est de corpore aliquo, vt pistor, siue quia est incola vrbis. And.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Incolæ Romæ gaudent priuilegijs ciuium.*
2 *Solemnitas antiqua an sit seruanda.*
3 *Debita præterita an teneantur soluere postea venientes.*

Nulli. Incolæ vrbis Romæ gaudēt priuile
1 gijs ciuium. Item vbicunque habitā-
tes possunt ad ciuitatem retrahi. hoc dicit. Bart.
not. speciale in vrbe Romana eo ipso quòd
quis est incola gaudet, omnibus priuilegijs
ciuium, in alijs ergo secus. differt enim ciuis
& incola vt patet in titul. de municip & in titul.
de incolis per totum. Barto. & not. eo. titu. de in-
col. l. ciues. Vel pone casum sic, illi qui de nouo
veniunt ad vrbem Romanam causa ibi habitan
di priuilegiantur, vt antiqui ciues, nec tenentur
aliquid dare pro introitu, & si derelinquant vr-
bem sub colore peregrinationis sunt ad ipsam
vrbem reducendi. hoc dicit. In text. ibi vrbis in-
colæ de nouo venientes sustineant. i. nō est ali-
quid de nouo imponendum. Dyn. corporatis
idest ciuibus antiquis, suffragia. idest priuilegia
quibus suffragantur, & adiuuantur priuilegiati.
Sed aliter sumitur supra de mutile. l. 2. & aliter su
pra de legatio. l. vniuersi. li. 10. & supra de suffra.
2 l. 1. de Dencio. In fin. text. non seruari antiquam
solemnitatem sic infra de pascu. pu. l. 1. & supra
de fid. instrum. & iure hastæ fis. l. 2. An. & est ratio
huius. l. vt ciuitas hominibus repleatur. vt ff. sol.
matrimo. l. 1. quia si ibi datur prærogatiua &
priuilegium pro nascituris liberis multomagis
debet dari iam natis venientibus vt hic. iura
enim æqualiter fauent iam natis & nascituris. l.
qui in vtero. ff. de sta. hom. iuncta l. 2. §. 2. ff. de vē
tre in po. mittēdo. & sic non obst. l. nemini. infra
de consuli lib. 12. vbi venientes de nouo ad of-
ficium tenentur dare aliquid pro introitu, & etiā
iudices dant aliquid pro introitu, vt in authen.
vt iudi. sine quoquo suffra. §. hæc omnia. & etiā
episcopus debet dare priuilegia vt in authen. de
san. episco. § pro consuetudinibus glo. quæ inci
pit etiam in illis facit, q si concessum est homi-
nibus alicuius castri vel ciuitatis quòd possint re
cipere vel scindere ligna in nemore domini &
deinde veniant ibi multi habitātes q possint vti
concessione prout illi qui pro tempore erāt in
loco tempore concessionis ad quod ff. de censi.
l. forma. §. quamquam. & de aqua quoti. & æsti.
l. 1. § pmittitur. Item poterat hic cogitare q cre
sceret. ff. de ali. leg. l. cū vnus. §. fina. & ff. de serui.
vrb. præ. l. si seruus & arg ff. de iudi. l. proponeba
tur. & de serui. vrb. præd. l. cum debere. & de re.
dubi. l. si cognatis supra de excusa. mune. l. sordi-
3 dorum. cum ibi nota. Doct. Sed nunquid postea
venientes tenentur ad debita præterita, quæ nūc
debentur. dico quod non: sed antiqui. supra de
decurio l. prouidendum. infra de fun. rei pri. l. 2.
in fine supra de fide instrumen. & iure hastæ fisc.
l. fi. ad talias enim pteritas & indictas ante aduē
tus ipsorum exsoluendas minime tenentur arg.
ff. ad municip. l. incola quæ loquitur in receden-
te & incolatui renunciante vbi per glo. fit distin
ctio. Sed multo minus tenetur de nouo veniens
ad tallias ante impositas & indictas arg. ff. de va
ca. mu. quod est verum nisi essent contractæ ra-
tione priuilegiorum, vel eorum quæ in earum
vtilitatem euidenter verterentur. sic dicta l. pro
uidendū. & alijs iurib. s. allega. iuncta l. 1. §. viarū
ff. ne quid in loco publi. insti. de leg. patro. tu. §.
fin ff. de legi. tu. l. legitimos. & ff. de regu. iuris. l.
secundum naturam. de Secur. de hoc plene scri-
psi dicta l. prouidendum & tangit gloss. & Barto.
dicta l. incola.

De pistoribus.

Rubrica.

De pistoribus quorum est vtile offi-
cium vt infra de perfectissimatus dignitate. l. vnica.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM

1 *Ambitiose electus priuatur dignitate et punitur. rescriptū contra publicam vtilitatem an valeat.*
2 *Pœna certa statuta, an possit per iudices & rectores ciuitatum mutari.*

Quæcun

Quicunque. Casus. Si pistores ad aliquam dignitatem ambitione aspirauerint puniti. 20. libris auri retra-
1 huntur, nec valet rescriptum contra hoc elicitũ An. Et sic nota tria ex hac. l. primo contra electos ambiciosè. supra de iure fis. l. super ercãdis. Secundo, quòd quilibet debet cognoscere conditionem suam & non aspirare ad maiora, quibus est indignus: quod dic vt supra de muri. l. 1. Tertio quod non valet rescriptum contra publicam vtilitatem. quod dic vt supra de petiti. bo. sub. l. 1. An. quæ faciunt contra istos ministrales ciuitatum tendentes ad officia maiora, quam ipsi sint, vt non valeat electio nec institutio de eis facta. In textu in fine: nisi fiat mentio specialiter de hac. l. Dyn. iuxta not. supra de petit. bo-
2 no. subla. l. 1. gloss. fina. in fine & supra de murile. l. secunda & ibi scripsi. Facit ad hoc. 1. quæst. 1. capitu. quicunque studet. & quasi per totam illam quæstionem. facit. l. ista, quòd si certa pœna
a fuerit statuta ^ in aliqua ciuitate pro aliquo debito, quòd iudices & consules seu rectores ciuitatum non possunt illam pœnam minorare vel compositiones pro illo delicto. Item quòd rescriptum super remissione vel diminutione illius pœnæ obtentum non valeat. ad quod supra de naui. non excu. l. secunda & de petit. bono. subla. l. 1. & infra de cano. fru. vrb. Romæ. l. 2. & fina. nec rect. seu gubernatores ciuitatum possunt talia vel similia facere in damnum seu præiudicium ciuitatis infra de iure reipublicæ. l. 1. & de vend. re. ciuitatis. l. fin. bene enim gerere & administrare rempublicam eis permissum censetur non aliquid damnosum vel remissiones facere. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. plane. & supra de transactio. l. præses. & ff. eodẽ titu. l. nulli. & de officio procurato. ce. l. fina. de custod. reorum. l. ne quis recept. & in authen. vt diffe. iudi. §. 1. colla. 9. circa quod vide quæ not. ff. de re iudic. l. acta §. de amplianda. & supra ad l. Iuliam de vi publica. l. seruos. vbi dicitur quòd iudices non possunt pœnam mutare de quo per Doctor. in §. pœna grauior. & l. quid ergo. ff. de his qui no. infam. & in l. & si senior. C. ex qui. cau. infa. irrog.

ADDITIO.

a Vbi certa pœna est statuta in aliqua ciuitate iudices non possunt illam minorare nec rescriptum super illa diminutione valet. adde Bal. in auth. interdicimus supra de epi. & cle. & in l. in molus & ibi pe. de sum. sup. de appel. flo. in §. hæc autem ff. ad le. aqui. & Alex. in l. illicitas §. si. de officio præsi.

De suarijs & susceptoribus vini & cæteris corporatis.

Rubrica.

Visum est supra titulo 2. de priuilegijs cõcessis curialibus & decurionibus vrbis Romæ. nunc videndum de priuilegijs concessis porcinarijs seu portarijs. vrbis Romæ de securo. in gloss. 1. rubricæ ibi custodiunt porcos scilicet ne damnum dent, & a lupis capiantur. 5. loca. l. si quis fundum. §. imperator. & §. si quis vitulos. pro quo. ff. de acquire. rerum do. l. pompo. cum ibi not. pro quo est casus extra de regul. iuris. capitulo quamuis. & dic quòd eadem priuilegia habent occidentes porcos sicut custodientes. ff. de iure immun. l. fina. §. fin. & est eadem ratio cum vacent ministerio necessario, & vtilitati villæ pro quo facit. infra de pala. sacra. lar. l. fin. & pro hoc facit gl. supra de testa. mili. l. scriniarios ar. ff. de contra. emp. l. si emptione. §. fina. Dulsus. Super secunda glo. ibi de conductoribus vectiga. fisci, quæ rubrica est in ti. supra qui. mu. excu. lib. 10. & facit quod scripsi infra tit. 1. de seruitoribus studentibus.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Porcarij vrbis Romæ habent immunitatem a sordidis muneribus.*

2 *Casus per legem non decisus, ex similibus est decidendus.*

1 Porcinarij. Casus: Porcarij vrbis Romæ habent immunitatem a sordidis muneribus. hoc dicit Barto. & fuit ratio huius. l. quia ciuitas Roma abundabat multis carnibus, priuilegiantur ergo isti quia apportent multas carnes. Barto. In textu ibi exhibeant indagando porcos per ciuitatem, & eos custodiendo. Odoffre. liberentur: quia satis habent facere custodiendo porcos & eundo per ciuita-
2 tem congregando eos. Dynus. In gloss. fina. in fine. similis gloss. est supra de nili agge. non rum pen. l. prima. hæc gloss. facit argumentum quòd si casus specialis. l. non determinatus reperiatur debet trahi ad casum similem & ad consequentiam vbi est eadem vel similis ratio seu maior pro hoc facit. ff. de bono. posses. ex testamen. mili. l. prima. §. 1. ar. C. de iure do. l. vbi. iuncta. l. si constante. in princip. ff. solut. matrimo. ad quod l. non possunt ff. de legi. & quod ibi dicitur de porcinarijs gratia exempli dicitur, quòd sit speciale in eis. ar. ff. de damno infec. l. damni in fin. de vi & vi ar. l. 1. §. quod vulgo. quæ prosunt ad interpretationem statutorum vt fiat extẽsio ad casum similem vbi est eadem ratio vel maior, dum tamen non sint contra iura vel non sit idẽtitas rationis. ff. de leg. l. quod vero. & l. sequen. & l. quod non ratione. & supra de prædijs curia. l. fin. & C. de noxa. l. secunda & propterea idem potest dici in custodibus porcorum priuatorũ 1 propter laborem continuum, vt hic: & quia non inuenirentur qui propter vtilitatem officij vellent custodire nisi aliquibus priuilegijs gauderent vel. l. fina. ff. de testamen. milita. & alijs iuribus supra alleg. Docto. Sed quare excusantur a sordidis muneribus cum ad sordida sint astricti. vt dicta l. maximarum. cum contrario sensu ff. de eden. l. si quis ex argent. §. primo. Respondetur quòd cum sint occupati ad istam custodiam non possent vacare ad alia sordida munera personalia vt supra de decurio. l. curialis & de can. lar. titulo l. præcepit. & facit ar. supra de asses. l. fina.

LEX

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Reus quandoque sequitur forum actoris, vt hic.*
2 *In criminali conuenitur quis, vbi deliquit.*
3 *Exemptus a iurisdictione seneschalli an teneatur coram eo comparere, & respondere in criminali.*

Quicumque. Casus. Praetor Vrbanus iudex est porcariorum siue agant siue conueniantur, hoc dicit. Et nota
1 casum in quo reus sequitur forum actoris. simile in l. ne quis. ff. de incen. ru. nau. super glos. ibi posita. Barto. & est ratio huius. l. vt facilius eorum causae expediatur coram iudice isto quam coram alio, vt supra de decurio. l. curiales vltra lib. 10. & de episc. & cle. l. omnes qui vbique, & sic magis poterunt eorum officio deseruire. de
2 Securo. In textu ibi litis subaudi ciuilis. nam in criminali bene conuenirentur vbi delinquunt infra de priuileg. scolar. l. quotiens. lib. 12. nec obstat. infra de silen. l. pen. & de proxi. sac. scrinio. l. 3. in sacris. lo 3. lib. 12. quia ibi fuit expresse eis datum priuilegium in ciuilibus & criminalibus, hic autem non: & ideo debet intelligi de ciuili arg. ff. de testi. l. 1. & C. vbi sena. vel claris. l. 2. quod est bene notandum. Et per quae iura
3 deciditur quod si Rex aliquem exemit a iurisdictione seneschalli, quod non teneatur coram eo respondere: quia tale rescriptum non extendatur ad causas criminales, sed tantum ad ciuiles per iura supra allega. de quo plene habetur extra de priuileg. cap. 1. lib. 6. & supra vbi de cri. agi oportet authen. qua in prouincia. & in authen. vt omnes obed. iudi. prouinci. §. 1. colla. 5. per glo. & Doct. & etiam intellige hunc tex. in caussis ciuilibus esse verum, nisi alibi contraxerit de qua materia habetur. ff. de iudi. l. haeres absens, & extra de foro competen. cap. Romana. §. contrahentes. lib. 6.

De collegiatis, & corporatis, & nummularijs.

Rubrica.

In principio glo. Rubricae ibi, & dicitur à collegio: collegium enim dicitur collectio plurium personarum simul in eodem collegio seu corpore habitantium, vt est collegiũ religiosorum. qui simul in eodem conuentu habitant de quo no. extra de elect. c. 1. per Bernardum.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Scolaris matriculatus non intrans scolas, an gaudeat priuilegijs scolarium.*
2 *Subsistuendus in collegio in locum alterius, debet subsistui de voluntate praepositorum collegij. Et an supernumerarij gaudeant priuilegio.*
3 *Illicitum non debet committi praetextu illiciti.*
4 *Subrogatus an gaudeat priuilegio eius, in cuius locum subrogatur.*

Qui sub praetextu. Primo dicit quod qui intrat vnũ collegium, & munera ad quae ordinatus est non exercet, non effugit munera alterius collegij, de quo exiuit, seu debet de nouo extrahi, & alius loco eius subrogari requisitis primatibus collegiorum, idem si decederet. hoc dicit, vsque ad vers. quod autem. Bartol. & nota primo argumentum, quod ille qui est in collegio alicuius artis nec exercet artem, non debet gaudere pri-
1 uilegio illius collegij. Sic qui est in matricula
2 scolarium & non intrat scolas*, non debet gaudere priuilegio scolarium. ff. ex qui. cau. ma. l. antepenul. & l. non verè cum ibi nota alias gaudet licet per aliquam partem anni non intret, vt nota. in l. qui concubinam. §. vxor. ff. de lega. 3. & ibi per Barto. in additione. Sed aduertendum est quod per hanc l. inducitur quoddam iudicium praetorium, per quod ille qui est in vno collegio si transit ad aliud causa effugiendi munera ab illo retrahitur: sed interim videtur, quod sit in quasi possessione iuris illius priuilegij, & debet gaudere priuilegio illo. ff. de aqua
2 quo. & aesti. l. fin. Secundo nota quod quando vnus de vno collegio remouetur, & alius subrogatur debet fieri de voluntate, & consensu seu consilio illorum, qui praesunt collegio; & idem dicit glos. in l. qui sub praetextu supra de *sacrosanct. eccle. etiam si transiret ad aliam regulam de quo in cap. licet extra de regula. Item nota ex hac. l. per quam innuitur, quod quis non potest esse in diuersis collegiis, quod an sit verum dixi. ff. de collegiis illici. l. fina.

§. Quod autem. Qui supra numerum admittuntur in collegio non gaudent beneficiis collegij, hoc dicit, si seruientes qui sunt vltra numerum statutum non habent priuilegia nec stipendia illorum qui sunt intra numerum.

§. Sed ne tantũ. Pone casum Imperator quandoq; personis astrictis alicui collegio permittit, vt de collegio exeant, & alij loco eorũ ponãtur, & sic vendunt ius suum, vt §. de murileg. l. si quis ex corpore. Dicit ergo Imperator quod sicut illis vendentibus cartam hoc est locum suum, & ipsi sunt immunes a muneribus; ita prouidet illis qui sustinebant munera illius collegij secundum conditionem illius, qui tunc erat dum emit illum locum, & postea nulla nouitas fiat. hoc di-
3 cit Barto Item nota ex principio huius. l. quod praetextu liciti non debet committi illicitum, vt dixi supra de annonis, & tribut. l. fina. lib. 10. An. In textu ibi cum dicit, quod minus exequitur: facit quod si frater laicus faciat donationem

ADDITIO.

a Non intrat scolas. Adde Bar in l. qui sub praetextu supra de sacrosanct. eccle. & in l. semper. §. fi. in 2. not. ff. de iure immu. Bald. in authen. habita col. 6. versi. sequitur in textu scolaribus supra ne filius pro patre & proce. digestorum. col. 1. versi. & praed. sunt 10 arg. Card. in proce. cle. 10 prin. Feli in proce. decret. colum. 16. versic. secundo limita. & Panorm. c. quidam num. 17 & ibi notam in apostil. ad eum in versi. scolarisextra de priui.

nem fratri suo presbytero omnium bonorum suorum, qui post donationem factam presbyter non culturet nec teneat bona donata, quòd præsumatur in fraudem talliarum, & aliorum munerum facta donatio: pro quo facit infra vbi dicitur subeundæ appellationis velamine, &c. Et ita sacerdos solum habet nomen, quòd bona sint sua: sed donans ex post cōtinuè recipit fructus propter quod tenetur ad talia onera exoluenda. l. quæro. ff. de vsufru. leg. l. hactenus cum concor. ad quod allegatur text. C. de natura. lib. l. 3. §. & quod de subeunda. & ibi hoc tenet Guido de Sudaria cum multis iuribus ibi per eum
4 allegatis. Item nota ex fi. huius. l. quod subrogatus loco alterius debet vti iure, & officio eius in
a cuius locum est subrogatus [a], & de hoc dic vt supra de præd. naui. l. fi. An. per hanc. l. videtur in principio quòd seruitores studentium vel clericorum seruiētes in aliis officiis laicalibus non habent priuilegium, quod habent eorum magistri attento quod non seruiunt eorum officio, & ita videtur intelligere Dy. pro quo. l. scriniarios supra de testa. milit. Sed contra tenendum per l. 1. & 2. supra de episco. & cleri. & de fabri. l. eos, & supra de professori. & medi. l. medicos. Item quia non solum ventri: sed etiam domino, & illi qui sunt de familia sua, vt l. 2. §. t. ff. de ven. in pos. mit. & videtur expresse. ff. de bono. pos. quæ ex te. mili. l. 1. vnde lex ista intelligitur de illis qui nihil ibi faciebant: sed fraudulenter ibi erant. ad quod authen. habita. C. ne filius pro patre, & probatur. 11. quæstio. 1. cap. clericum. de Securo.

ADDITIO.

a In cuius locum est subrogatus. Adde tex. in l. antepe. & ibi Bar. infra de proxi. sacro scri. lib. 12. quod est verum etiam si subrogatus erat inferioris ordinis vt ibi, & not. in l. 1. supra de rei vxo. act.

De studijs liberalibus vrbis Romæ & Constantinopolitanæ.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Imperium & iurisdictionem qualiter, & ad quid Principes acquisiuerunt.*
2 *Prouincia qua sponte se Romano imperio subiecerunt, & qua non.*
3 *Reges nostri temporis exempti ab Imperio vel superiorem non recognoscentes non possunt condere leges sine consensu populi.*

Quia est visum de collegiis & corporibus quorundā, nunc ponit de collegiis doctorum, & aliorum nominatorum hic & supra in titul. de profes. & medi. lib. 10. Super glo. rubricæ, ibi, imperium sciffium argum. in authen. de cle. vio. pa. §. fi. in feu. de prohi. feu. alie. per Fre. c. Imperialem. ibi à Principibus Italicis, de statutis contra liberta-
1 tem, & facit. §. si vero dominus. Quod intelligo verum quantum ad merum imperium & iurisdictionem & territoria, quæ Reges, Duces, Comites, & Barones ex concessione Imperatoris vel consuetudine sibi quætere potuerunt sic in feu. quis dicatur Dux Mar. Comes. c. 1. infra de fetuis iuni. l. quandocumque castellorum supra de emanci. li. l. t. ne filius pro patre auth. habita. & quæ not. supra de fal. mo. l. 2. & de ve. num. in rubrica. secus quo ad imperij subiectionem, & potestatem condendi. l. quæ soli Romano Imperatori competit. nam Princeps istud alij concedere non potuit, iuxta notata in auth. quomodo oportet episco. in principio: quia princeps solus est lex animata in terris. in auth. de cōsuli. §. fina. colla. 4. Si enim princeps posset eas a subiectione liberare sequeretur destructio imperij; quod princeps facere nō potest cum imperium non sit in eum trāslatum vt destruat: sed vt con-
a struat siue augmentet [a]. ff. de origine iuris. l. 2. §. nouissime, ff. quod vi aut clam. l. 3. §. plane. Et
2 hoc intelligo in prouinciis seu regnis, quæ ab initio spontanea voluntate se subiecerunt imperio Romano, vt Italia, alias si sint prouinciæ quæ per captiuitatem seu violentiam se subiecerunt, vt Hispania, Sardinia, Cecilia, & Narbonen. prouincia. ff. de origine iuris. l. 2. §. capita. credo quòd tales si per iustum bellum se exemerint sint immunes a iure subiectionis: quia eo iure potuerunt eximere quo iure fuerunt captiuatæ. ff. de capti. l. nihil. iuncta. l. nil tam naturale. ff. de regu. iur. nam per iura bellorum, & hostilitatum transferuntur etiam iura religionis. ff. de offic. præfec. præ. l. 1. §. 1. ff. de religio. l. cum loca.
3 Sed tamen crederem quòd Reges nostri temporis, qui sunt exempti a Romano imperio vel nō recognoscunt superiorem, non possent condere legem sine consensu populi, cum non inueniatur populum potestatem trāstulisse condendi leges in tales: sed bene possent etiam facere statuta ad regimen regnorum, dum tamen non essent vsibus, & legibus populi contraria de officio præfect. præto. l. formam. populus autem bene posset condere legem de consensu Regis. nam licet imperium esset in imperatorem trāslatum, & potestas condendi legem tamen populo adhuc erat permissum condere legem saltim non scriptam scilicet consuetudinem. ff. de legi. l. de quibus supra quæ sit lon. consuetu. l. 1. & 2. de quo per Petrum in titu. de actioni. præiudicial. per quam quæritur an aliquis sit seruus, & per Docto. supra de officio præfecti præto. affri. l. in nomine Domini. §. t. & per Bartol. in procemio digestorum in rubrica, & in l. 2. ff. de rei vendic.

ADDITIO.

a Augmentet. Et ideo Imperator Augusti meruit habere denominationem, vt not. Docto. post glo. in rubro. proce. insti. in versi. Augusto.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Doctoribus qua loca ad legendum debent assignari.*
Item Doctores facientes intrare famulos scolarium, vt plures videantur habere, sunt infames.

2 *Priuile-*

2 *Priuilegium non habent, qui sunt vltra numerum.*
3. *Impedimenta debent remoueri, quæ impediunt studia.*
4 *Doctores legentes non debent in plateis vagari, sed studijs esse attenti.*
5 *Minæ præcedentes an inducant suspicionẽ vehementem.*

Vniuersos. Primo ponit ꝙ aliqui magistri legebant in aliquibus locis ad hoc, vt ibidem staret multitudo populi vel in locis, & conuocabant homines vndique, vt viderentur habere multos scolares, & sic ad pompam, magis quam ad vtilitatem: hæc Imperator prohibet dicens, quod qui hoc facit est infamis, & expellitur à ciuitate, & hoc vsque ad
1 versi. illos vero. Nota ex hac parte quòd doctores qui faciunt intrare scolas famulos scolarium vel alios secundum veritatem non studentes ꝙ ex hoc sunt infames. Bartol. & expellebantur à ciuitate. Illos vero, hic dicit Imperator quòd in locis priuatis recte potest doceri aliquibus discipulis a doctoribus nisi doctores essent de numero illorum, qui sunt deputati ad legendum omnibus volentibus audire, illi enim non possent, & si facerent deberent perdere scolares, & priuilegia quæ habent eo quod publicè legunt, & sic nota contra doctores qui non docent omnia, quæ possunt publice omnibus si aliqua docent singulariter in ea materia. Bartolus. Item
2 nota quod illi qui sunt vltrâ numerum non habent priuilegium, vt supra titu. 1. l. 1. versic. quod autem. And. versicu. habeat igitur, dicit Imperator ꝙ doctores debent esse in qualibet facultate in istis studiis. Nec obstat l. si duas. §. est autem. de excusatio. tu. quia illo tempore erat sufficiens numerus, qui ibi statuitur, tempore autem huius. l. iste erat sufficiens numerus. Et ideo in ciuitatibus quæ habent studia secundum diuersitatem temporũ est statuendus diuersus numerus. Barto. vel ibi loquitur de practicantibus vna cum docentibus, hic de docentibus tantum doct. Item nota ex hoc versi. ignorantiam gloriosam illorum, qui hoc adiicunt artes: quia quod noua testa capit inueterata sapit. Dnlius
3 de Gombayrinis. Ita vt vnicuique, hic Imperator committit præfecto, & earum ratione rectori cuiuslibet ciuitatis vbi est studium, vt faciant assignari loca doctoribus, & magistris ita distantia, quod quãdo vnus legit non audiatur in scolis alterius, & quòd strepitus scolarium qui sunt in vna scola non audiatur in alia, ne ex hoc studium turbetur, & sic not. quod ad officium iudicis pertinet remouere quicquid fieret iuxta scolas per quod lectura impediretur vel anima audientis turbaretur: quod facit ad quæstionem positam in glo. fi. ff. solu. matri. l. 1. & ibi dixi Bar. nam sciẽtia non discitur in tumultu. sed in otio.
4 And. In tex. ibi amoueri, quia non debent doctores legentes cum laicis conuersari, & ita esse in plateis & vagari: sed vt sint attenti in studio: quia vagus scolarium, &c. infra de tyro. l. 1. lib. 12. ita & in militibus, qui debẽt esse in cõtinuo exercitio. infra de re mili. l. milites. lib. 12. supra d. alleg. l. 1. in versic. si autem ibi interdicta, & est ratio: quia maior præsumptio est pro eis qui legunt publice, quam qui priuatè vel absconsè, & quòd magis sciant, & sic scolares magis proficiant argum. ff. de ritu nupt. l. fi. de admin. tuto. l. non existimo, & possent tradere scientiam adulterinam, si legerent in absconso argum. in procœmio digestorum. §. hæc autem tria in gl. 1. ibi in bona parte. Nota quòd si quis dixerit al-
5 teri quod bene se vindicaret, & post aliquod tempus reperiatur vulneratus ille cui minæ fuerunt illatæ quod debent intelligi illa verba in bona parte, scilicet quod se vindicaret iuridi-
a ce[a], per iudicem. sic habetur in l. furti. §. mandati in fi. ff. de his qui not. infa. vbi dicitur condemnabo, idest condemnari faciam. pro hoc. ff. de excusat. tuto. l. 2. §. neque & ff. de adulte. l. miles. § socer. & de bo. libe. l. qui cum maior. §. si libertus. Dulius. de quo ibi per Pet. de Bellapertica, & per eundem. ff. de administ. tut. l. 2. in princ. & melius in Specul. titul. de præsumptio. §. species. versic. sed pone. secunda parte secundæ partis. In glo. penult. de diuina scientia. potest responderi, quod in hoc Imperarot voluit deferre Papæ, qui præest in spiritualibus sicut Imperator in temporalibus in authen. quomodo oportet episco. in princip. collat. 1, sicut & alibi detulit in authen. vt cle. apud proprios episcopos prius conue. in princip. & §. 1. & colla. 6: & in authen. de eccle. titul. in princ. coll. 9. & in pluribus aliis locis iuris ciuilis, vt in primo li. C. & in pluribus ritul. authenticorum. Imperator enim voluit prouidere principium reipub. circa doctrinam, & eruditionem legalis scientiæ per quam mundus regitur, & illuminatur, & etiam circa scientias primitiuas sine quibus scientia legalis nequiret edoceri nec adisci, & per quas leges ciuiles magistri in sacra pagina medici artistæ, dialectici, rethorici, & alij, & in scientiis approbati priuilegiantur & proteguntur, vt supra de profess. & me. per totum. Item tempore harum legum forte non erat facta compilatio decretorum, nec decretalium quamquam etiam decreta, & decretales, & etiam constitutiones omnium scientiarum appobatarum vocentur & vocari possint leges, vt habetur in primis capit. decreti.

ADDITIO.

a Vindicaret iuridice. Limitabis post Ang. in l. 1. supra si quis impera. male. n. si minans consueuisset suas minas executioni mandare de quo per Bar. in l. metu. supra quod metus causa. Are. in suo tract. malo. in gl in ver & ei minatus est mortem, & Panor. c. scribam. in fi & ibi notatu in apostil. ad eum in ver. torturis extra de præscripe.

De honoratorum vehiculis.

Rubrica.

Visum est Supra de doctoribus & magistris, & eorum priuilegiis supra tit. proxi. & tit. de profe. & me. qui doctores sunt in illustrali dignitate constituti, vt nota, Doct. in rubri. procœmij digestorum super verbo illustribus, & ibi per Bart. nunc hic subiicitur de quibusdam viris magnificis & honoratis quibus debetur honor, vt in l. 1. hic situata, & in
b authen. vt ordin. præfect. & prætori. circa me. collatio. 5.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Insigniis doctoratus, an semper vti debeant doctores.*

Omnes. Antiquitus in signum dignitatis, & honoris homines in dignitate positi ibāt in carruchis seu vehiculis, & dubitabatur in ciuitate Romana vel in vrbe Constantinopolitana, vbi erat Princeps, & videbatur quod non propter reuerētiam Principis, tamen hic Imperator omnibus habentibus dignitatem permittit scilicet quod possint vti vehiculis omnes positi in illis dignitatibus, & in illis ciuitatibus.
1 Iuxta quod quæritur vtrum habeant necesse vti carruchis, rex. innuit quòd sic, dum dicit semper vtantur glo. tamen exponit, vt liceat eis vti si volunt, & sic not. quòd doctores non habent
a semper vti insignis doctoratus ᵃ. Sed possunt si volunt etiam vbi est Princeps. Bart. In text. ibi honorati, id est nobiles ciuitatis seu magnates dignitate decorati, & fuit ratio, vt ab aliis discernerentur, & laus eis afferretur vt in princ. vt §. de vestiolo. per totum, & nulli licere in frænis, &c. l. 1. per quæ censetur esse prohibitum burgensibus, & aliis quibuscumq; diuitiis præditis, cum istis promittendo aliis prohibitum esse censetur. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procura. & vt in auth. vt or. præfect. circa me. coll. 5. iuncta. l. 1. §. fi. ff. ad munip. & pro hoc. ff. de fal. l. eos. §. qui se pro. milite. ibi vel illicitis insigni-
b bus ᵇ, & facit pro hoc. ff. de iure fil. l. sed si accepto cum glo. nam qui toga vti volebant hoc à Principe impetrabant. Item clerici qui vestibus clericorum vtuntur puniuntur: quia inhabiles ad impetrādum per certum tempus se reddunt, & alias puniuntur: vt extra de vita & honestate cleri. c. qui in cleri. de Securo.

ADDITIONES.

a Insigniis doctoratos. Adde Anto. Corse. in suis sing. in verb. Doct. incipi. Doctores non habent necesse semper vti, &c. vbi refert & sequitur Bar. hic functa glo.
b Illicitis insignibus hoc facit ad quæstionem vtrum vtens insigniis doctoralibus vel militaribus nec doctor aut miles si post fuerit effectus doctor aut miles an sit necessarium quòd et de nouo conferantur, & dic quod sufficiunt solita portari casus est in c quod quidam vers. si forte secundum lect glo. pe in versi. exhorruit quam ibi sequitur Archi 1. q. 1. refert, & sequitur Ro. sing. suo 7 3 1. inci. quidam vtitur insigniis doctoratus.

De priuilegijs vrbis Constantinopolitanæ.

Rubrica.

Visum est Supra de priuilegiis vrbis Romæ veteris: nunc videndum est de priuilegiis vrbis seu Romæ nouæ, scilicet Constantinopolitanæ.

LEX PRIMA.

Vrbs. Constātinopol. ciuitas habet eadem priuilegia quę Roma. h. d. & quæ sunt priuilegia dicit in gl. An. & melius not. in auth. vt eccl. Ro. in princ. coll. 2. Facit hæc lex quòd si Rex concedat huic vniuersitati studii omnia priuilegia quæ habet studium Parisiense; quòd talis concessio sic generaliter facta valeat pro hoc. ff. de condit. & demon. l. in testamento, & de hæred. instit. l. hoc articulo, & idem si concedat huic loco nundinas cum similibus priuilegiis quæ sunt in nundinis talis loci. ad quod supra de priuile. cor. vr. Ro. l. 1. secundo respon. Et qualis probatio requiritur super his, & an de prioribus priuilegiis fidem fieri debeat, habetur extra de priuil. c. cum essemus. & not. in simili extra de fide instrum. c. 1. in vlti. vers. sed pone quod Papa ita mandat &c. ad quæ faciunt quæ not. in auth. si quis. C. de eden. & in Spe. de instru. edi. §. nunc dicamus. ver. illud autem scias, vsque in fi. de Securo.

De metropoli berito.

Rubrica.

Visum est Supra de priuilegiis & prærogatiuis concessis ciuitatibus Romanæ & Constantinopolitanæ: nunc de priuilegio & dignitate ɔcessis ciuitati de Berito.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Duæ metropolitanæ ciuitates esse possunt in eadem ciuitate.*
2 *Ciuitas metropolitana quæ dicatur.*
3 *Ciuitas qualiter constituatur, & num. 4.*
5 *Vna ciuitas an possit habere plures rectores, & vnum tribunal plures iudices.*
6 *Prouincia an possit in plures diuidi.*
7 *Prouincia duæ an possint in vnam aduniri.*
8 *Iudices quando committunt aliquid, eo quod sint occupati non tenentur exprimere causas occupationis.*

Propter multas. In eadem prouincia possūt esse duę matrices ciuitates, hoc dicit. pone in terminis, & prouincia phœniciæ erat quædā ciuitas metropolitana, & magna quæ vocabatur Tyrus: in eadem prouincia erat ciuitas Berytus, in qua erat studium generale, & in eadem vigebat multum peritia litterarum, impetrauit à Principe, vt ista ciuitas Beryti diceretur metropolitana, sicut ciuitas Tyri, & hoc Imperator concessit propter multas virtutes quibus ciuitas illa erat ornata, &
1 hoc primo. Sed contra hoc instatur quod per hoc fit iniuria tyro, hoc est illi ciuitati. Ad hoc respōdet Imperator quod nulla fit ei iniuria: quia etiam illa remanet metropolitana priuilegio antiquorum Imperatorum, & Berytus efficitur metro-
2 politana priuilegio suo, hoc dicit. Pro declaratione quæro quæ dicatur ciuitas metropoli-
a tana. glo. dicit, id est Archiepiscopalis ᵃ, hoc nota

ADDITIO.

a Archi episcopalis. Adde idem esse si habeat patriarcham secundum Bar. hic & Nico. de Neapo. in l. si duas. §. decet per illum alleg. & § Grammatici de excusatio. tuto. & Berta. de Firmo in suo tracta. de episcopo in prælu.

nota in §.decet. J. alleg. sed quid erat de iure an-
tiquo antequam essent episcopi. Respon. Erant
tres ordines ciuitatum, quædam maximæ, quæ-
dam mediæ, quædam paruæ. Maximę diceban-
tur illæ in quibus erat forum causarum cui sub-
erant multæ aliæ ciuitates etiam habentes me-
rum imperium. Et magnæ ciuitates dicebantur
quæ habebant merum imperium non habebãt
tamen alias ciuitates sub se. Paruæ dicuntur quæ
non habent merum imperium, sed solam iuris-
dictionem quæ datur defensoribus ciuitatum, vt
in cor. de defenso. ciuita. istam distinctionem
facit tex in l.si duas.§.decet autem.ff.de excusa.
tuto. illa ergo ciuitas quæ erat magna dicebatur
metropolitana etiam antequam essent episcopi
& archiepiscopi, hoc respectu est inuentũ quód
ciuitas cuius sedes est patriarchalis vel archiepi-
scopalis dicitur metropolitana, quæ habet plu-
res episcopos sub se habẽtes merum imperium.
illa vero quæ episcopo est subdita non dicitur
3 ciuitas metropolitana. Sed quæro qualiter con-
stituatur ciuitas. Respon. volũtate Principis vo-
lentis aliquem locum esse ciuitatem probatur
per hanc.l.& hoc Inno.tenet in ti.cum ab eccle-
siarum. extra de offi. ordi. vnde possibile est esse
ciuitatẽ licet non habeat episcopum: quia Prin-
ceps non potest facere episcopum: sed dat alia
priuilegia, & sic non sequitur, Papa priuat ali-
quam ciuitatem episcopo ergo desinit esse ciui-
tas. secundo quæro qualiter prouincia consti-
tuatur hic videtur text. ꝙ ciuitates quæ sub vno
metropolitano faciunt vnam prouinciam, vt
hic in fi. sit illa mater prouinciæ, &c. Cy. tangit
hoc supra de præscrip. lon. tempo. l.fi.& ibi de-
terminat ꝙ prouincia appellatur secundũ vsum
communem appellandi, vt Tuscia Lombardia
& Syria, & isto iure vtimur. arbitror tamen ꝙ
olim fuisset facta distinctio prouinciarũ, vt om-
nes ciuitates quæ suberant vni præsidi, & sic vno
metropolitano constituerent vnam prouinciã,
vt l. illicitas.§.qui vniuersas.ff. de officio præsi.&
secundũ illum ritum antiquum remanet adhuc
hodie nominatio prouinciarũ quo ad quædam.
4 Tamen qualibet ciuitas habens distinctum ter-
ritorium quæ superiorem non recognoscit po-
test dici prouincia, vt not. per glo. in dicta. l. fi.s.
de præscript. lon. tempo. Tertio quæro pro de-
claratione huius ꝙ hic principaliter dicitur, ꝙ
in eadem prouincia possunt esse etiam duæ ci-
uitates matrices: videtur enim monstrum, quód
in eodem corpore sint duo capita, vt extra de
officio ordi. c. quoniam, &c. glo. si quis vellet
facere in eodẽ episcopatu duos episcopos. nam
illud esset monstrum. Sed ꝙ vnus episcopus ha-
beat duas ecclesias æquè principales, hoc nõ est
monstrũ ita loquitur hic; hoc non est mõstrum.
5 Vnde ex glo. ista circa princ. insurgit dubium,
quomodo est ꝙ vna ciuitas potest habere duos
rectores, & in eodem tribunali possunt esse plu-
res iudices, vt l. 1. ff. de offi. consul & ff. de re iud.
l. Pompo. scripsit si vni. respondeo ista proce-
dunt ad similitudinem corporis humani mon-
strum enim esset si aliquis haberet duo capita:
sed non si haberet duas manus vel duos pedes,
& similia. Et ideo isti rectores ciuitatũ qui sunt
loco capitis non possunt esse plures, & ideo non
potest esse nisi vnus tex, vt 6. q. 1. in apibus: sed
alia officia inferiora possunt in eorum corpore
parificari, & sic possunt esse plures rectores in
eadem ciuitate, vel in vna ecclesia parrochiali
plures capellani & vnius pupilli plures tutores
& similia. Circa secundum scilicet quód duæ
ciuitates maxime sint in eadem prouincia sub
vno tamen præside nil est quod impediat. nam
quilibet priuatus potest in pluribus ciuitatibus
habere domicilium, & in vtraque esse æquali-
ter instructum, vt l. domicilium. ff. de municip.
secundum hoc in vna prouincia parificantur
ciuitates magnæ remanente vnitate prouinciæ.
6 Sed quæro an vna prouincia posset diuidi in
duas glo. dicit quód sic. ff. de ass. l. si eadem. puto
tamen quód licet non sufficit fieri sine rescripto
Principis, vt hic patet, & arg. l. & per hoc dico,
quód comitatus non possunt seipsos diuidere in
plures, vt in feu. de prohib. feu. alie. per Fre. §.
præterea ducatus sine licentia ciuitatis cui sub-
est, quod intellige quantum in præiudicium ci-
uitatis, sed inter esse causa commodioris admi-
nistrationis possunt hoc facere sicut in pluribus
tutoribus, vt l. 2. ff. de admin. tut. periculum ta-
men, commune remanebit, vt l. inter tutores. ff.
7 de admin. tut. Quæro vtrum de duabus ciuitati-
bus vel prouinciis possit fieri vna glo. dicit quód
sic, vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffr. §. il-
lud, & §. hoc autem. vnio fit multis modis quan-
doque vna subiicitur alteri quandoq; non subii-
citur si sibi vnitur. Et hæc vnio vel fit quód vna
sit principalis alia non, vel quód vtraq; sit æquè
principalis, vt nota. per glo. extra ne sede va-
cante. cap. 1. & ibi per Innocen. & alios Docto.
iuris canonici. Quæro quando vniũtur duæ pro-
uinciæ, ita quód vtraque remaneat principalis:
sed sub vno præside vtrum negotia vnius ciui-
tatis possint expediri in alia? Respon. sic vt ex-
tra de offic. legati. cap. nouit. & ibi per Innoc.
Quæro quando duæ ciuitates vel prouinciæ vel
ecclesiæ vniuntur an debita vnius alia valeat su-
portare Innoc. extra de priuileg. cap. pastoralis.
tenet quód habeat locum titulus de separatio-
nibus: quod ego examinaui in l. 1. §. si cohære-
dem. ff. ad legem fal. in eo, quód ibi dicitur an
portio grauata accedat, & ibi hanc. q. formauit
8 Bart. In text. ibi propter multas facit pro litte-
ris sententiarum & commissionum quas faciunt
iudices in quibus dicitur nos arduis negotiis oc-
cupati, vt non sit necesse exprimere causas, &c.
In tex. ibi Tyro. ex hac ciuitate fuit oriundus no-
bilis Vlpianus Iureconsultus. ff. de censibus. l. 1.
no. ex hac. l. bene merenti præmium concedi sic
supra de nauicula. l. 4. hoc libro, & de statuis, &
ima. l. & virtutum. Item nota. quód nobis be-
ne facienti tenemur naturaliter bene facere. l.
sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæred.
& l. si non forte. §. libertas. de condictio. indeb.
& extra de testamen. cap. cum in officiis. Item
nota. quod cum aliquod datur seu conceditur
alteri debet concedi sine alterius damno: quia
qui malè acquirit, & bene dispensat grauatur
potius quam præmietur argumen. supra de præ-
cip. Imperat. offe. l. 2. & infra de omni agro
deser. l. quicumque primo responso. & vltimo
hoc libro. & infra de veteranis. l. 2. Odoff. Cir-
ca l. istam quomodo est hoc quód Principes se
intromittunt de disponendis Archiepiscopati-

bus, & de factis ecclesiarum cum non sit eis attri
buta potestas, sed magis obsequendi necessitas.
16. q. 5. c. non placuit. & c. laicis, & c. nullus po-
test dici, quod tempore huius. l. Imperatores
hoc poterant facere ex tolerantia Papæ, vel ex
priuilegio eis concesso: vel forte sicut fiebat per
Imperatores, & tali potestate vtebātur pro bo-
no & conseruatione sedis Apostolicæ & Eccle-
siarum: sed postea eis renunciauerunt, vel quia
malè vtebantur fuit eis interdicta illa potestas,
& ita not. 63. dist. c. in sinodo. In glo. vltima &
dic vt ibi: ecclesia enim tunc indigebat præsidio
Principum, & expediebat ecclesiæ quòd fierent
per ipsos talia & maiora, & quòd interessent
electioni summi Pontificis 23. dist. c. in nomine
domini, & de iure enim Archiepiscopi debent
ordinari per suffraganeos suæ prouinciæ, vt 66.
di. c. 1. sed Papa consueuit ipsos Archiepisco-
pos ordinare ad voluntatem suam 63. di. c. me-
tropolitano. de Securo. vel potest responderi
quòd hoc non habetur in hoc tex. ꝙ Imperator
se intromittat de aliquo facto ecclesiæ: quia lo-
quendo de ciuitate metropolitana intelligit de
ciuitate eminentiori, & maiori totius prouin-
ciæ in qua præsidet præses in tota illa prouincia,
qui præsides dignitatem habebant clarissimam,
vt per consequens ciuitas illam habeat dignita-
tem. C. de priua. carceri. l. 1. & licet Papa confe-
rat Archiepiscopatus tamen Princeps potest
conferre priuilegia tali ciuitati metropolitanæ,
vt hæc notantur hic latius per Bar.

De canone frumentario vrbis Romanæ.

Rubrica.

Visum est Supra de nauiculariis publi-
cas species Romæ deferen-
tibus, vt supra in tit. de nauicula. nunc vidēdum
est quid obseruare debeant cum publicas spe-
cies recipiunt per ipsos deferendas. de Securo.
super glo. rubricæ ibi placet, & vt not. supra de
cano. lar. titu. super rubrica.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua coarctata loco & tempore qualiter probetur.*
2 *Notarius nunquam debet scribere debitorem recepisse pecuniam, nisi ei fuerit realiter numerata.*
3 *Confessus quandoque non habetur pro iudicato.*

Nautici. Nautæ debent confiteri se re-
cepisse species incorruptas: qđ
debet comprobari aspectu officialium tempo-
re, quo dantur, & quo restituuntur. h. d. Nota
a quòd negatiua [a] coarctata loco & tempore di-
1 recto probatur per visum, sicut affirmatiua, vt ff.
de aur. & ar. leg. l. si quando, & l. pediculis. §. Ne-
gatius. de hoc no. in c. bo. me. in antiquis. de elec.
Barto. & per Cy. & Doct. in l. optimam supra de
contrahen. & commi. stipu. vnde ad euidentiam
huius. l. no. ꝙ aliqui nautici erant deputati ad de-
ferendum annonas de prouinciis in sacratissi-
mam vrbem de quibus habuimus supra de naui-
cula. & not. ex hac. l. quòd illa est valida confes-
sio siue testatio quæ fit coram iudice concordat.
2 ff. de adulte. l. mulier. §. Socer. Secundo no. fieri
probationem per inspectionem oculorū con-
cor. l. si irruptione alie. in glo. Tertio not. cum
petitur liber redhiberi, quia est viciosus per aspe-
ctum iudicis vel illius qui huius rei habebat pe-
ritiam potest probare arg. supra de admi. tu. l. lex
quæ. An. & per istum text. dicitur pro Do. Guil.
de Fer. quòd notarius de illis quæ vidit potest fa-
cere instrumētum ad requisitionem partis alias
non: iuxta not. in l. si ex cautione supra de non
nume. pecu. & si cer. pe. l. si ex precio, & ita ista. l.
probat ꝙ ibi not. in glo. quod notarius nūquam
b debet scribere debitorem recepisse pecuniam [b],
nisi eidem fuerit in sui præsentia numerata, & de
hoc per Bar. dicta l. si ex cautione, & per Innoc.
extra de fide instr. c. si cautio. & facit pro hoc. J.
de erō. mili. anno. l. per hanc. §. hoc etiam. Item
3 not. ex l. præsenti, quòd non sufficit confessio
nauiæ nisi oculis subijciatur, alias inspiciatur.
Sed quare non sufficit cum pro iudicato habea-
tur confessio. sup. de confess. l. 1. & ff. de confess.
l. 1. dico ꝙ ideo, quia concernit præiudiciū con-
fitentis statur confessioni: sed non in præiudi-
cium tertij argu. ff. de re. eo. l. magis puto. §. illud
supra de sacrosan. eccl. auth. hoc ius porrectum,
& idem intelligo in quolibet actu qui nō posset
induci consensu confitentis argu. ff. de castren.
pecu. l. si forte supra de colla. l. in donatione, vn-
de talis cōfessio videtur in fraudem fuisse facta.
ff. de transact. l. cum ij. §. sed cum his, & de leg. 3. l.
cum quis decedens. §. codicillis, & de proba. l.
quæ testamentis. pro hoc facit. l. per diuersas. C.
man. cum dicitur ibi. in text. solutiones petu. &
vide quæ ibi notantur per glo. Bar. & Doct. in d.
l. si forte.

ADDITIONES.

a Negatiua coarctata loco & tempore probatur directo per visum sicut affirmatiua. Adde illum in l. si quis consortium num. 1. & qđ ibi notaui in apostil. ad eum in vers. probari negatiuā supra de fabricensibus illo lib. Philip. Fran. in c. si motu proprio num. 8. & quod ibi notaui in apostil. ad eum in vers. negatiua non coarctata de præben. lib 6. & do. meum. Dom. Philipp. Decium consi. 73 col. 2. versi. tertio dato &c.

b Debitorem recepisse pecuniam. Adde plene Bald. in rubr. supra de fide instru. col. 5. Bar. in l. si non singuli supra si cert. peta. & in l. singularia ff. eod. tit. Bar. Bal. & doct. in l. si ex pretio supra si cer. peta. & in l. prædia. ff. de acqui. possess.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia concedentia remissionem canonis annullantur.*
2 *Nemo potest sibi legem imponere à qua recedere non liceat.*

1 Si quid frumenti. Annullat om-
nia priuilegia
concedentia remissionem canonis, hoc dicit
hæc. l. potest intelligi, vt alleg. annullet omnia
priuilegia imposterum cōcedenda vel iam con-
cessa, & tunc nihil noui addidit: quia hoc habe-
mus supra de preci. im pe. offe. l. nec damnosa, &
si contra ius vel vti. pu. l. si. cū si. Secundo modo
pōt intelligi ꝙ annullet omnia priuilegia con-
cessa

cessa in quibus erat dictũ expresse non obstante
tali lege, & tunc inducit, quia aufert priuilegia
his quibus erant concessa. & aduertendum, quia
dicit non valeant, & intelligitur ipso iure. contra
opp. supra de præci. impera. offe. l. vniuersa. Sol.
quandoq; lex dicit nõ valeat simpliciter, & tunc
intelligitur ipso iure, vt hic, & supra de legi. l. nõ
dubium. quandoque dicit non valeat, si a parte
fuerit aliquod factum vel obmissum, & tunc in-
telligitur ope exceptionis dicta. l. vniuersa. bene
facit ꝙ vbi statutum dicit, ꝙ si cõtrahentes non
soluunt gabellam infra octo dies cõtractus non
valeat, intelligitur ope exceptionis. sic dixi in l. si
2 ita quis. §. ea. l. ff. de verb. obli. Bar. In fi. tex. quod
est verum, nisi in rescripto dicatur non obstante
tali. l. quia nemo potest sibi legẽ imponere quin
sit sibi licitum ab ea recedere. l. si quis in princ.
ff. de leg. 3. vel dic nisi secunda institutio interue-
niret in auth. de man. prin. §. deinde competens
coll. 3. & not. C. si contra ius vel vti. pu. l. fi. & su-
pra de peri. bo. subla. l. 1.

LEX III.

Neminem. In. l. præceden. prohibuit
remissionẽ hic ꝓhibet ca-
nonis mutationẽ, hoc dicit nullus põt postulare
canonis mutationem, & impetrata priuilegia à
iudicibus non admittuntur, & impetrãtes in du-
plum puniuntur, & iudices qui canones in pro-
prios vsus conuertunt, puniuntur. h. d. Bart. In
text. ibi ab vsurpatione id est ꝯuertendo in pro-
prios vsus. In tex. ibi immutando canonẽ, quia
tenebatur soluere frumentum, & volebat vt pro
frumento solueret vinum vel econuerso. Odof.
non finimus, nisi dicatur nõ obstãte tali lege &c.
vt dixi supra l. proxi. detinendos id est condem-
nandos, cæterosq; iudices coram quibus forte
fiebat professio de frumento suscepto supra ea.
l. vnde cùm ipsi deberent Romæ mittere sibi re-
tinebant. Odof.

De frumento vrbis Constantinopolitanæ.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Penuria crescit ex inordinata administratione.*
2 *Panis vbi debetur, an possit dari frumentum.*
3 *Magistratus super abundantia possunt statuere pretium frumenti vendendi.*
4 *Præbenda solita distribui in certa specie, non debet in aliam speciem conuerti.*
5 *Ad inopiam deuenitur per inordinatum modum viuendi.*

Nulli. Quod debet dari in pane non de-
bet solui in frumento. Item ex in-
ordinata administratione crescit caristia. Ad eui
1 dentiam præmitte quòd Constãtinus statuit cer-
tam quantitatem frumenti dandam comitibus
horreorum qui illam quantitatem deberent da-
re pistoribus, & pistores ex illa reddebãt panem
coctum domui Principis, & quorundam alio-
rum officiariorum publicorum: quæ quantitas
fuit augmẽtata per Theodosium, hoc præmisso
2 venio ad casum. Quæro vtrum domui Princi-
pis vel alteri domui publicæ cui debebat dari
panis coctus possit dari frumentum? respondet
Imperator, & dicit, quòd non imo hoc prohi-
bet sed præcipit dare panem coctum, & sic di-
stribui canonem ex ordinatione Constantini &
Theodosij. ratio est; quia si datur frumentum
potest conuerti in alium vsum quam in pane;
sic dispergeretur, & caristia efficeretur, quia res
publica cogeretur emere frumentum, quòd si
moderate administrasset potuisset vendere: hoc
dicit in tex. ibi nulli scilicet, domui aliquorum
officialium. domibus, vel nostris, vel publicis.
3 Nota quòd ex mala administratione frumenti
crescit caristia. ex quo not. ꝙ priores qui habent
arbitrium super abundantia possunt huius vigo-
re ponere ordinem qualiter, & quo ordine in
ciuitate, & quantum frumentum possit vendi
qualibet die vel mense. facit ad hoc. ff. de offic.
præ. vr. l. 1. §. cura carnis, & ad l. Iul. de anno. l. 3.
& de extraord. cri. l. annonam. Bart. vel potest
poni casus quòd in qualibet ciuitate reponitur
frumentum commune in vna domo, vt tem-
pore necessitatis distribuatur per homines ciui-
tatis vnde prohibet Imperator, quòd a modo
illud frumentum nemini detur etiã domui suæ:
sed certa quantitas de frumento pistoribus de-
tur, vt inde panem faciant. Et quemadmodum
antea in frumento fiebat distributio, nunc fiat
distributio in pane cocto, & hoc potest dicere
hæc lex secũdum alium intellectum. Odo. Nota
4 præbendam canonis dari consuetam in certa
specie singulis diebus non debere conuerti in
alium modum seu speciem distributionis, de
quo extra de constit. c. cum omnes. quamquam
in l. præsenti talis mutatio distributionis tende-
ret ad damnum rei. Et idem esset in canonicis:
sed illa mutatio dicitur tendere in damnum ser-
uicij diuini vt dicto. c. cum omnes. eo. tit. c. cum
5 Mar. Ferrariensis. Item nota quòd ducitur cito
ad inopiam qui non viuit ordinato, & seruato
modo & mensura: & crescit patrimonium eius
qui viuit ordinatè, vt ff. vbi pu. edu. de. l. ius ali-
mentorum, & est ratio: quia est seruandus mo-
dus in expendendo, ne victum longi temporis
breuis hora consumat, vt extra de censi. c. cum
Apostolus, & alibi iuxta facultatem ecclesiæ fa-
ciendi sunt sumptus, vt eo. tit. c. cum super & 10.
q. 3. c. inter cætera. Au. Item nota contra illos
qui tempore messium vendunt frumentum, &
postea ex indigentia emunt, & regulariter carius
& sic venit caristia, vt hic expresse dicitur. Item
nota contra illos qui in die Ascensionis sunt de-
putati dare panẽ charitatis pauperibus, & postea
magnam partem sibi retinent & dant officiariis
regiis & consulatus, qui non indigent: imo quã-
doque conuertunt illam elemosinam, vt loco
panis detur pecunia quod fieri non debet etiam
in qualibet alia ciuitate, & ista fuit vna positio
casus facta per Odoff. in l. præsenti. Item nota
contra executores testamẽtorum quibus est da-
ta potestas dare pauperibus certã quantitatẽ pa-
nis, quòd illam erogationem non possunt con-
uertere in erogationem pecuniæ, vt hic habetur
ff. de admi. re. ad ci. perti. l. legatam, quia aliud
pro alio inuito creditore solui non debet. l. 1.
supra de fabricen.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Officiales publici non possunt minuere vel ad alium vsum conuertere quantitates statutas de publico pro abundantia. Fallit in pistoribus. nu. 2.*
3 *Lucrum assumit sibi naturam capitalis principalis, ex quo infertur.*
4 *Sculptura an & quando sit danda fides.*
5 *Instrumento publico datur fides.*

Auri statuta. Quãtitas statuta ad em-
ptionem frumenti non
potest minui nec ad alios vsus cõuerti: sed quod
de ea debet in publicum librum scribi: cõtra fa-
cientes puniuntur in duplum. lucrũ assumit na-
1 turam sortis. h. d. Nota primo ꝙ si in aliqua ci-
uitate est statuta aliqua quãtitas pecuniæ, scilicet
pro habenda abundantia, ꝙ officialibus publicis
non competit arbitriũ minuendi illam vel con-
uertendi in aliam causam, vt hic dicitur in tex.
Et hic titulus non solum habet locum in ciuita-
te Romana: sed in qualibet ciuitate, vt hic not.
2 super rubrica. Secundo not. ꝙ licet non possit
ad alium vsum conuerti tamẽ potest pistoribus
mutuari. Ad hoc op. supra de his qui ex publi.
l. 1. & 2. Solu. non licet mutuari extraneæ perso-
næ, sed si mutuum tendat ad expeditionem ne-
gotij propter quod erat ordinaria pecunia po-
test fieri, vt hic: mutuatur enim pistoribus qui
forte se aliter poterant parare ad cõponendum
panem, & ad alia necessaria facienda, & sic vide-
tur casus pro conseruatoribus monetæ huius ci-
uitatis, qui habent potestatem deputatam pro
dispendiis militum, & pro militibus conducen-
dis, vt possint ex causa militibus mutuare pecu-
niam, vt se armis. i. equis fulcirent, quod not.
3 Vltimo not. quòd lucrum assumit sibi naturam
principalis capitalis: quod facit ad multa, & spe-
cialiter si inter plures socios erat contracta so-
cietas ad certum tempus, ꝙ sicut non debet di-
minuere capitale missum in societate, ita nec de
lucro, quod tamen dimitto sub dubio. Bart. In
tex. ibi potestatis, vt quia assecutus est officium
in vrbe. Dy. mancipiis. s. pro pane faciendo, id
est debet scribi quot modis traduntur pistori. s.
de frumento. Odof. ibi soluendi. i. debet scribi
quot panes inde factos à pistore postea recepit.
Odof. In fi. tex. & hoc ad finem ne aliquis præ-
textu ignorantiæ se valeat à pœna huius. l. excu-
sare arg. ff. de instit. l. sed & si pupillus §. proscri-
bere. Odo. In glo. fi. in fi. ibi, lapideis pro quo. ff.
de secun. tab. l. 1. in prin. cum ibi not. Et sic nota
4 ꝙ scripturæ & sculpturæ repertæ in tabulis æreis
aut in lapidibus marmoreis aut aliis fidem fa-
a ciunt [a], vt not. in decretis. 24. q. 2. c. sanè profer-
tur, & pro hoc facit. s. de religi. l. monumento-
rum, vt sunt imagines regum positæ in palatiis,
& aliis locis publicis, vel vt sunt scripturæ in car
tulis contentæ vel in pariete, vel in aliqua tabula
plantatæ seu fixę in quibus scribebantur nomina
clericorum ipsius ecclesiæ. & officia ipsorum, vt
faciunt religiosi qui scribunt nomina illorũ pro
quibus fiunt anniuersaria, velut sunt columnæ
in quibus sunt imagines. Item scribebãtur olim
in parietibus in columnis dedicationes, & con-
secrationes ecclesiarum, vt in dicto c. sane pro-
fertur, & quod ibi not. Item olim in albo, id est
in dealbatione quæ fiebat in pariete, siue in ma-
tricula vel tabula scribebãtur nomina decurio-
num. de quo. ff. de albo scriben. l. 1. Item etiam
olim scribebantur edicta prætoris. Item citatio-
nes & vocationes in ius quandoque de quo ff.
de iurisdict. omn. iud. l. si quis id quod. Item scri-
bebantur quandoq; ante tabernam, & in loco
patenti, vt aliquis non contraheret cum aliquo
institore, vt ff. de instit. l. sed & si pupillus. §. pro-
scribere. Item quandoque scribuntur nomina
illorum qui relinquunt aliquid fiẽdum in repu-
blica. de quo ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. lega-
tum. ibi inscriptione, & in l. 3. ff. de operi. pub. &
credo talibus sic publicè, & patenter, & de anti-
quo factis debere dari fidem, & maxime factis
per personas authenticas, & per dispositionem
iurium, vt arg. ff. de verbo. signi. l. sciendum, alias
essent inuanum iura facta de talibus. argu. ff. de
procur. l. non cogendum, & supra de lati. liber.
5 tollen. l. 1. Et etiam fides datur instrumento pu-
blico supra de testa. l. publicati. & extra de testi.
ca. Albericus. nec ob. supra de probat. l. exem-
plo. & l. instrumenta domestica. & de censi. l. in-
ter cartulas: quia illa fiebant absconsæ, & ad
priuatorum vtilitatem. sed hic scripturæ fiebant
patenter, & publicæ, & magistratuum autho-
ritate vt hic, & aliis iuribus supra alle. De Secu-
ro. Sic est in terminis prædiorum. ff. de termino
mo. l. fi. & ibi per Bar. & per Cy. C. de accu. l. 1. &
clarius. ff. fi. regun. l. in finalibus, & l. seq. & vide
no. in decre. 86. di. c. tanta nequitia.

ADDITIO.

a Fidem faciunt. Adde Bart. & omnes in l. monumentorum supra de reli. glo. in l. in testamento la 1. in versic scriptura ff. de condi. & demon. Inoo. plene in rubri. extra de conse. eccle. vel alta. Bal. 10 l. exemplo. supra de proba. & Feli. c. ex parte col. 16. versi. aliæ scripturæ extra de rescriptis.

De annonis ciuilibus.

Rubrica.

Visum est. Supra de annonis publicis, s. de annonis vrbis Romæ vel Constantinopolitanæ ciuitatis nunc vult dicere de priuatis tãquam de inferioribus, & ideo ponitur rubrica de annonis ciuilibus quas præstat Imperator bonis militibus. Odof. Vel sic. visum est supra qualiter annonæ publicæ percep-tæ debent ad vrbem apportari, & comitibus horreorum vel marescallis Imperialis exercitus tradi. vt supra de nauicula. l. comperimus, & supra tit. 2. l. 1. & qualiter exactè dispensentur supra tit. 1. l. 1. & l. fi. nunc est videndum qualiter ciuiles annonæ bene merentibus, & viris dignitate decoratis per Principem concedãtur. De Securo.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas studij an possit aliquid statuere in præiudicium doctorum.*

2 *Fructus*

2 *Fructus perceptos prabenda, an transmittat clericus ad haredes. & nu. 3. 4. & 6.*
5 *Duas prabendas, sicut nec duas vxores quis habere non potest.*

Annonas. Annonæ ciuiles non dantur pro titulis dignitatum, sed ꝓ meritis hoc dicit. In tex. ibi titulus idest nō dātur salaria nisi pro benemeritis, vt bene faciant illi officio, ad quod quis positus est. Sequitur versic. ideoque duobus modis legitur. Primo vero est ꝙ doctor qui nescit legere habebat scolares: certe propter hoc non debet habere salarium. Secundo vero legitur, cum salarium sit deputatū auctoritate principis non poterit illud immutari
1 ri statui vel reuocari Et sic not. ꝙ per vniuersitatem studij Parisius non potest aliquid statui in præiudicium pactorum, & conuentionum facto rum a communi Doctoribus quod tenementi: licet de hoc scolares tedeat. Sequitur versicu. Et quicunq; casus. salaria debita transmittuntur ad hæredes, posset etiam istud aliis concedi quouis alienarionis titulo: istud intelligit glos. nostra in
2 salarijs temporis præteriti. Sed an docens pro futuro tempore debet habere salarium si officium non compleuit, dixi plene in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extraordi. cog. Item glo. inducit in argumentum ad glo. quod si clericus decedat post perceptos fructus præbendæ illos transmittit ad
a hæredes suos [a], de quo supra de offic. ordi. cap. præsenti. lib. 6. & per Archidia. extra de rescrip. c. statutum. lib. 6. dixi plene in l. diuortio. ff. solut. mat. Bar. Intex. ibi vniuscuiusque merito. licet sint pauperes dum tamen fideles, & idonei approbentur, & sic fit Bononiæ vbi eligunt de popularibus aliquos antiquos. Odoff. vel hæreditatis merito, & iure hæreditario ex testato, vel ab intestato. de Deucio. In glo. & ibi aduocentur, & quod in authen. de mona. §. ordinaria, & infra de proxi. sac. scri. l. vnicuique lib. 12. In glo. fin. in fine ibi iam perceptam, vt transmittant ad successores ad a rg. infra de primipila. l. 1. lib. 12. supra de leg. l. 2. infra de domes. & protec. l. fina. de agen. in re. l. matriculam in feu. hic finitur lex. §. his consequenter ad quod. ff. loca. l. qui operas cum ibi notatis. Sed in contrarium facit ꝙ bona reuctorum sunt pauperum supra de episc. & cle. l. 2. & ideo ad alias personas eas transferre non possunt in authen. de eccle. tit. §. inter decimas. Glo. tamen ista videtur variare. transmittant, eo ꝙ laborauerint, & sic suos fecerunt etiā ad trans
3 mittendum infra de cro. mili anno. l. cum sæpe Sed fallit in rectore ecclesiæ, qui solum est vsufructuarius, & sic ex quo mortuus est v on transmittit ꝑ §. finitur. insti. de vsufr. Et ꝙ æquiparentur rectores, & vsuarii. Nota. extra de re. permu. cap. cum olim in glo. fin. & melius extra de pecu. cle. c. fin. in penulti. glo. & pro hoc extra de pign. c. ex litteris habetur, vbi Docto. tamen quātum ad præbēdam rectori ecclesiæ habet fieri reseruatio futuro successori extra de testa. cap. relatum. 2. & de elect. c. quia sæpe, & de officio ordi. capitulo præsenti. lib. 6. & 1 a. q. 2. cap. nec huius placiti. De se
4 curo. Sed quid de clerico qui renunciauit beneficio præbēdæ suæ fructibus iam maturis, & alius subrogatus est loco ipsius ad quem pertinebunt fructus, & videtur ꝙ renuncians habere debeat: quia eo anno seruiuit ecclesiæ, vt supra de cadu. tollen. §. in primo, & §. pro se. ff. de regu. iuris. l. secundum naturam. Item quia, & si decessisset ante quam eos percepisset ad hæredes transmisisset infra de domesti. & protec. l. vlti. & l. matriculā alle. & de priui. l. 1. & supra de aduo. di. iudi. l. post duos. §. 1. Item videtur etiam ꝙ subrogatus debeat cauere pro parte fructuum præstanda, vt alias dicit lex. ff. so. ma. l. diuortio. §. interdum, & l. si filio. §. fin. præterea videtur ꝙ sit casus l. ꝙ debeāt diuidi pro rata. ff. so. ma. l. diuortio in princ. & § ꝙ in anno. & §. non solum, & l. de diuisione, & ff. de iure do. l. dotis fructus. in prin. & §. 1. cum
5 suis similibus. Idem debet dici in beneficio ecclesiæ cum ecclesia pro vxore clerici reputetur, nam sicut prohibetur quis habere plures vxores
b ita duas præbendas sine duo beneficia [b] in diuersis ecclesiis, vt supra ad l. iul. de adulte. l. eum qui supra de incest. nup. l. 2. extra de cler. non resi. ca. quia, & extra de præben. c. 3. contrarium videtur ꝙ subrogatus debeat habere omnes fructus: quia fungitur vice illius qui renunciauit, vt infra de comi. rei mili. l. 1. vt digni. or. ser. l. si. de aqueduc. l. fi. supra de murileg. l. si ex corpore. Item quia renunciauit, in culpa fuit sicut ille qui repudiauit vxorem voluntariē sine causa iusta, vt in authen. vt liceat ma. & auie. §. quis autem. pro hac parte facit. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. si fructib. ff. de vsufru. l. arbores. §. 1. & l. item si fundi. nam fructus pendentes sunt partes fundi siue præbendæ. ff. de rei ven. l. fructus pendētes de leg. 2. l. Meuius. §. pen. l. cum filius. §. dominus, & ff. de vsur. l. habemus. §. fructus. Item si pereat vsufructuarius pendentibus fructibus pertinent ad proprietarium. ff. de ao. le. l. in singulas. ff. de vsufru. leg. l. defuncta. secundum vnū intellectum. ff. ad l. fal. l.
6 penales. primo responso. Item quia remittentibus, & c. ff. de ædi. edic. l. quære. §. si venditor. supra de pact. l. postquam. de commissis l. fina. & ꝙ subrogatus debeat habere facit supra d decurio. l. si ad magistratum, & l. quidam ignaulæ l. quamuis, & videtur casus expressus in authenti. vt cleri. qui recip. in rubro, & nigro vsq; ad §. istud secundum Dulium.

ADDITIONES.

a Ad hæredes suos Adde Inno. in l diuortio. ff. solu ma. glo & Doct in cap. præsenti de offi ordi. lib. 6. & in c. statutum §. assessorem de rescrip. eo. lib. Arch. io cap. consuetudinem in 6. de cleri non resi. eod. lib. Card. io clem gratiæ num. 12. & ibi notatur io apostil. ad eum io versic. & cleric. præesse de rescri. & Panor. c. reprehensibilis nu. 8. & ibi etiam notatur in apost. ad eum in ver. testari extra de appel.

b Duo beneficia ego puto istud esse intelligendum de curatis quo quia se non compatiuntur ideo plura habere quis prohibetor, & alia etiam vt quæ residentiam requirant de quo vide Card. in clem gratiæ nu. 13. & ibi notatur in apostil ad eū in ver. ad de iure communi de rescrip. & Philip. Fran. plene. sc. super eo. num 5. vbi etiam posui in apostil. ad eum in ver. plura beneficia retinere de præben. lib. 6.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Elemosina publica quibus debent dari.*

Centum. Legitur duobus modis. Primo de frumento distribuēdo inter

inter milites. Secūdo de distribuendo inter pau-
peres hoc magis placet per l. supra de sacrosan.
1 eccles. l. priuilegia, & est clara hæc lex. Nota ꝙ di
xit ciuibus nostris argumētum, ꝙ curiales posi-
ti sup faciendis elemosinis publicis non debent
hoc dare extraneis vel forensibus, sed ciuibus
pauperibus, sed potest intelligi quód dicat ciui-
bus nostris, & omnibus qui sunt sub Romano
imperio. facit ꝙ Episcopus qui debet dare extra
neis pauperibus, vt supra de epis. & cler. l. nulli
Bar. In tex. ibi per singulos dies idest ꝙ singulis
diebus solet dari. Dyn. In gloss. vlti. ibi militibus
qui debent armari, & a republica infra de re mi
li. l. milites.

De mendicantibus validis.

Rubrica.

Super glossa rubricæ ibi cum di
cit galio-
tas canō vocat illos galiādos extra de vita, & ho
nesta. cleri. ca. 1. lib. 6. ibi cum dicit in authen. de
quæsto. § si vero vitæ coll. 6. in fi. glo. ibi de diuer
sis de quo. 45. di. c. duæ sunt.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Colonus perpetuus qd differat ab ascriptitio siue censito.*
2 *Mendicare quibus sit permissum, & nu. 3.*
4 *Sanitas, & infirmitas quomodo probentur. Item minor*
ætas, & senectus qualiter probari possint.
5 *Verecundia maior est publicè mendicare, quam laborare.*

Cunctis. Casus. Qui sine necessitate pu
blicè mēdicant possunt inspi-
ci, & qui eos inspexerit, & prodiderit ac etiā pro-
barit, dominium eorum consequitur si sint ser-
ui, alias ius colonatus si sunt liberi salua domi-
nis actione serui corrupti. hoc dicit Bar. In text.
ibi in singulis idest singulis annis faciant omnes
mendicantes connocari, & omnes inspiciant,
de quibus dubitatur vtrum sint mendici, vel nō
& an egeant elemosinis, vel non. Dyn. Inertibus
idest pigris cum possint vitam quærere. latebrā
quid sit dic vt supra de decurio. l. quidam igna-
1 uiæ. In tex. ibi perpetuo not. de colono perpe-
tuo: quia iudicio meo differt ab ascriptitio idest
censito: quia hic seruit quamdiu viuit, ac illi, &
liberi eius sunt perpetuo solo annexi, vt infra de
2 agri. & censi. discrimina. An. In gloss. 1. ibi quia
publicè not. ex hac glo. quia pauperes verecun-
di qui non publicè quærunt, sed à quibusdam sin
gularibus amicis, & clam non incidunt in hanc
constitutionem. Item intelligo publicè, & palā
sine delectu secundum formam l. palā. ff. de ri-
tu nup. Bar. Glo. quæ est super verbo incerta ibi
3 quia ignoratur. Pro declaratione debes scire ꝙ
mendicitas quandoque est certa ex qualitate re
ligionis: vt quia est de aliquo ordine mendican-
tium ab ecclesia tamen approbato, vt in c. reli-
gionum diuersitas extra de religio. do. lib. 6. quā-
doq; est certa respectu causæ, pro qua quæritur,
vt sunt hospitalarii spiritussancti, qui vadunt per
mundum. Isti tamen non admittuntur sine litte
ris dioecesani Episcopi. de pœ. c. 2. in clem. quā-
doq; quis quærit pro seipso, & tunc mendicitas
dicitur certa in ciue, & noto ex vulgari opi. vt l.
vbi, & ibi not. C. de iure do. sed si vulgi opi. non
est certa tunc debet implorari, ita loquitur lex
ista. Bar. In glo quæ est super verbo plenitudinē.
in fi. ibi debilitatem, vel dic verius ꝙ ibi respubli
ca seu rector, vel præses prodidit mendicantem
quare reipublicæ applicatur: hic autem priuatus
cum prodidit, et ideo priuato applicatur arg. su-
pra de capti. l. ab hostibus Bar. Nota in hac l. vbi
dicitur inspectis ꝙ pauperem mendicantem, qui
in aliquo ostendit membrorum debilitatem po
test quis inspicere, & tangere, & velle videre an
hoc sit verum, & deinde potest priuatus talem
mendicantem facere venire ad iudicium, & ha-
bebit locum hæc lex. Item poterit hoc facere of
ficiarius publicus in authenti. de quæstori colla.
4 6. Item not. ꝙ ex inspectione corporis potest
comprehendi sanitas, & infirmitas sicut ætas. si-
mile in quacunq; re suspecta potest apprehendi
an sit vitiosa, vel non supra de cano. tri. vr. ro.
a l. 1. recte ergo testis qui deponit de sanitate [a] ali-
cuius dicit sic esse quia vidit. Nota etiam quód
sicut minor ætas pt̄ pbari ex aspectu. ff. de minor.
l. minor. 25. annis ex aspectu. Ita similiter senect9
vt hic. Item nota quod tales qui fingunt mendi-
care puniuntur ciuiliter quæ pœna applicat par
ti, & sic delinquunt, & per consequens puniendi
sunt extraordinarie a rectore ciuitatis. Igit hæc
lex facit ad quæstionem vtrum filio robusto, &
sano, & nihil operanti pater possit denegare ali-
menta, & videtur hic ꝙ sic, & in l. si quis a liberis
§. si vel parens. ff. de li. ag. quod intellige si secū-
dum conditionem natalium operari non esset
sibi verecundum: quis enim diceret ꝙ filio vnius
hominis nobilis imponeretur necessitas laborā
di? certe nullus. nam non possumus. ff. de condi.
Insti. l. filia, & l. nepos proculo. ff. de verb signi.
5 Not. ad hanc l. ꝙ maior verecundia est publicè
mendicare quam laborare, & ideo robustus cor
pore qui publicè quærit sine distinctione natalīū
cogitur laborare postquam in tanta miseria est
deductus: non enim sibi est turpe sed si alio mo-
do posset viuere nō percipiendo alimenta a pa
tre non cogeretur laborare, vt supra dixi, & ex
his apparet ratio. quia hæc lex non habet locum
in his qui clam mendicant Bar. In fine tex. super
verbo, actione. Ideo videtur, ꝙ dominus possit
recuperare talem seruum infra de agri. & censi.
l. seruos, & de colo. tracen. l. 1. & de colo. pal. l.
r. Solutio hic habet actionem, & sic rem habere
videtur, vt l. qui actionem. ff. de reg. iur. Sed hæc
solutio non procedit, sed supponatur quód ser-
uus non fuit occultatus. & ad mendicandum in-
ductus per alium, & ideo potest dici quod tunc
efficiatur delatoris cum fuerit occultatus, & in-
ductus per alium: quo casu dominus nō videtur
damnum pati cum habeat regressum contra la-
titan-

ADDITIO.

a Testis qui deponit de sanitate. Adde Bar. in l. fin. de re iudi. Angel. in l. 2. ff. si quis cau. & Bald. in addi. ad Spe. in tit. de ap. veri. quæ tempora.

titātem, vel forte dominus fuit in culpa permittendo suum mendicare, vel dic, ꝙ licet efficiatur delatoris dominus poterit ipsum recuperare si sibi vel alteri non poterit culpa imputari, & tūc æstimatio serui dabitur de publico delatori. de securo. facit C. pro qui. caus. serui pro præmi. lib. acci. l. 2. in fi.

De nautis tyberinis.

Rubrica.

Quia per tyberim frumenta, & aliæ species de quibus supra dictum est deferūtur cum nauigiis ad vrbē, & de vrbe ad prouincias plerīq; mittuntur: ideo subiicitur hic titulus de nautis tyberinis. Odoff.

LEX PRIMA.

Qui nauem. Qui habet nauem tyberinam cogitur opus publicum suscipere nec aliquo priuilegio excusatur: hoc dicit Bar. In tex. ibi ostenso. qui ante se habere negauerat de securo. Agnoscat autem ꝙ in vehendo consistat non autem intelligas de aliis omnibus vt tutelæ, & curæ, & similibus: quoniā ab his puto eos excusatos supra de excu. tuto. l. penult. & supra de nauicula. not. in rubrica, & supra ex qui. mu. vel præsta. l. 1. Odoff. Iuxta hanc l. quæro quid si nauis inueniatur extra alueum fluminis. Respon. idem, princeps enim loquitur generaliter: licet in illatione aliqualiter se restringit. Sed quæ fuit ratio condendi hanc legem nōne sufficiebat titulus supra de nauibus non excu. Respon. quia in vrbe Romana erant multæ personæ priuilegiatæ quæ prætendebant immunitatem. idem placuit principi de hoc principaliter legem condere, vt magis certè hoc prouideretur argum. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de regu. iur. Barto. intelligitur tamen cum debita satisfactione supra de nauicula. l. nauarchorum cetus. ad quod supra de naui. nō excu. l. fin.

De frumento Alexandrino.

Rubrica.

Supra dictum est de frumento vrbis Constantinopolitanæ, modo vult dicere de frumento vrbis Alexandrinæ.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Militare proprijs stipendijs, an quis cogatur.*
2 *Occasio deprædandi, & subtrahendi est amputanda.*

In æstimatione. Primo confirmat salarium ꝙ præfectus orientis statuerat quibusdam officialibus positis ad congregandum frumētum ad ciuitatem Alexandrinam: & etiam ad tuendam substantiā nauiculariorum q̄ erat obnoxia reipublicæ vt supra de prædi. nauiculariorum per totum. Secundo prohibet ad illud officium vocari decuriones, sed alios officiales pcepit eligi, pulsiōe facta Secunda incipit ibi atque vt curialibus. Bar. In tex. ibi in æstimatione idest secundum æstimationē, & quantitatem cohibetur idest coadiunatur munere idest salario eis constituto secūdum quantitatem frumenti, quod coadunatur, vt in
1 principio l. dixi. Bar. Nota ex hac l. ꝙ nemo cogitur propriis stipendijs militare, & quod remunerandus est labor in authen. de iudi. §. ne autē labor. colla. 6. Item nota contra solitos de præda viuere. ff. de adminis. tuto. l. si minoris. An. & infra de lucris aduo. l. fin. lib. 12. Item nota ex lege ista in principio pro statutis quæ dant salariū alicui officiali secundum quantitatem eorum quæ venire fecerunt in commune concor. l. Scyo. ff. de adimen. lega. Item ex secunda parte not. argumentum pro statutis quæ prohibent nobiles aduocatos, & similes a quibusdam officijs publicis. Ray. facit C. ne li. po. patro. liti. pręs. vel ac. in se trans. l. vna cum ibi notatis super ver
2 bo, potentiorem. Item not. ex fi. huius legis occasionem deprædandi, & substrahendi auferendam, & impediēdam sic, & infra de lucris aduo. l. 1. quod male seruant senescalli regij, & officiarii multos officiarios deputando, & mittendo p senescallias fingendo quod eos mittant pro reparatione fortaliciorum, & pro leuādis subsidijs & exactionibus diuersis, qui prætexrn commissionum multa extorquent a subditis, & pecunias regias subtrahunt subtiliter, & sibi appropriant cum detrimento subiectorum, vt dicto titulo de lucris aduo. per totum lib. 12. & ff. de officio præsi. l. illicitas, & de concus. l. 1. & 2. & in authen. vt nulli iudi. in princip. & §. 1. colla. 11. Quæro si senescallus creauit seruientes, vel capitaneos pro custodia villæ vel castri, & vult eis statuere salarium de bursa Regis soluendū sine consensu Regis, an hoc facere possit, & videtur ꝙ sic ex hac causa, vt l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fa. Item pro hoc tutor potest ministrantibus res pupilli salarium dare, vt ff. de administra. tuto. l. cum plures. §. in primis, & l. tutor secundum dignitatem. §. fina. & pro hoc supra de episco. & cler. l. iubemus, & ff. si quis in frau. patro. l. nimis libertus. Sed dico contra per l. istam. quia non valet nisi fuerit roboratum per Regem, & pro hoc supra de anno. ci. l. 1. & 2. & supra. de fru. vr. constan. l. 1. & pro hoc videt casus in l. Seuerus circa principium infra de pala. sacra. lar. & in auth. de iudi. §. ne autem labor, & in authenti. vt iudi. sine quoquo suffr. §. cogitatio. nec obstant. ll. cōtrariæ quia ibi ministrabant salaria de proprio, & in sui præiudicium statuebant: hic autem in principio hoc facere non potuerunt argum. supra de decurio. l. vacuatis. nec obstat lex quæ loquitur in tutore: quia tutor est quasi dominus senescallus not. argum. ff. de fur. l. interdum. §. qui tutellam. Item hoc facit tutor auctoritate legis, sed in capitaneo propter periculū ꝙ esset in mora, & Rex non potest adiri de facili: crederem tamen contrarium cum talia dilationem non recipiant, & pro hoc infra de cohor. l. 2. §. 1. lib. 12. iuncta l. 4. §. si tam vicinum. ff. de dam. infec. & ff. de ap. reci. vel non l. fin. secus si necessitas tanta

non

non vigeret, & sic intelligitur quod dictum fuit supra. Sed quid erit si de facto fecerit cōtra legē istam, vt si fecit aliquos ad officium istud gerendum qui non deberent institui ad hoc officium ipsos instituit, vel illum qui erat amotus ab officio. Dico ꝙ non potest facere hoc nec creatio facta sine consensu principis valet supra de sus. scep. & arc. l. si aliquis in fin. vbi dicitur ꝙ non tenet rescriptum super hoc impetratum. Sed hoc verum est si per subreptores fuerit obtentum: secus si ex certa scientia principis fuerit concessum infra de cohor. prin. & co. l. si quis ex grege cohortali, & dic pro & contra, vt ibi not. De Securo.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Mensura signis publicis signantur, & quales debeant esse, & ex qua materia nu. 4.*
2 *Nomen officiarij, & officium propter eius malam gestionem aboletur.*
3 *Alimenta, an & quando sint pauperibus de publico ministranda.*
4 *Mensura debent de publico deputari. & coæquari.*

Diurnos. Primo addit certam quantitatem frumenti dandam singulis diebus pro alimentis Alexandrinæ ciuitatis. Secundo reuocat nomen cuiusdam officij. Tertio dicit hādas quasdam esse mensuras, quæ vocantur tesseræ, & eas iubet signari, & suo nomine nuncupari, Hoc dicit. Secunda ibi, & tertia ibi: & tesseræ. Bar. In textu ibi alimonia id est, vt de publico vendatur qualibet die volentibus emere pro suis alimentis, vel dic, vt de publico detur pauperibus illius ciuitatis, vt supra titu. 3. l. fi. de-
1 signentur idest signum publicum eis imprimatur. Et sic nota pro eo ꝙ fit quotidie in ciuitati-
a bus vbi mensuræ signis publicis signantur [a] Bar. Et nota ꝙ in honorem Regis Alexandri fuit ciuitas de qua hic dicitur ita nominata. Item nota ꝙ in honorem imperatoris hic nomen scribitur vel eius largitio ab eo facta fuisse scribitur sic. ff. de operi. pu. l. opus. Sed etiam nomen illius cuius est sepulchrum in eo scribitur vt supra de religi. l. monumentorum, & sic etiam fit hodie, ꝙ nomina illorum qui faciunt ædificari ecclesias vel capellas, & ædificia seu palatia faciunt ibi scribi sua nomina annum. & diem constructionis. de
2 hoc scripsi supra de frumen. vr. constan. l. a. Item not. ꝙ nomen officiarii, & officium propter malam gestionem ipsius aboletur sic econuerso factum prosperum, & eius nomen qui peregit illud approbatur, vt supra de episc. & cler. l. quoniam venerabilis recordationis. Item nota ꝙ alimoniæ solitæ præstari in honorem, & priuilegiū ciuitatis augumentātur, & hic, & supra de fru-
3 men. vr. constan. l. 1. & de anno. & tri. l. fi. Facit hæc lex ꝙ quotiescunq; reperitur calamitas magna, & caristia ita ꝙ pauperes non possunt se sustentare debent eis alimenta ministrari de bonis Regis vel reipublicæ, vt hic, & supra de anno. ciuili. l. fin. & ff. de decurio. l. decurionibus lapsis, & supra de episco. & cleri. l. 2. & deberent subditi in tali necessitate talliari, & maxime clarius præbendati qui tenētur pauperes alere, & eis ex necessitatibus subuenire. & hæc patent 42. distinctio. cap. 2. & cap. quiescamus; & 76. distinctio. capitulo 1. & capitulo non satis; & capitulo pasce fame morientem: tempore enim necessitatis debent victualia communicari indigentibus vt ff. ad l. Rhodiam de iac. l. 2. §. itidē agitatum est, & in feu. de cle. vio. pa. cap. fin. & in decre. distin. 1. cap. omnes cum ibi notatis. hoc tamē male seruatur, & ideo videntur occisores si fame pereant, vt in præallegato capitulo, pasce fame
4 morien. & ff. de liber. agn. l. necare videtur. Item hæc lex facit argumentum ꝙ mensuræ ligneæ cum quibus mensurantur blada, & census annui debiti dominis in locis iurisdictionis militum, & Baronum debeant deputari, & signari, & etiā coæquari ad quod facit supra de suscep. & archa. l. modios, & ff. de contrahen. emp. & propterea
b in multis locis sunt mēsuræ æneæ [b] tam salis quā olei, & quam bladi, & tenentur in domo communi: & illi qui volunt habere mensuras faciunt eas coæquari cum illis, & signari certo signo: vt fraus non possit committi in mensuris maioribus, & minoribus: & vtinam ita fieret in omnibus villis, & castris. De securo. Iaco. Rebuffi. legum doctor.

ADDITIONES.

a Signis publicis signantur de colla. & aliis c. §. finantem coll. 9. Bar. in l. modios supra de suscep. & archa. libro 10. & in l. penulti. in fine de fal. & omnino per Alexan. in l. annonam de extraor. criminibus.
b Sunt mensuræ æneæ Adde Bar. in l. modios supra de suscep. & archa. & quod notaui supra eod. in proxi. apostil. in versic. signis publicis.

De ciuibus vrbis Alexandrinæ.

Rubrica.

Supra dictum est de corporatis vrbis Romæ vt supra de priuile. cor. vr. Ro. modo, vult dicere de corporatis vrbis Alexandrinæ idest de ciuibus vrbis Alexandrinæ. Odoffred. & Iacob. Rebuffi.

LEX PRIMA.

Corporatos. Tria dicit. Primo decurionibus Alexādrinis cōcedit immunitatem purgandi fluminis nili. Secundo pro illo munere concedit assumi de munere vectigali pertinente ad imperiū circa quantitatem. Tertio iubet quod illud quod inde minuitur ex vectigali naulum repleatur. Secunda ibi, & pro tenore. Tertia ibi ita vt ex titu. Bar. In text. ibi præcomodari pro purgando nilo. Rav. in 1. glo. in princip. scilicet decuriones habent primam expositionem, & Dyn. & Ant. de Barulo, & Bar. sed Odof. tenet sequentem. In ea. gloss. in fine ibi respectu aliarum ciuitatum. Ex hac glo. nota ꝙ melius est esse mediocrem ciuē vnius nobilis, & honorabilis ciuitatis, & plus debeat honorari quam esse ciuem maiorem vnius paruæ ciuitatis. Sed circa hoc quæritur qd prosit

tali

tali ciuitati si de vno vectigali recipiatur:& dein
de de alio restituatur respon. Multum, quia vecti
gal imperatoris erat mixtum,& semper reperie
batur ibi pecunia vnde poterat sumi tempore
debito. Aliud vectigal erat paruum, consequitur
ergo respublica quoddam mutuum reddēdi de
pecunia habita ex alio vectigali facit. ff. de verb.
ob.l.si pœnam;& de lega. 1.l. non quoq; Bart. &
hoc fit propter publicam vtilitatē. quod est mul-
tum notādum, ꝙ princeps vult plus expendere
de suo quam collectizare subditos. de quo habe-
tur latius per Docto. in l. neminem C. de sacro-
san. eccles. quod etiam est contra multos domi-
nos temporales, qui pro reparandis eorum ca-
stris molendinis,& alijs eorum bonis compellūt
subditos ad contribuendum.& reparandum cō
tra quos etiam facit supra ne operæ a colla. exi.
l.1.& infra in qui. cau.co.cen.l.1.& infra vt rusti-
ca.ad nul. obse.deuo.l. 1. & 2. De Securo.& vide
quæ scripsi dicta l. 1. supra ne ope. a colla. exi.
& etiam in l.nemo supra de anno.& tri. Iacob,
Rebuffi.

De iure reipublicæ.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitates quæ vtuntur iure priuati.*
2 *Respublica quæ dicatur.*

Licet regulariter quælibet ciuitas
præter ciuitatē
1 Romanam, & ciuitatem constantinopolitanā
vtatur iure priuati, vt ff. quod metus causa l. me-
tum. §.animaduertendum, tamen quandoq; vti-
tur iure speciali & singulari;ideo de hoc ponitur
vel continua sic dictum est supra de iure quarū-
dam ciuitatum specialiter: nunc generaliter di-
cendum est de iure reipublicæ cuiuslibet ciuita-
tis secundum Azonem. Vel sic visum est supra
in toto libro 10 principaliter de iure publico per
tinente ad fiscum seu imperatorem seu ad alios
principes,& iurisdictiones,& dominationes ha-
bentes,& etiam in isto libro 11. vsq; ad titulum
istum quamuis etiam illa iura tendant consecu-
tiue ad defensionem,& bonum publicum subdi
torum, deinde visum est de aliis iuribus speciali-
ter ad ciuitatem Romanam: constantinopolita
nam. Metropolitanam,& Alexandrinam nunc
autem dicendum est de iure reipublicæ pertinē-
2 te ad alias ciuitates. Iacobus Rebuffi. Super ru-
brica ibi reipublicæ qualiter accipiatur respu-
blica gl. ponit in corpore de hære, & fal. in prin.
dixi supra de iure fisci super rubrica Bar. circa fi-
nem glo. ibi per rescriptum dic ꝙ quædam sunt
ciuitates in Lombardia quæ habent merum, &
mixtum imperium ex constitutione Federici de
quo in corpore de desen. ci. §. iusiurandum in fi-
ne magnæ glossæ collatio. 3. Bart. In fine glossæ
ibi per priuilegium de quo not. supra de veteris
numi. mil. po. in fine glo. rubri.& per Cy. C. de fal.
mone. l. 2. Iaco. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM,

1 *Citare volens rempublicam, an sufficiat si citare faciat syndicum.*
2 *Agens contra ciuitatem potest petere, vt constituatur syndicus sicuti quando agitur contra pupillum petit prouideri de curatore.*
3 *Administrator reipublicæ an possit petere restitui in integrum aduersus sententiam latam.*

Si quid. Sententia lata aduersus ciuitatē
indefensam est ipso iure nulla.
Hoc dicit Odoffredus. An.& Bar. In textu ibi ea
specie idest causa defensores idest procuratores
actoris, vel sindici statutum idest iudicatum. In
glo. quæ incipit diffinitiue incipit & l. ciuitates.
aduertendum tamen est quia infra eodem lege,
rempublicā, dicitur quod æquiparatur pupillo.
differt tamen in hoc: quia licet contra pupil-
lum non perueniatur ad secundum decretum
vt l. apud iulianum. ff. ex quibus causis in posses.
ea. tamen contra ciuitatem poterit imponi, &
est ratio quia pupillus speratur fieri maior ciui-
tas nunquam argum. l. in fine. §. fin. ff. de tutel. &
& rati. dist. de quo in l. 1. §. quibus ff. quod cuius-
que vniuer. Bar. In eadem glo. in fin. ibi hic autē
ergo, & restitui poterit cum tenuis ipso iure. Ia-
1 cobus Rebuffi. Circa hanc l. quæritur quando qs
vult citare rempublicam an sufficiat citare sin-
2 dicum[a]. Videtur ꝙ sic. vt l. aut qui aliter. §. 1. ff.
quod vi aut clam infra not. & bene in l. non po-
test dolo carere. ff. de regulis iuris. quod intellige
verum si sindicus citatus non venit. eius enim cō
tumacia non noceret reipublicæ, vt ibi dicitur:
sed si comparuerit, & litigauerit sententia vale-
bit, vt dicitur in hac glo. & ff. quod cuiusque vni-
uer. no. per totum titulum. quæro ergo qualiter
citabitur ciuitas vel respublica. Respon. citando
eos qui ciuitatem regunt. ff. de condi. & demon.
l. municipibus,& nota. plene extra de conc. præ-
ben. cap. si. lib. 6. & præmissa intelligo vera in pri-
ma citatione veniendi ad causam postquam ci-
uitas ab initio misit sindicum videtur velle per
illum in iudicium non posse litigare vt l. 1. §. ver
sus. ff. de procurato, ideo non est ipsa amplius ci-
tanda: sed ille sindicus pro quo facit extra de do
lo,& contumacia capitulo causamq; & ibi not.
per glossam, quæ incipit nō ꝙ citandus,&c. ideo
dic ꝙ melius est vt citetur dominus in prima ci-
tatione, vt ff. si quis ius dl. non obtem. l. 1. §. si pro
2 curator. Nota ꝙ sicut quando agitur contra pu-
pillum potest petere creditor, vt constituatur tu
tor, vt l. 2. ff. qui petunt tuto. Ita quando agitur
contra ciuitatem potest actor petere, vt consti-
tuatur sindicus vt hic, & imputabitur actori si
3 non petijt quod nota. Bar. Super hoc quæro nū-
quid administrator reipublicæ potest petere resti-
tutio-.

ADDITIO.

a Citare sindicum. Adde Bar. in l. municipib. de condi. & demon. in l. si. ff quod cuiusq; vni. no. Bal. in auct. sed cum testator col. 1. ad fin. supra ad l. c. Fal & in sua marg. in ver. citatio ver. 32. quem omnino vide in c. 1. col. 7. in ver. an vniuersitas de mil. vassallo qui contu. est in feu.

tutionem in integrum aduersus sententiam latã contra rempublicam sine speciali mandato, & videtur ꝙ non. ff. de minor. l. illud. §. si talis iuncta l. rempublicam infra eod. Item rem alienari, & in iudicium deducere sunt paria. ff. de iure deliberandi l. ait prætor. Sed administrator non potest rem alienare, vt infra de ven. re. l. fi. ergo nec in iudicium deducere nec restitutionẽ petere. Sed vr. contra. supra de officio eius qui vicem al. ge. l. 1. Sed dico quia aut iste erat administrator vniuersalis vt consul vel sindicus: & tunc potest sine speciali mandato petere, vt d. l. 1. pro hoc, ff. de administra. tuto. l. cum post mortem. §. fin. Aut erat administrator singularis, vt procurator quem habere potest supra de decurionibus l. procuratores, vel est actor, & tunc aut petit restitutionem incidenter tunc potest absque speciali mandato argu. ff. de iurisditio. omnium iudi. l. & quia, & de procurato. l. ad rem & l. ad legatum, & supra vbi & apud quos resti. l. fin. & ff. de procurato. l. qui proprio. §. item quæritur. aut petebat principaliter restitutionem in integrum, & tunc non potest sine speciali mandato, vt d. l. illud. §. si talis Iaco. Rebuffi.

LEX II.

An respublica. Respublica non habet tacitam hypothecam nisi ex speciali priuilegio vel ex pacto. Hoc dicit Bar. vel dic plenius casum, Titius erat debitor cuiusdam ciuitatis solui pro illo Titio ciuitati, & ciuitas cessit mihi omne ius quod habebat in dictum Titium nunquid habeo hypothecam in bonis Ticij, & ego habebo, potest autem ciuitas habere tacitam hypothecam propter expressum priuilegium sibi concessum, vel propter expressam conuentionem de pignore potuit habere expressam hypothecam. Hoc dicit Anto. de Securo. Et est regulare, quòd nulla ciuitas potest habere tacitam hypothecam in bonis sui debitoris, nisi esset administrator reipublicæ. vt infra de debi. ci. l. 2. & ibi notat in gloss. Anto. de Securo. proponitis subaudi pro quodã amico vestro. Dynus in obligatione id est expresse, creditoribus subaudi. qui non habent tacitam hypothecam de iure communi: sed est speciale in republica Romanorum, vt supra quibus modis pign. vel hypo. taci. contrahi. l. 1. & 2. & ita per l. istam probatur quòd titulus iste non loquitur de vera republica, & nota quòd ciuitas habetur loco priuati: quod dic, vt in l. qui vectigal. ff. de verbor. significatio. & dixi intra de debi. ci. l. secunda. Anto. de Securo. Quæro circa hanc l. vtrum ciuitas per statutũ possit facere, vt ex contractu habeat tacitam hypothecam. Respon. ꝙ sic quantum ad subditos suos, vt in l. anthiocẽsium. ff. de priuile. cre. secundũ vnã lecturam, & ibi dixi Bar.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Intra quod tempus resp. ab. restituatur, & nu. 2.*

3 *Ciuitas læsa an petat restit. in integrum, arguitur hinc inde, & soluuntur, atque distinguitur.*

Rempublicam. Nota quòd respublica habetur loco pupilli. Bar. in tex. ibi vt pupillam in aliquibus tamen respublica non habetur loco pupilli. Primo in manumissione suorum qui non possunt manumitti a minore viginti annorum: sed a republica sic, vt supra de seruis reipublicæ ma. per totum, & ff. de manumissionibus quæ ser. ad vniuer. perti. impo. l. fin. Item etiam quoad secundum decretum. vt dixi in l. 1. supra eo. Item quo ad venditionem bonorum potest etiam ciuitas vendere si debitum non soluit, vt infra tit. 2. l. fin. Bar. In text. ibi extra ordinem, & ita per in integrum restitutionem. vt ff. de mino. l. in causæ 2. in princip. extraordinarium &c. iuncta l. respublica supra ex quibus causis ma. super 1. glo. ibi vel in iudicio. differt tamen quia si interuenit læsio in contractu expone extra ordinem idest per in integrum restitut. si in iudicio nunc dicas ipso iure, vt supra l. 1. Odoff. si tamen non fuit defensa vt ibi nota. In glo. fi. in fin. hæc glo. videtur
1 tenere quousq; ad quatuor annos non enim in ea potest expectari tempus maioris ætatis quod est hodie expressum extra de integ. restit. cap. 1. lib. 6. Bar. quia facilius tollitur ius priuilegiatum quam ius commune. ff. de testam. militari. l. eius §. militia, & ideo licet ecclesia vel respublica iuris communis beneficium competens non perdat nisi decem annis, vt in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & in l. omnes supra de præscriptio. 30. anno. beneficium tamen iuris specialis perditur infra quadriennium argu. ff. de acce. & obli. l. in honorarus. §. sed cum rescisa,
2 & hæc vera in cõtractibus. Sed quid esset in præscriptionibus, nunquid si præscribatur contra ecclesiam, vel rempublicam habet quatuor annos videtur ꝙ sic quia est in præscript. minorum, vt not. supra si aduer. vsuca. l. 1. Sed videtur contra quòd sibi sufficere debet tempus quadraginta annorum vt videtur casus in auth. hæc constitutio in noua constitutione. §. f. colla. 8. & ita tenet Hostien. de quo not. supra de in integrum restit. c. 1. lib. 6. & eo. titu. cap. in auditis antiquis, & per glossam, & Cyn. & Docto. in authen. quas actiõ. supra de sacrosan. eccle. super glo. ibi vel verius
3 aliarum ciuitatum. Et ita secundum hanc glossam quælibet ciuitas læsa poterit petere in integrum restitutio. Sed videtur quòd non, sed solum lex ista intelligatur in Romana ciuitate: hoc ideo quia res alterius ciuitatis quam Romanæ dicitur cẽseri iure priuati, vt l. eum qui vectigal. ff. de verbo. significatio. item restitutio est iuris singularis, & ideo nõ extenditur. ff. de legi. l. quod vero, & l. ius singulare cum ergo verba l. habeãt locum in republica Romanorum ergo, &c. Item verbum simpliciter sumptum debet intelligi de eo de quo principaliter dicitur. ff. si ager vecti. l. 1. §. fina. sed ver. reipublicæ dicitur de Roma principaliter vt dicta l. eum qui. ergo &c. ff. ex quibus causis maiores 25. ann. resti. l. sed si per prætorem. §. fina. Item contra minorem non opponitur exceptio mace. ff. de mino. l. verum in fine cum l. sequen. sed contra ciuitatem aliam opponitur exceptio macedo. vt l. nihil.

hil.ff.ad Macedo.ergo alia ciuitas non vtitur iure minoris. Item si pupillus manumittat seruum ex causa iusta cum auctoritate tutoris non videtur peculium concessisse.ff. de ma. vi. l. penulti. Sed si respublica alterius ciuitatis manumittat, videtur etiam peculium concessisse. ff. de ma.quæ ser. ad ci.perti.im po.l. fina.ergo &c. & hanc partem tenet hic Barto. & idem Petrus, & Cyn.refert in l.respublica supra ex quibus causis maiores 25. ann. resti. Sed videtur contra. ff. ex quibus causis maio. l. legatis cum legati restituantur propter ciuitatem ergo ipsa ciuitas, nam propter vnum quodcunque tale, &c. ff.de colla. bon. l. dedit dotem. Item sermones sunt intelligendi,&c.ff.loca.l.si vno anno in princip. de verbo. obligatio.l. stipulatio ista. §. hoc quoque, sed hic tractatur de iure alterius ciuitatis Romanæ supra eod.l.secunda, & l. fin. infra eo. & no.in rubrica ergo lex ista intelligitur de qualibet ciuitate, quæ est in titu.isto, ideo quia res
a cuiuslibet ciuitatis potest dici publica,[a] & etiam municipiorum licet non ita propriè.ff.de publica.l.sed & ij.Item facit.ff. ad l. Iul. maie.l. 3.& l. penulti.iuncta l.supra de abol. l. fallaciter. Item Ecclesia, & ciuitas æquiparantur. ff. de an.le. l. annua.§. a Ticia, sed ecclesia restituitur supra de sacrosan.eccles. l. fina. & authen. quas actiones ergo respublica quæ ei æquipatatur, vt plenius not.C.ex quibus causis maio. l. respublica, & in hac gloss. Item ratio quare restituatur respublica Romanorum vel fiscus est quia reguntur per alios administratores: quia ratio habet locum in ciuitatibus vt not.dicta l. respublica, & videtur casus supra de officio eius qui vicem alterius gerit l.prima licet quidam dicant,vt Iaco. Butri. cuius opinio, videtur sequi Barto. in dicta l. respublica.quòd quælibet ciuitas potest restitui non iure minoris, sed ex regula generali per l. ff.ex quibus causis maio. 25. ann. resti. l. sed & si per prætorem. est alia opinio dicentium quod duplex est ius in qualibet ciuitate scilicet quoddam quod competit in eo quod non competit cuilibet ciuitati, vt sunt molendina, vt dicta l. cum qui, & in talibus non habet restitutionem nisi respublica Romanorum: quia talia possidet vt priuatus, vt dicta l.cum qui. alia sunt iura quæ competunt cuilibet ciuitati, vt est pars ciuitatis Romanæ; vt ff.ad muni.l.Roma. vt sunt viæ publicæ, vt ff. de via publi. re. l. viam publicam.ff.ne quis in loco publico l.littora,& in talibus potest quælibet ciuitas restitui, & potest dici ciuitas Romana. Sed credo secundam opinionem veriorem vt hic not.in gloss.supra eod. in rubrica. Et si dicatur quòd gloss. est contraria in l. respublica non est verum: quia illa remittit nec obstat l. in contrarium alleg. l. eum qui vectigal. quia verum est quòd vtitur iure priuati in pluribus casibus, vt ibi dicitur: sed non in isto. & hoc probat l.ibi sequens, quæ incipit inter publica, nec etiam ob. quod dicitur quod est contra ius commune, quia verum est quòd ab homine non debet extendi contra ius commune, sed per l. potest extendi. vt habes exemplum in l. prospexi. ff. qui & a quibus non obstat quod dicitur tertio, verbum debet intelligi de eo de quo principaliter dicitur; concedo. Sed dico quòd hic non sumitur simpliciter respublica: sed prout comprehendit alias ciuitates, vt declarat titulus sub quo est lex ista, & l.præcedens, & sequens hoc dicunt, cum sint verba, vt dixi, intelligenda secundum materiam, vt dicta l. si vno anno. & ff. de lega. 1. l. si seruus plurium. §. fina.& ff.de testam.l.hæredes palam. §.sed si notam nec obstat l. nihil. ff.ad Macedo. quia exceptio illa non opponitur contra rempublicam ipso iure, sed ope exceptionis iuuatur respublica, vt ibi dicitur. Nec obstat quod dicitur de seruo ma. &c. quia loquitur in casu vbi non cadit restitutio: quia aduersus libertatem non datur restitutio, vt ff. de mino.l.si ex causa. in fine cum l.sequenti,& supra si aduer.libet.per totum Sed quare non videtur concessisse peculium quando manumittitur a minore quam quando a republica: dico quia maior ratio est in pupillo quia reipublicæ prouisum est, vt detur sibi alius seruus vicarius eiusdem valoris loco supra de seruis reipublicæ ma. l. prima & ista prouisio non est in pupillo qui manumittit eum nullo alio sibi dato nec obstat l. sed & si per prætorem. §. fina. quia verum est quòd legatus ciuitatis restituitur ex causa generali non iure minoris, & quod dicit quod videtur abesse causa reipublicæ Romanorum dico quod verũ est principaliter: vel dic quòd restituitur: ratio quia absens, & hanc partem sequuntur hic Azo. Odoff. Anto. Dulius Bertrandus de Deucio, & multi alii Docto. quod videtur plus per multas alias rationes tenendum. Sed quid erit in respublica municipiorum, gloss. tenuit quòd non in l. respublica supra ex quibus causis ma. Fran.tenet contrarium per l.legatis. ff. ex quibus causis maiores 25. ann. resti. sed Doctores communiter tenent glossam veram per l.ff.vt lega.no.ca. l.si quando,& vt in posses.le.l.prima nec obstat l.municipiorum nec l.legatis: quia nõ loquuntur quòd habet restitutionem legatus iure minoris: sed ex causa generali, vt dicta l sed si per prætorem. §. fina.eod.titulo. Sed si dicat quis legatus restituitur propter municipium, ergo, & municipium:dico quòd non est immediate causa restitutionis municipium per se, sed absentia facta propter iustam causam: quia tunc sequeretur quod qui est absens etiam propter testimonium cum habeat excusationem, vt dicto §. fi. quòd etiam ille priuatus propter quem est absens etiam restitueretur.quare dic quòd est argumentum sophisticum Doctorum. Præmissa credo si sit municipium tale quòd respondeat alicui ciuitati, sic quòd non habeat regimen per se sed tanquam absens respondens, & accessorium ac dependens alterius regiminis, vel non si ibi habitatio plurium, & ciuium, vt sunt aliqua castra quæ oppida vocãtur vel villæ iuxta

. ADDITIO.

a Potest dici publica. Adde Specu. in titulo de restitutio. in inte.§.secundo, & versiculo idem quoque Bartol. in l. cum rem supra qui po. in pig. hab. vbi quòd propriè dicitur respu Romanorum sed impropriè aliarum ciuitatum l.eum qui de verb.sign.& Cardi.in clem.2.de re iudi.& arg.in quo differant respublica, & fiscus vide quod notaui in apostil. ad istum in rubri.de iure fisci numero 3.in apostil.in vers.publico supra lib.10.

iuxta nota. in l. legatis supra alleg. & in simili dicitur in l. quæ ex vico. ff. ad municip. & l. nulli. §. quòd si ex vico. C. de episco. & cler. iuncta l. quæcunque infra de fundis limi. & l. pupillus. §. oppidum. ff. de verbor. significatio. & aliis iuribus supra alleg. Sed si est tale municipium quòd habeat per se iurisdictionem, & separatum dominium, & regimen & sit ibi plurium habitatio sumpta natura a verbo municipe quod est nomen generale iuxta nota. in l. 1. ff. ad municip. tunc teneo quòd possit restitui prout, & ciuitas cum sit eadem ratio, quòd per alios illa communitas iuxta nota. in dicta l. respublica. regatur & generale vitium est intelligi quòd communiter possidetur l. secunda supra quando, & qui. quar. pars, & hoc argumentum iuxta iura supra allegata iunctis his notatis. ff. de excusatio. tuto. l. athletæ. §. remittuntur, & eod. titulo l. propter magistratus, & quæ not. extra de senten. excommunica. capitulo si ciuitas lib. 6. & quæ not. per Bal. in l. a. §. t. de verbo. significatio. & per glossam, & Docto. in titu. ciues supra de incol. & l. procuratores supra de decurio. libro 10. ad quæ facit l. si duas. §. 1. ff. de excu. tuto. & maxime hoc tempore moderno hæc opinio fundatur quoniam licet tempore antiquiori tota iurisdictio gubernatioque totius reipublicæ esset penes populum Romanum quia tunc omnibus dominabatur respublica Romanorũ ex post facto fuit translata per populum in imperatorem vt l. 2. §. nouissime. ff. de or. iut. iuncta l. prima de consti. princi. & insti. de iure na. gen. & ci. §. sed quod principi, & propterea Roma dicebatur caput orbis terrarum, & nedum Roma antiqua, sed
a vbicunque habitat Papa [a] vel imperator, & de hoc est textus notabilis. C. de vere. iure enucle. l. prima. §. sed & si quæ leges, & sicut etiam per consequens gubernatio totius imperii, & reipublicæ propriè, & generaliter quantum ad ea quæ tangunt defensionem ac iurisdictionem, & gubernationem, & bonum statum vniuersalis imperii, vt patet in titulo de iure fisci, & pro maiori parte in iuribus istorum trium librorum C. sola gubernatione reipublicæ remanente penes Romanos. In his quæ tangunt solum communitatem seu ciuitatem illam, & etiam extra ciuitatem intra centesimum lapidem, vt l. prima §. cum vrbem. ff. de offic. præfec. vr. & iuxta nota. per Barto. supra de iure fisci l. super. verũ cum postea imperium fuerit per plures partes, & plura regna, & dominatores diuisum, vt not. supra de stu. lib. vrb. ro. super rubrica tam per modum alienationum quas facere incepit imperator Constantinus de Roma in beatum Silueſtrum Papam iuxta nota. in authenti. quomodo oportet epi. in princip. colla. 1. & deinde per Fredericum, & alios Imperatores, vt not. in authenti. de defenso. ci. §. iusiurandum colla. 3. quam per multos modos infeudationum, vt in multis titulis libri feudorum quam etiam per multas acquisitiones per multos Reges, & potentes, & etiam recuperationes per iura bellorum acquisitas sic sibi acquisierunt dominia: quòd etiam neuter imperatori se subiicere intẽdunt pro ipsis acquisitis cum per talia sit translatio etiam si essent religiosa l. nihil. ff. de capti. iuncta l. cum loca. ff. de religio. & his quæ scripsi supra dicta rubrica supra de stu. li. vr. & plenius per Ia. in titu. de act. in rem præiudi. per quam quæritur an aliquis sit seruus per gloss. & Docto. insti. de iure perso. §. ius autem, & tunc ea quæ tangunt iura, & statum iurisdictionis, & superioritatis sub nomine reipublicæ, vt in titulo de iure fisci: & in multis aliis titulis sequentia autem tangentia statum, & commune alicuius vniuersitatis continentur etiam sub nomine reipublicæ attenta etiam diuisione regiminum ciuitatis quasi quælibet habet suum regimen, & gubernationem prout olim habebat, & hodie habet ciuitas Romana, & hæc videtur fuisse inuentio huius l. & totius tituli, & titulorum sequentium iuxta nota. hic in prima gloss. in principio gloss. rubricæ, & in l. prima in gloss. prima, & in multis aliis locis huius materiæ ad quod etiam bene facit quod not. supra de frumen. vr. constan. in fine gloss. rubricæ. Quibus omnibus bene consideratis potest sumi respu-
b blica quandoque largissime [b] quandoque largius quandoque stricte, vt dicitur de præside iuxta nota. ra. ff. de offi. præsi. in l. prima, vt idem ius sit de parte, & quod de toto. l. quæ de tota. ff. de rei ven. & l. quid sit de vsur. iuncta l. si quid carum. §. inter emptum de lega. 3. & l. inter publica de verb. signifi. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

2 cil. l. quod per manus. Et sic est argum. pro teste, qui interrogatus quomodo scit, dicit quod tetigit cum manibus licet non esset res tangibilis: quod refertur ad sensum congruum illi rei. Barto. in fine primæ glo. ibi si ego so. ibi nomine mandantis mandauit, vt ibi mandatur in tertia glo. vel dic vt no. in l. præcedenti. & illa. l. si ego. eodem titulo. Sed dic quod ibi vterque erat mandator illiciti: quia primus mandator erat in delicto hic autem non. quare secus, ff. de pœnis. l. sancimus. quare in fine tertiæ glo. si illi sue cedit in vniuersum ius hic solum in officio, vt ff. de verborum significatio. l. hæred tas. super glo. fina. in quo vult dicere vna cum textu huius l. quod licet ego tenear in omni malegesto ab eo quem nominaui, nisi fuerit inuentus soluendo tempore officij finiti. vt supra l. proxima. non tamen ego tenear, quod nominatus a me alium nominauit minus idoneum. de quo enim ipse solus tenetur, & sicut ego non teneor de hoc nominato, ita nec fideiussor, vt l. libertus hic alleg. secus in parte, vt hic nota. secun-
3 dum Andr. Iacob. Rebuffi. Nota ex hac l. quod mala electio est in culpa. & ideo nominanti imputatur si nominatus male se habuit in officio sic. ff. de rei vendica. l. vtique & ff. de nego. gest. l. nam & seruus §. penultimo. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. fornicarius. & ff. de his qui deiec. vel effu. l. si vero. § primo, & ff. nau. cau sta. l. debet exercitor. & ff. de pub. l. 1 in princip. & §. 1. & §. dixerit aliquis. & l. cum si exhibuissent. & ff pro socio. l. ide mque. & l. de illo, & supra de acquiren. possess. l. fina. & ff. locati. l. vnde videamus. nam eis qui tenent malam familiam vel malas sibi associant vel parum diligentes adhibent sibi imputandum est, vt patet in iuribus prælibatis. & ff. si mensor fal. mo. dixe. l. 2. & ff. de exerci. l. 1. §. primo, & facit ad præmilla in authenti. iusiurand. quod præ. ab his. §. finali, & supra de conditis in publicis horreis. l. a libro decimo. & ff. commo. l. cum qui. & l. quia. & per hæc iura potest dici quod barones qui vadunt ad exercitum tenentur emendare, damna data per suas gentes subditos spoliantes, & damnificantes, & ablata & deprædata refarcire, & reddere damnum passis, quod male sentiatur. de hoc in simili in præalle. l. 2. de hoc a item quod consumit & accipit imperialis gal iona dictū fuit supra de sacrosanct. eccle. l. neminem. Sed contra l. istam oppon. ff. quod cuiusque iuris. l. 2. vbi dicitur quod magistratus non tenetur, si suus assessor per imperitiam statuit ius iniquū: sed ipse assessor. Solutio. hic est ideo quia iuris permissione magistratus eligunt assessorem, cū ipsi plurimum ignorent iura. Et ideo non est sibi imputandum culpa assessoris: sed ipsi assessori qui reputauit se peritum & sufficientem qui etiam sufficiens communiter reputabatur. Sed ille qui nominauit sibi successorem in officio debet diligenter inquirere de idoneitate & sufficientia nominati. Alias culpa nominati sibi ascribitur. argum ff. de regu. iur. l. qui cum alio. Vel forte potest dici quod magistratus non tenetur illo edicto. sed assessor. Sed non negatur ibi quin teneatur ad emendam damni dati, si assessor imperite iudicauit, si culpa aliqua posset magistratui imputari & assessor esset non soluendo. Item contrarium. ff. si aliquis ali. te. prohi. l. 2. §. fratris. & ff. de pactis. l. si vnus. §. vt in summa. in quibus ponitur quod pactum vel factum alterius alteri non nocet. Sol hoc est regulare, sed quod noceat est speciale hic secūdum Odoffred. sed potest dici quod hic nominatio nocet: quia fuit in culpa minus idoneum nominando vel cautionem non exigendo, vt supra
4 l. proxima. Et sic culpa a propria eligatur. & nota quod quandoque factum vnius nocet alteri, vt ff. de fideiuss. tuto. l. cum ostendimus. §. finali, & ff. de tutel & ra dis. l. 5. §. nunc tractemus. & supra de magist. conue. l. fina. & supra ad l. iul. maiesta. l. quisquis. & supra de liber. & eorum liberis. l. 2. & supra de murileg. l. ingenue. & l. edicimus & supra de decurio. l. nati. & l. eos. & l. exēplo. & supra de priuileg. l. finali, & supra de quæstion. l. diuo Marco. & supra de præscrip. long. temp. authen. malefidei. & ff. de diuer. & temp. præ. l. cum hæres & supra de prædijs & alijs re. na l. 2. sed sunt specialia sed causa specialitatis posset in qualibet assignari. Sed regulare est quod factum vel culpa alterius alteri non noceat, vt supra de inofficio. testamen. l. si quis in suo. supra de pœnis. l. sancimus. & ff. eodem titu. l. crimen. & supra res tra & alios acta in nibro & nigro. & supra ne fillius pro patre, quasi per totū, & extra de regu. iur. l. non debet aliquis alterius
5 odio prægrauari. lib. 6. Quandoque tamen punitur quis sine culpa: sed ex causa fit, quæ subest vt in cap. non est sine culpa. infra eodem titu. & dic vt in qualibet not. per Dyn. & Ioan. Andr. Iacob. Rebuffi Item tem quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit, vt extra de consti. cap. 2. & vide quod ibi not. per Bernard. in glos.
6 Item qualiter & quando alius pro alio puniri possit, vel debeat? dic quod triplex est pœna vna æterna, & illa non punitur alius pro alio, vt prima quæstione quarta, capitu. 1. & capitulam itaque. Alia corporalis & hæc duplex: quia alia in corpore punitur. & in hoc alius pro alio quandoque punitur, vt eo. cap. primo, § item peccato ciuium, & in vers. item in peccato Nabucho-

buchodonosor. & quasi per totum. Item alia circa statum rei, vt est seruitus vel infamia, & in ista punitur alius pro alio, vt puta filius pro patre, vt 6. quæst. 1. cap. verum. & 15. quæstio. vlti. capitu. cum muliere. & patet etiam in mul. . . s in ribus. supra al. eg. . lia spiritualis & hæc est quadruplex. nam quædam est excommunicationis & in illa non punitur alius pro alio. & 24. quæst. 3. capitu. sed habet rationem. & 11. quæstio. 3. cap. quando multos. alia interdicti & illa punitur alius pro alio. vt extra d. . spon. cap. non est nobis & extra de senten. excommun. cap. alma mater. libro 6. Alia est remotio seu expulsio ab obligationibus, & in ista punitur alius pro alio, vt 17. quæstio. 4. cap. mitor. Alia repulsio ab or-
7 dinibus. Et ita similiter punitur alius pro alio. nam propter adulterium vxoris repellitur maritus ab ordinibus. & 34. distinct. si Caius. sic & filius perdit ecclesiam propter simoniam patris, vt 1. q. 5. c. 1. & dic de hoc vt no. in q. 4. in gl. summali quæ incipit ad intelligentiam. de Securo. Doct. & Iac. Rebuffi.

De periculo eorum, qui pro magistratibus interuenerint.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an teneatur ad pœnam principali impositam.*

Si fideiussorem. Fideiussor reipublicæ tenetur ad interesse non ad pœnam in quam magistratus delinquendo incurrit. h. d Idem no. ff. de fideiusso. l. fideiussores magistratuum. hodie tamẽ recipitur forma fideiussionis tali modo, quod etiam in pœnam teneantur. promittunt enim interesse & omnem condemnationem, quæ fiet de eo. Barto. & Iac. Rebuffi. quia nihil tam naturale & c. l. . ff. de pact. & l. 1. §. si conuenerit
1 ff. de po. Et sic est argumentum in l. ista. quod si aliquis fideiussit pro accusato de crimine & accusatus est condemnatus & postea ei fit præceptum vt soluat id in quo est condemnatus infra talem diem sub pœna 20. librarum quod fideiussor non teneatur ad pœnam vt hic, & d. l. fideiussores magistratuum. & vlt. secundum Dullium. in prima gl. ibi principaliter. quia tũc tenetur fideiussor vt hic. facit quod dicitur. ff. ad munici. l. 2. §. . . . & supra d . . . u. l. ab his. & l. nauarchorum. & l. qui fi . . es. . p. de anno. & trib. l. iudices: & de . ano. far. . præcepimus. & de susce. & arch. l. fi. Sed factum quod secundario tang . . publicã esi negl . . ter vel male se habuit in . . ficio, vt dando malos tutores quibus dare debuit . hic secundario respublica læditur: quia secundario eius interest ne quis se . . male vtatur insti. de his qui sunt sui vel alie. . . . sed hoc tempore. ideoque si condemnetur . ipub. ad . . . am pœnam . . . a de ca. lar. l. 1. l. præcepit. non te . . tur fideiussor, vt ff. ad mun. l. 2. §. primo, secundum Odoffred. Iaco. Rebuffi.

Quo quisque ordine conueniatur

Rubrica.

Dictum est. Sup. de administratorib. . . . bi & eorum nominatoribus & fideiussoribus. sed quia quandoque plures administratores . . . untur quorum alt. pro altero conueniatur, quo ordine conueniantur videndum est secundum Dullium.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Rei debendi an intelligantur esse duo, quando assumunt officium publicum.*
2 *Gerens prius conueniatur, quam non gerens.*

Et si duobus. Administratores tenẽ . . insolidum omnes, licet administratio sit concessa omnibus . . . . . si pro portionibus diuersis. primo tamen gerẽ, secundo collega non gerens cõuenitur, & vno mortuo si alter in administrando commiserint culpam pro tali culpa hæres mortui non tene-
1 tur. h. d. Et nota ex primo dicto, quod quando plures assumunt officium publicum eo ipso intelliguntur esse duo rei debendi licet non sit expressum. & hoc est verum de iure isto secundũ quod duo rei constituebantur tacite, sed cum hodie necesse sit quod hoc exprimatur vt in auth. de duobus reis in prin. & per totum tex. colla. . vnde nisi expresse agatur quod sint duo rei, quod hoc casu non erunt duo rei, vt in glo. infra l. proxim. Bar. Insolidum. si tamen soluendo sunt possunt implorare diuisionem per epistolam, vt C. de con sti. pec. l. si. & ff. de tut. & cur. da. ab his l. 1. §. nunc
2 tractemus. In secundo dicto no. quod prius conueniatur gerens quam non gerens. subaudi & prius conueniatur nominatus & fideiussor gerentis quam non gerentis, vt ff. ad municip. l. ergo. cum . . in tertio dicto, no. quod sicut ad hæredes non cedit cura. vt sup. de nego. gest. curatorum. ita nec pericula . . hic. vltimo dist. . . e vt ff. ad mu. l. Imperator tot iudi. & Iac. Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Collega quibus casibus conueniatur.*
2 *Quid debeat seruari in conuentione, & exactione publicorum officialium, remissiue.*

Quotiens. Si duobus pro . . administratio ad . . . . . fit . . . . quilibet conueniendus est prius quam nominator. sed pro separatis portionibus tunc primo administrator deinde fideiussor postea nominator vltimo loco . . . a. h. d. Bart. Quod in-
1 te . . ge quod conueniatur collega in his . . . . . bus, qui ponuntur sup. de admi. tut. l. 2. in fi. . . . Doc. aliter intelli . . vt in distinct. quæ est . . ad munici. l. Imperator. & S. de conue. . . deb . . qui. Item intelligo quod collega qui male gessit

non

non fuit soluendo tempore finiti officij, vt d. l.
imperator. And. Item no. hanc l. quæ fuit allega
ta in qõne de facto, si est actum cõtra vnum de
obligatis insolidum, & est facta executio realis,
& personalis an possit agi contra tertium pos-
sessorem rerum nõ excusso primo alio correo
2 obligato insolidum. Bar. Et quid debeat serua-
ri in conuentione & exactione officialium pu-
blicorum dic vt sup. de conue. fisci debi. l. quo-
niam augurio. Bar. Iac. Rebuffi, in glo. quæ inci-
pit, vel etiam ipsi ibi secus in tutoribus. & est rõ
diuersitatis, quia administratores reipubli. ma-
gis sunt occupati quam tutores pupilli, vt not.
ex ratione. l. fi. sup. qui ætate. li. 10. & ideo ppter
multiplicationem occupationis permissa est
eis diuisio auctoritate propria magis quam tu-
toribus. sic & alias propter multiplicationem
occupationum non delegabilia delegantur, vt
l. 2. sup. de pedaneis iudicibus cum ibi nota. pro
hoc ff. de offic. eius, cui man. est iurisdict. l. 1. §. 1.
vel dic vt dixi in l. quoniam augurio. sup. de cõ-
ue. fisc. debi. quæ incipit, quæ separatim sup ver-
bo soluendo. & hoc quod fuerit soluendo tem-
pore depositi officij probare debet collega qui
conuenitur: quia ille dicit alterum soluẽdo fuis-
se ergo &c. pro hoc. ff. de probatio. l. ei qui. nam
postquam ille nunc tempore quo agitur est nõ
soluendo præsumitur in præteritum fuisse non
soluendo. Item & econtra de præterito præsu-
mitur ad præsens, vt supra de proba. l. siue possi-
detis. Item præsumitur de præterito ad præteri-
tum, vt sup. de apochis pu. l. quicunque. itẽ præ-
sumitur de præteritis ad futurum. nam qui se-
mel malus &c. ff. de accu. l. si cui. de re mili. l. nõ
omnes. §. ad barbarum. Item econtra præsumi-
tur de futuro ad præteritum, vt sup. de adulte. itẽ
si qui adulteri. Iac. Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Duumuiri qui sunt, & quotuplices. nu. 1.*

Si ita. Dnobus modis lege; primo vt l. ista
ponat duos casus. duo fuerunt crea
ti duumuiri, quærebat vnus istorum ab impera-
tore qui prius conueniendus esset ipse vel no-
minator. dicit imperator quod si officium non
fuit diuisum priusquam nominator cõuenitur.
Secundo dicitur si officium fuit diuisum post
nominat. conuenitur, vt hic dicit. & secundum
hoc dicit. l. proxim. superior. vel dic secundo ꝙ
ponat vnum casum. i. ꝙ in tota. l. officium fuit
diuisum. quærebatur simpliciter an vnus tene-
retur pro altero. Respondet imperator quod
sic. quæsiuit secundo quando conueniretur col-
lega, dicit imperator prius nominatore excusso
1 & fideiussore vt dixi sup. l. proxi. Nota qui sunt
duumuiri vt sup. de iudi. l. fi. An. Alij intelligunt
l. istam ꝙ prima pars loquatur in duumuiris. Se-
cunda pars in magistratibus. sed ista non appro-
batur: & ppea An. de Barulo nõ posuit nisi duas
primas positiones in fi. 1. gl. ibi sed contra. sup.
de iudi. l. fina. sed ibi non dr, ꝙ sit magistratus, vt
no. sup. de emanci. li. l. 1. licet dicatur ibi quod
sunt officiales publici. contrarium tamen no. ꝙ
immo sunt magistratus, vt supra de decurio. l.
a duumuirum. Quare dicit ꝙ duumuiri sunt mi-
nimi, alij autem sunt maiores & hoc colligitur.
ff. si quis ius di. non ob. l. 1. in princ. vel dicit ꝙ
duumuiri interdum habent iurisdictionem, &
tunc est idem ꝙ magistratus municipalis. vt l. fi.
hic alleg. Sed interdum habent iurisdictionem
intra ciuitatem & non extra. vt d. l. duumuirũ.
interdum non habent iurisdictionem nisi ex cõ
suetudine: & tunc est alius á magistratu munici
pali, vt dicta l. 1. cum ibi not. supra de emancip.
li. de Deucio. & dic quod duumuiri eliguntur
tantum ex decurionibus, & sic erant nobiles, vt
ff. de decurio l. honores. §. is qui. & no. supra de
decurio. l. si ad magistratum. super verbo duũ-
uiratus. Iac. Rebuffi.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Personalis actio an sequatur fundum.*

Cum te. Ego & Titius sumus creati ad-
ministratores reipublicæ fa-
cta diuisione a iudice: Titius contraxit nomi-
na, & non exegit vt potuit, quæritur an teneat
ex culpa illius, & dicitur quod prius cõuenitur
ille Titius & eius hæredes. secundo possessor
rerum suarum. tertio conuenitur nominator.
vltimo ego & sic fere idem dicitur hic vt in se-
cundo dicto sup. l. quotiens, & sup. l. proxi. & in-
tellige quod non dedit fideiussorem alias prius
conueniretur quam nominatores, vt in l. quo-
1 tiens. Sed opponitur in eo ꝙ dicit teneri posses-
sores ergo personalis actio sequitur fundum cõ
tra. ff. ad Trebel. l. 1. §. hæres. Respon. vel loqui-
tur de republica Ro. & non est contrarium. quia
agit tacita hypotheca de iure reipublicæ. l. 2. &
loquitur de illa conditione ex l. de qua satis di
ctum est sup. de debi. ciui. l. 2. & no. ꝙ sola. l. ista
sufficeisset supplera per secundam. An. & Iacob.
Rebuffi. Publicum ciuitatis alicuius in qua fui-
stis electi administratores. fœnus. i. pecuniã sub
vsuris creditam. collocasse. i. mutuasse separa-
tim. i. diuisim. ob personam eius. i. pro mutuo
egistis per ipsum separatum progredi, seu con-
ueniri. interpellare. i. conuenire, vel requirere
seu admonere vt soluat.

Ne quis liber inuitus actum reipublica gerere cogatur.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Officia publica gerere qui possint cogi.*

Si vt proponis. Seruus reipublicæ
non compellit in-
uitus subire seruilem actum, & multo fortius
ingenuus. No. ꝙ licet excusetur ab actu seruili li
bertus non tamen ab alijs ciuilibus muneribus.
& sic soluitur ℥. ff. de liber. l. vna. dignitate autẽ
seruus iura ista habere nõ potest ẽt volens, vt ff.
ad

ad l. Iul. visci. hodie secus vt ibi no. & not. ꝙ verbum procuratio conuenit liberis: actus autem conuenit seruis, vt ff. de neg. gest. l. cum actum. An. Ductus est. i. manumissus. actum. i. officium vile. seruis committi consuetum, vt cloacas & plateas purgare vel similia peragere. Odoff. ad
1 ministrare. i. gerere. Non quod licet officia publica liberi & ingenui honorabilia cõpelli possunt gerere & administrare regulariter, vt supra de aduo. diuer. iudi. l. scimus. & ff. de mu. & hon. l. fi. §. iudicandi. tamen officia quæ gerere redũdaret in dedecus electi, id officium recipere & administrare non compellitur vt hic. & ff. de ope. lib. l. hæc demum. & l. eius artificij. & l. sequ. per quæ etiam dico, ꝙ si locumtenens Regis Franciæ alicui filio baronis magni generis & status eligat: vt sit iudex Montispessulani non possit inuitus ad hoc cogi: quia esset sibi. & suo generi dedecus recipere tale officium ita paruũ. ad quod facit sup. de senatuscon. e lau. tollen. l. 1. & pro hoc facit. ff. si quis omissa causa testamenti. l. Iul. scribit. quia indecorum esset lucrũ seu commodum pecuniarium præferri honori suo, & subueniendum est illi qui pudori suo patitur & volenti dedecus eius cuitare, vt ff. ex quibus causis maio. l. in eadem causa. in fi. cau. maio. Item probant iste duæ l. vt ff. de lib. causa. l. 2. Iaco. Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Officium gerere inuitus si quis cogatur per præsidem, qui cogi non debuerat, quo remedio ei succurratur.*

Si cum ingenuus esses. Si aliquis ingenuus compellatur actum reipublicæ administrare inuitus poterit præsidis auxiliũ implo-
1 rare iuxta istas duas ll. quæritur si præses prouinciæ senescallus compellat aliquem inuitum ad aliquod officium gerendum quod gerere de iure compelli non poterat nec debebat & ipsum arrestauerit vel mulctauerit ipsius legitima excusatione non admissa, & ipse appellauerit & appellatione non obstante in arresto detinuerit, appellatione non recepta nec admissa, & in causa appellationis obtinuerit: qua pœna præses vel senescallus puniri debeat, & videtur ꝙ triplici pœna. Prima in expensa quæ ipsi grauato adiudicari deberet per iudicem appella. vt supra de decurio. l. 2. & sup. de sumptuu in recuperatione. l. 1. & sup. de excu. tut. seueriter. & ff. de vaca. & excu. mune. l. 1. §. sed si per calumniam. cum suis concor. in gl. alle. Item vĩ ꝙ debeat puniri in 30. ponde. auri quia appel. legitimam refutauit. vt sup. de appell. l. quoniam iudices. Itẽ & in l. libris auri. quia ad officium inhonestum & indecorum ipsum instituit & elegit inuitum. & pro hoc sup. de aduoc. diuer. iudi. l. sancimus. circa finem. Sed posset forte dicere ꝙ ibi ab officio aduocationum repellebat & curiæ subtrahebat ipsum ad officium gerendum instituendo & cogendo: & sic grauius delinquebat, & sic videtur quod vtraque pœna sit puniendus: nec mirum si multiplici pœna puniatur ex causis diuersis & sic quandoque contingit; vt supra de sacrosanc. eccle. l. placet. in fine. ad quod etiam facit. ff. de public. l. licitatio. §. quod illicite. pro diuersis enim excessibus plures & diuersæ pœnæ imponi possunt & debent, vt d. l. placet. & s. de summa trini. & fide catho. l. 2. quia crescente contumacia crescere debet pœna, vt ff. de pœ. l. relegati. vt ext. vt lit. non contest. c. quoniam frequenter. §. fi. & no. de hoc exemplum de iudic. c. at si clerici. super verbo duplici pœna. Docto. & Iac. Rebuffi.

Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Coruatæ quando fiunt, quis debet sumptus ministrare.*
2 *Sumptibus cuius debeant adimpleri promissa.*

Cum ad munus. Si vnus ex pluribus officialib. electus expensas totius muneris supportauerit pro rata eas repetet a collegis. hoc d. cit Barto. Et si nullus gessit vterque tenebitur reipublicæ,
1 Hoc dicit in vltimo dicto An. No. pro illis qui eliguntur ad aliquod officium & quidam gesserunt alijs desistentibus, quod sumptus recuperant secundum Dulium. Angariarum. quid sit hoc munus, dic vt no. per Cy. supra de sacrosanctis eccl. l. neminem. solum te functum, id est te solum sumptum vel expensas fecisse ignorat. quia hoc casu tenentur omnes reipublicæ in-
2 demnitatem præstare secundum Odoff. In glo. vltima, quæ est super verbo detrimenta. in fine. hæc glosa facit ad quæst. homines cuiusdam nobilis promiserunt sibi facere quinque iornalia quolibet anno pro certo tempore: quilibet ipsorum hominum petijt sibi prouideri in cibarijs, dominus dixit se ad hoc non teneri, quia de hoc non fuit facta mentio in promissione. quæ
a ritur quid iuris.[a] l. ista facit pro domino, secundum vltimum intellectum glosæ. quia gerere debuerunt isti collegæ suis sumptibus negotiũ reipublicæ, sed isti de iure communi tenebãtur subire munera reipublicæ quandoque suis sumptibus, & sic hoc casu munus est mixtum sicut est munus perangarie. sed alij non tenebantur dicto nobili nisi per promissionem, sed pro ipso nobili facit: quia de cibarijs nulla mentio facta fuit in promissione. ergo pro obmisso haberi debet. vt ff. de ver. ob. l. quicquid astringendæ. Item pro hoc facit. ff. de ope. li. l. suo victu. Sed vĩ ꝙ dñs debeat eis prouidere in cibarijs. vt eo. tit. statim alle. l. imponi. & l. opere. & l. pen. §. fin. &

ADDITIO.

a Quid iuris. Adde Bar. in l. in rebus. §. possunt. ff. commo. gl. in l. si non sortem. § libertus ff. de condi. inde. & ibi Alex. in lectura & apostil. & in l. quoniam. sup. de testi. de quo plene per Bar in alle. §. libertus col. fina. & in l. suo victu de ope. liber. & Ale. omnino in l. stipulationes commodissimũ de verbo. oblig.

& sup. de testi. l. quoniam liberi. & ff. ad exhib. l. sed si hæreditas. §. plane. & ff. man. l. idemq; Labeo. cum concor. alleg. propterea cum dominus vtatur operibus ipsorum hominum debet eis cibaria ministrare. arg. ff. commo. l. in reb. §. pe. & ff. de ædili. edi. l. item si serui. § fin. non obstat. l. suo victu. quia seruus magis constringitur domino quam isti subditi essent astricti prædicto nobili. propterea. l. ista habet plures intellectus vt ibi no. quia secundum Azo. intelligitur quando promisit operas incertas, quia tūc suo victu præstare eas debet. secus quando promisit operas certas: quia tunc sumptu patroni eas præstare debet: alij tamen dicunt contrarium, vt ibi no. qui intelligunt quod promittēdo operas certas vel incertas tenetur eas præstare patrono si habet vnde possit alere se. sed si non habeat vnde: tunc sumptibus patroni eas præstare debet. Vel forte potest dici quod quia tantum beneficium recepit a patrono quia ipsum manumisit & ei libertatem dedit, interpretatur ipsa lex ita large promissionem, nec mirum si propter magnum beneficium libertatis lōgior fiat interpretatio pro patrono, vt libertus suis sumptibus operas promissas præstare teneatur. arg. extra de testibus. c. cum in officijs. & sup. de oth. præto. l. 1. in fi. sed promissio hominum de præstandis operibus debet strictius interpretari videlicet quod sumptibus domini teneantur operas promissas facere & præstare, quia in promissione non fuit expressum quod ipsi suis sumptibus tenerentur prædicta quinque iornalia facere, & ideo ciuiliter & stricte debet interpretari promissio vt dominus teneatur cibaria ministrare. arg. ff. de serui. l. si cui. & arg. ff. de leg. 1. l. si ita scriptum, & maxime si extra dominium talium hominum talia iornalia sunt præstanda vt l. quod nisi. §. si ex prouincia. cum l. sequē. ff. de oper. liber.

De his qui ex officio quod administrauerint conueniuntur.

Rubrica.

Visum est. Sup. de administratoribus reipublicæ quo ordine conueniantur, & qualiter alter pro altero teneatur: nunc videndum est de administrante pecuniam reipublicæ sub vsuris mutuante, si pecunia exigi non possit, an pro sorte, & pro vsuris conueniri possit. Iaco. Rebuffi.

LEX PRIMA.

Fęnoris. Si debitor reipublicæ reperitur minus idoneus; administrator tenetur ad sortem quam mutuauit, non autem ad vsuras. hoc dicit Barto. Ratio decidendi potest esse in hac lege, quia in sorte consideratur damnum in vsuris lucrum, & ideo magis fuit subueniendum circa damnum quam circa lucrum. argum. sup. de pœnis fiscali. l. 1. & supra de iure delib. l. fina. §. licentiam. Item quæro si administrator mutuauit idoneis debitoribus & postea officio durante successores debitores fuerunt facti non idonei, nunquid tenebitur iste mutuans de sorte, & ita per leuem culpam desijssent esse soluendo? Respondeo quod non tenetur de leui culpa aliud si ab initio, arg. sup. ar. tu. l. 2. & ita intelligo. l. istam quando ab initio fuit in leui culpa mutuando non idoneis.

De solutionibus & liberationibus debitorum ciuitatis.

Rubrica.

Visum est. Sup. de debitoribus ciuitatis, qualiter teneantur, nunc qualiter solutione liberantur.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Solutio qualis esse debeat, vt valeat. Cum non sit recte, operatur vt pecunia non præsumatur conuersa in vtilitatem respub. nu. 2. & quæ requirantur cum soluitur seruo respub. nu. 3.*

4 *Qua actione agatur ex hac lege.*

Cautiones. Apochæ de soluto a seruis confectæ ita demū debitoribus soluentibus prosunt si a curatore reipublicæ sunt subscriptæ. aut pecunia soluta ad vtilitatem publicam est conuersa, & non aliter, & si primus debitor curatori soluerit pecuniam nec in vtilitatem publicam est conuersa tenetur curator de peculio eius serui, & debitor remanet obligatus. hoc dicit Iaco. Rebuffi. Nota
1 ex hac l. quod non dicitur soluens pecuniā soluere nisi recte soluat. & ideo soluens non liberatur, licet tamen non liberetur non potest conueniri nisi in subsidium, vt sup. de conue. debi. fis. l.
2 1. Vltimo nota, quod quando pecunia soluitur administratori ciuitatis non recte, non præsumitur conuersa in vtilitatem ciuitatis nisi probetur. Hoc dicit, & eodem modo soluetur munus rite tutori, vel curatori quod not. Barto. & Iacobus Rebuffi. In textu ibi assignantium & subscribentium, & signum in apocha apponentium. profecisse idest in vtilitatem reipublicæ conuersam fuisse, vt interciperentur idest sub-
3 straherentur. Nota ex primo dicto, quod cum soluitur seruo reipublicæ non est solum necessaria authoritas curatoris, sed etiā subscriptio. Nota ex secundo dicto, quod licet desit solennitas, non curamus ex quo pecunia venit in reipublicæ vtilitatem. & sic nota quod non trahimus iuris ministerium ad iniquum compendium sic supra pro empto. l. fina. An. facit ad hoc l. ista quod si quis velit litigare contra ciuitatem debeat offerre libellum contra consules, sicut hic agitur contra curatorem ciuitatis. qa isti habentur tanquam patres, vt supra de debi. ci. l. 2. in fin. & supra de his qui spon. mu. suscip. l. 3. in fin. & ideo sicut contra patrem datur libellus in contractu filij. supra de bonis ma. l. 1. in fine. ita & contra consules. supra de decurio. l. quinque summares. in fine. Item in vltimo verbo cum dicit restituet. Quæro qua actione restituet

tnet actor & conuentus ab illo qui soluit pecuniam dico quod condictione indebiti.ff.de cōdi.indeb.l.si procurator.§.Celsus. cum adiectione tamen de peculio, quod de peculio est adiectio non tamen nomen actionis, vt no.ff.de peculio.l. 3. §. cui congruit. & est effectus: quia si esset nomen actionis semper esset stricti iuris cum non inueniretur inter actiones bonæfidei, & si sit adiectio sequetur nomen actionis cui adijcitur: & sic si agatur de peculio ex contractu bonæ fidei erit actio bo.fi. & hoc est verũ, vt ff. de peculio.l.in bo.fi.ver.no.quod & de in rẽ verso.l.filinsfamili.togam.in fin. Item quæro quid erit si erant plures curatores, & vnus tantũ subscripsit.nunquid.sufficit. Respondeo & dico ꝙ sic.arg.ff.de adminiſt tuto.l.3.& l.decreto.& de autho.tut.l.& si pluribus.& ff. de solu. l. quod si forte.§.2.In glosa quæ est super verbo assignantium ibi.l.pactum.vbi sola authoritas sufficit sine superscriptione, & ibi non paratur soluenti plenissima securitas, nisi interueniente iudicis authoritate, vt not. sup.si aduer.solu.l.1.& ff. de mino.l.ait prætor.§.quid tantum.& insti.quibus alie.licet.§ admonendi.& sup.de admi.tut.l.frustra. An.& Dulius.& Iac.Rebuffi.

De Spectaculis & scenicis, & lenonibus.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ludi qui sint permissi, & qui minime, & nu. 2.*

1 **Nota** ad euidentiam quod ludi honesti, q fiunt ad delectationem popularium
a in quibus eruor non effunditur; [a] Ita quod bonis moribus castitatis perseueret. Item illa quæ fiunt causa virtutis experiendæ & sine quæstu pecuniæ approbantur, inhonesta vero reprobantur & vtentes illis notantur infamia, vt ff. de his qui no.infa.l.1.§.fi.& l.athletas. & sup. de athletis.l.1. & ad talia explicanda legari potest, vt ff. de le.1.l.ciuitatibus.& de an.le.l. annua & populares & primates ciuitatum debent suis sumptibus talia peragere, & confraternitates & festiuitates cum prandijs ad honorem Dei & popularium facere possunt iure permittente, vt sup. de pag.& sacrifi. l. vt prophanos. ad quod facit. ff. de an.le.l.cum quidam.ff.de colle. illici. l. cum
2 sodales. Item quidam ludi fiunt per singulares homines prodeũtes in scenam causa quæstus & pecuniæ colligendæ. vt vidi fieri per mymos ioculatores, & talia facientes notantur infamia, & potest poni exemplum in illis qui affigunt fasces in plateis, & cum cortinis circunquaque positis, & desuper dimisso aliquo spacio in parte anteriori cum equis, & imaginibus ligneis ad effigiem hominis faciunt currere & trepidare, & videtur ꝙ moueant se per artificium illius hominis, qui infra cortinas est: & vocatur vanascelli vulgariter. & gentes ibi se congregant vt hoc videant, & vxor illius hominis vel aliquis gartio pro ipso quærit pecuniam ab illis qui sunt ibi, & hac de causa hæc faciunt, & aliter ille locus appellatur scena, & accipitur scena, vt not. in præallegata, l.ciuitatibus. & not. de hoc infra eodem l.si qua in publicis. De Securo.& Iacobus Rebuffi.

ADDITIO.

a In quibus eruor non effunditur. Adde Archid & Gemin. in c.qui venatoribus 86.dist.& ibi bo.gl.& Oldr.consil.78.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Hastiludia à quibus possint introduci, & cum cuius authoritate.*

2 *Populi consensus, si primates reluctent, an possit hastiludia introducere.*

Non inuidemus. Hic Imperator permittit quibusdam qui ginecij appellantur: celebrare spectacula maxime cum velint ea facere suis expensis. Hoc dicit Barto. Cohortamur, id confirmamus. agonis idest certaminis, volentium, & sic non compellnntur, secundum Dynum. Et propterea si vniuersitas vellet facere collectam ꝓ ludo vel honore aliquo, & aliqui contradicant expensis contradicentium non possit fieri, vt hic. & supra de auro coro. l. 1. & infra publicæ lætitiæ.l.1.& supra de sta.& imagi. l.penultima.
1 & fin. Iacobus Rebuffi. In textu ibi spectacula. Quæro nunquid ciuitas vel castrum possit facere hastiludium vel similem ludum sine superioris authoritate? & videtur quod non, vt hic quia hic specialiter quibusdam permittitur, ergo alijs prohibetur, vt ff. de iudi.l. cum prætor. & de procurato. l.maritus. contrarium videtur, dum tamen proprijs expensis castri vel ciuitatis hoc facit vt in fine huius legis. & quia ciuitas statuã ponere potest, vt ff. quod vi aut clam. l. is qui in puteum.§.1 contrarium credo verius, quod illa quæ directo magis tangunt authoritatem ciuitatis non posset facere sine superioris authoritate, vt patet in refectione murorum ciuitatis quæ magis tangunt authoritatem publicam, quam exercitium istorum ludorum, vt ff. de re. diui.l.sacra. §. fina. iuncto infra titulo primo, l. vna.& ff.ne quid in loco publico.l.2. §. viarum. & ff.de administra.rerum ad ciuitatem perti. l. legatam.§.fina. Item non obstant ista vbi imperator non prohibet, quia semper intelligitur si petit licentiam a superiore sic. ff. de cada. pu.l. 2.& 3.& sup. de religi.l.obnoxios. Ber. de Deu-
2 cio. Iacobus Rebuffi. In glosa quæ incipit ibi consentientes vel ibi populi tantum. No. quod
a sufficit consensus populi [a] in agendis licet reluctent primates. Barto. In prima glosa ibi sau-

ADDITIO.

a Sufficit consensus populi. Adde Barto. in l. maiorem. ff.de pact. & in rubr. si p. de rescin. vendi. ver. item si collegium Alex.omnino in l.suum § hodie, de pact. & in l. quod maior, ad munici.quibus adde illum in l.cum te. nu. 1. & quod ibi notaui in apostil.ad eum.sup.de decu.lib.10.

sanguis effunditur.pro quo facit quod notatur, ff.de lega. 2.l. cum filio. §.fina.quod verum est, quod magis est præsumptio quod sanguis effundatur quam econtratio. alias secus cum hoc faciant causa virtutis experiendæ. supra de athletis.l.1.ff.de his qui not.infam.l.athletas. in principio.ad l. Aquil.l.qua actione.§.si quis in collu ctatione.& quod not.extra de tornea. capitulo primo, prædicta enim præsumptio sanguinis effundendi potest haberi ex qualitate armorū, quæ deserunt tomeantes. ff.de alea. l. solent. de re mili.l.omne delictum. §.si quis commilitonem,& secundum hoc intelligo in authent. vt omnes obe.iudic.prouinc.colla.5.in principio. cum dicit nec fortitudinem &c. & per ista potes videre vtrum hastiludia sint permissa. Doc. Iacob.Rebuffi.

LEX II.

Eos qui. Deseruientes sacris ludis nullo afficiuntur supplicio. Hoc dicit. Et est causa, quia tales ludi sunt liciti.& ideo ludentes non infamantur. Bartol. In textu ibi agitandi vt sunt quidam qui habent officium in ludo portantes baculum in manu,& faciunt retrahere & sedere homines circunstantes vt magis appareat ludus. dicit Imperator quod præfectus vrbis prædictis hominibus qui agitatores vocantur nulla alia munera imponat præter prædicta cum satis habeant agere in officio. Alij ponunt casum quod prædicti agitatores ratione sui officij non sunt aliter puniendi cum non delinquant tale officium exercendo, cum sit permissum. & hoc dicit hæc lex secundum Odoffredum. In fine textus ibi supplicijs, id est nulla alia munera eis imponantur. & est ratio vt melius sint intenti & seruiant in isto ludo argumen.infra titulo primo,l.1.2.responso. supra de cano.lar.ti.l.præcepit.circa principium.Hæc lex probat bene,quod bannarij qui in æstate officium peragunt, vt pastores cum animalibus fructus non depascant, corripiunt, & banna in eis pro banno reexigunt: non possunt compelli portare lapides vel sementa pro constructione murorum vel iornalia facere quandiu durat tempus banneg iandi.ad quod facit infra de agr. & censi,l.1.& supra de aduoca. di. iudic. l. sancimus. & supra de asse. l. fina. nam qui ad duo simul festinat neutrum bene peragit.vt ibi. excusari enim debent esse quia banniare & ad muros operationem præstare eodem tempore nō possent argumen.ad hoc.ff. ad Sylleian.l.si quis in graui.§. si cum omnes. Doctor. Iacobus Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Equum spectaculis deputatum accipiens, qua actione conuenlatur.*
2 *Communitatis vasa an possint baiuli confraternitatum alijs accommodare.*

Quisquis. Accipiens equum deputatū spectaculis, & eo vtens ad suum commodum,vna libra auri punitur.Hoc dicit Bartol. In textu ibi volnptatibus, Romæ erat vnus ludus quo ponebatur vna domina in equo in capite plateæ: & quidam alii consules, & milites currebant in equis in laudem & honorem illius dominæ,valete madonna.& quandoque Imperator, & quandoque consules dabant istos equos ad exercendum istos ludos. secundum Odoffred. In fine textus ibi mulctetur.
1 immo videtur quod teneatur furti. ar. ff. commo.l.si vt certo.§.sed interdum.& ff.de fur.l. qui re commodata.in principio. sed illæ locum habent in illo qui habuit administrationem rei vel domini. Hic autem non, quare sic furtum non committit vt hic. & ff. ad l.iul.pecula.l. sacrilegii.§.primo,sic etiam in illo qui habet dominium destinatum ad vnum vsum,& conuertit in alium, & non teneatur furti. vt supra de do.quæ sub mo.l.1.& l.quotiens. quæ potest esse ratio huius legis.dico quia aut fuit commodatum per principem,& ita vtitur ad aliū vsum quam sit commodatum quod fieri non debet. ff.commoda l.si vt certo.§.2.& § interdum. aut fuit donatus & ad certum vsum donauit & certam legem apposuit donationi & seruari debet,vt supra de do.quæ sub mo.l.1. & ideo pœnam imponit nisi seruetur lex pet ipsum apposita.Item facit hæc lex quod baiuli confraternitatum non debent vasa confraternitatis alijs commodare. Sed si contrarium faciant puniri debent hac pœna.Sed de consuetudine contrariū seruatur, quæ eos excusat, vt ff. commu. prædio.l. venditor.§.si constat Item oppo. de l.nemo.& soluit glosa hic & ibi In glosa ibi,sed ar. contrarium infra titu. 1.l. 1. sed dic quod illa loquitur in iudice,vt ibi patet, hic in priuato. vel ibi non ad priuatum, sed ad publicum vsum necessarium conuerti potest.Docto. Iac. Rebuffi legum professor.

2

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres inhonesta an possint ab honestis carrerijs, & proborum consortio expelli.& nu. 2.*
2 *Furca debent plantari extra villam vel castrum.*

Si qua. In loco in qno imagines principis consecrantur non debent fieri spectacula turpia. in alijs locis non prohibetur. Bart. Vel dic quod in talibus locis honestis non debent introduci personæ viles vel inhonestæ ioculatores depicti cum vilibus vestibus.
1 Et sic no ꝙ in loco honesto non decet inhonestas esse personas, [a] vt supra de sacros. eccl. l. 2.
2 Item no ꝙ honestas est seruanda & in ludis.arg. J. de maiuma. l. 1. secundum An.de Barulo.& Dulium. Odof. dicit, ꝙ qñ moriebatur aliquis de

ADDITIO.

a Non decet inhonestas esse personas. Adde quæ sit pœna occupantis locum maioris, & honestioris, & dic ꝙ debent poni in loco viliori,et est casus sing.in c.præcipimus.63 dis. quem ad hoc dicit esse singularem. Lod. Ro.sing. suo 389. incip non debet minor.

de magiſtratibus Romanis fiebant quædam
ſtatuæ deputatæ ad perpetuam memoriã illius:
& ponebantur in loco publico vbi ſtatuæ Im-
peratorum ponuntur. Sicut & Romæ capito-
lium, vbi eſt columna magna & ſuper ea eſt ca-
put auteum ad memoriam cuiuſdam magna-
tis antiqui. Dicit Imperator quod nullus popu-
laris agitator vel alius vilis ſi moriatur faciat
fieri ſtatuas & poni in loco publico, quia deri-
ſio eſſet: & ſi faciant remoueantur. Sed in lo-
co priuato & vili, & vbi ludi fiunt tales ſtatuæ
ponantur, & hoc ſecundum Odoffredum. In
2 textu ibi rugoſis, ideſt turpibus. Nota pro con-
ſuetudine quæ ſeruatur in villis, quod homines,
& mulieres viliter viuentes ab honeſtis carre-
rijs expellantur, & in carrerijs remotis & ſeor-
ſum permanere permittantur. ad quod ſup. de
ope. publi. l. ædificia. & vidi quod conquereban
tur de illis qui domos ſuas locabant meretrici-
bus: quia per curiam compellebantur exire ex-
inde, & collocabantur in carreria remota iuxta
hortalia & in ſuburbijs, & talis carreria vocaba-
tur bordellum, & ſic fit in Montepeſulano. ar-
gumentum tamen facit contra & pro conque-
rentibus ff. de petit. hæredita. l. ancillarum. §. fin.
& ibi fiebat ex tolerantia, vt ibi notatur. quia
domus talis poſſet publicari. vt in authentica:
de lænonibus. collatio. 3. §. ſi quis autem patia-
tur. Si curia vellet ad hoc prouidere; ergo mul-
to magis poſſunt de eorum domibus tales mu-
lieres viles expelli. & de hoc. ff. de vſu & habi.
l. non ſolum. cum ibi notatis. facit ad hoc quod
ſi in aliquo manſo. ſunt aliqua animalia mor-
boſa, per quæ alia animalia circumuicina poſ-
ſent infici: poſſunt eis paſcua deputari, & limi-
tari, & eis quorum ſunt ſub pœna inhiberi, vt
non tranſcendant limites, nec depaſcant in a-
lijs paſcuis, in quibus animalia ſana depaſcunt.
& pro hoc facit. ff. de via publica. l. ædiles. & ff.
quod vi aut clam. l. qui in puteum. & ff. de ex-
traordina. crimi. l. prima, poſſent enim de faci-
li alia animalia infici & corrumpi: quod debet
euitari. ſupra de ædi. actio. l. ſi prædium. & ſicut
propter infirmitatem contagioſam, vt eſt lepra
a ſeparantur infirmi a conſortio aliorum, [a] &
eijciuntur extra loca. ſic & in hoc caſu debet
de animalibus brutis fieri. vt extra de coniug.
lepro. capitulo primo, & extra de eccleſ. ædifi-
can. capitulo ſecundo, & facit ad hoc infra de
re milita. l. cum ſupra verentes. & facit ad hoc.
ff. de elo. l. prima ibi. nam & cœlum peſtillens,
& ruinas & cæt. ſic nec etiam carnes corruptæ,
nec infectæ vel piſces aut alia victualia vendan
tur, vt ff. de officio præfec. vrbis. l. prima, §. cura
3 carnis. Item præmiſſa ſunt in argumento quod
furcæ patibuli debeant affigi vel plantari extra
villam vel caſtrum. quia aer poſſet infici per
cadauera punitorum, pro quo facit bene ff. de
ſepulch. viola. l. tertia. §. diuus Adrianus. vbi
prohibetur corpora mortuorum ſepeliri infra
caſtrum: & ſub pœna & contrafacientes pu-
niendi ſunt. Item aſpectus fieret deterior, &
terribilis, ideo prohiberi debet, vt ff. ne quid in
loco publico. leg. ſecunda. §. proinde ſi cui.
alias eſt ve. ſub. §. merito. & ideo ponuntur com
muniter patibula in locis remotis; ſic nec pa-
leæ nec fœnum debent detineri intra ciuitates
propter timorem ignis. infra de eroga. mili. an-
no. l. prouincialium. & eſt gloſa. ff. de ſeruitu.
vrban. prædio. l. fiſtulam. in fine. ad quod facit.
ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. ſed & alia. ad
leg. Aquil. l. ſi quis fumo. §. primo. Iacobus Re-
buffi.

ADDITIO.

a A conſortio aliorum. Adde Guil. de Cugn. Bald. & Pau. de
Caſ. in l. a. ſup. de ſum. trini. per tex. in auth. iuſiurandũ quod
præſtatur ab his in fi. Alex. in l. caſus. ſup. de teſta. & Bar. Cæ-
pol. de ſerui. ruſt. c. de paſcuis. 6. q. prin.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Punitur impediens currentes ad brauium.*
2 *Confratria vna an poſſit alteri coniungi.*

Nemo. Nullus iudex feſtiuitates ciuita-
tis impedire debet animalia ad
ludos neceſſaria tollendo, vel aliud faciendo
per quod impediatur publica feſtiuitas, con-
trafaciens vt violator legis punitur. Hoc di-
1 cit. Nota contra iudices tollentes equos curren
tes ad pallium. Item nota contra eos qui Ra-
ganiſos exiſtentes ſuper equos currentes ad bra
uium faciunt ire ad alium locum expauendo
equum currentem vel faciẽdo cadere vel alias
impedimentum præſtando vt non currat: quia
punitur tanquam legis violator vt hic Bartol.
& Iacobus Rebuffi. vnde dic quod Romæ erãt
equi, qui currebant ad pallium, & erant ibi quæ-
dam paluſtra argentea in quibus ſtabant ma-
gnates vna cum ſenatoribus ad videndum lu-
dum. vnde prohibetur hoc ne illi equi com-
modentur alicui ciuitati, & ſi contrarium fa-
ctum fuerit commodans acriter punitur. Hoc
dicit ſecundum Odoffredum. Hiſtriones, id eſt
mimos puta tubicinatores, vel alios fiſtulan-
tes. tranſducere, id eſt tranſmittere. plauſibus *id*
eſt delectationibus, vel ſuaſionibus, vel *preci*-
bus perſequitur. Et ſic nota turbatores feſtiui-
tatum ciuitatis fore puniendos. ad quod ſupra
eodem, l. 2. ſed nunquid magis ampliabuntur
feſtiuitates ſi iſti deſeruiant ludo? dico quod
non quia cum vtrique ludo deſeruirent neu-
trum bene peragerent. argumen. ſupra de aſſeſ-
2 ſo. l. fina. & infra titulo proximo. l. 1. Et facit
hæc lex, quod ſi rex facit proclamari ne equi
extrahantur de regno vel bladum, vel aliæ res;
quod hoc poſſit fieri iuſte patria de his indigen
te. & pro hoc l. officium. ff. de re milita. Item fa-
cit hæc lex quod officialis vnius confratriæ non
poſſit eam coniungere & vnire confratriæ al-
terius ſancti vel vtenſilia vel paramenta alicui
accommodari facere alteri confratriæ, vt ſu-
pra eodem, l. quiſquis. & extra de rebus eccle-
ſiæ non alienandis. capitulo primo. ad quod
præbet argument. ſupra de compenſ. l. prima.
Sed dico quod authoritate epiſcopi, & conſen-
ſu baiulorum confratriæ & confratrum, & ex
cauſa rationabili ſubſiſtente poſſit vniri, vt no-
ta. in ſimili in præallegato capitulo primo, ex-
tra de rebus eccleſiæ non alienandis. ad quod

facit

facit ſupra de mettopol. beri.l. vnica, & in authentica, vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. illud colla. 2. & ſicut vnire, ſic etiam paramenta accommodare quia ſi id quod eſt maius poteſt fieri ſcilicet vniri ergo, & vtenſilia accommodari, quod eſt minus. Item confratres poſſent confratriæ renunciare, & ſic annihilabitur: ergo de conſenſu ipſorum poterit fieri adiunctio ſeu vnio multo magis, & ſicut vna eccleſia annectatur alteri propter exiguitatem redditu um ſeu prouentuum, vt extra de rebus eccleſiæ non alienandis cap. ſi vna in clc. Et ſic vna confratria emolumentis diminutis vel minoratione confratrum facta propter mortalitatem vel alias poterit alteri vniri vel coniungi.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Lenonum pœna quæ & nu. 2. & 3.*

Lenones. Hæc lex reſpicit vltimam partem rubricæ, & dicitur quod
1 ſi domini vel parentes abutantur poteſtate, quã habent in filiabus vel ancillis imponendo eis neceſſitatem peccandi in corpus ſuum, poteſtatis iure priuantur: nec per eas patribus vel dominia aliquid acquiratur. vt liceat filiabus vel ancillis implorato ſuffragio epiſcoporum, vel iudicis à tali miſeriarum neceſſitate abſolui, vt liberatæ ſint penitus a patris vel dominorum poteſtate, & idem eſt ſi aliqua aliæ mulier libera alicui lenoni ſe conducat prætextu paupertatis, vel ad illius mandatũ peccaret, quia ſi vult poteſt implorare prædictorum iudicum auxilium, vt vinculis conditionis huiuſmodi liberetur. parentes autem, & domini qui inuitis filiabus, vel
2 ancillis peccandi neceſſitatem imponunt, non ſolum priuantur patria poteſtate, ſed etiam ipſi, & alii qui inſiſtunt ad aliquam aliam liberam inuitam ad ſtuprandum proſcripti pœnam exilii patientur, & ſunt etiam metallis publicis aſcribendi: minorem enim patiuntur pœnam quam filiæ, vel ancillæ vel aliæ quæ coactæ ab ipſis, vel ab aliis lenonibus in corpus ſuum peccare coguntur. Odoffredus. Docto. & Iacobus Rebuffi. peccandi ſubaudi cum pluribus indiſtincte. Sed quid ſi cum vnó vel duobus tantum, videtur ſecus argũm. ſupra de adulte. l. ſi ca. Sed poteſt dici idem. argum. de ritu nup. l. palam quæ ſit ratio diuerſitatis inter partem primam huius legis, & ſecundam, dico quòd in prima parte non multum eas ſollicitabant, & ideo imponitur pœna vt perdant poteſtatem. In ſecunda parte multum inſtabant, & frequenter, & eis inuitis. Et ideo magis punitur propter nimiam frequentationem, vt ſupra de ſuperexactoribus l. vna, & ff. de pœnis l. capitalium. §. ſo-
3 lent. Item hanc legem intellige in fine, quòd
a in totum bona ſua perdat: [a] quia verbum proſcriptio continet amiſſionem omnium bonorum argum. ſupra de petitio. bono. ſub. l. finall. Item opponitur contra hanc legem, quòd ſola infamia puniatur quis pro lenocinio, vt ff. de his qui notantur infa l. athletas. §. ait prætor. Solutio ibi loquitur de illo qui tenebat mulieres vel ancillas in ſua domo ratione quæſtus pecuniæ. quæ erant meretrices, at iſtæ filiæ, vel ancillæ tales liberæ non erant meretrices alias, ſed per patres vel dominos vel lenones inductæ fuerant ad meretricandum, & ita vt hic dicitur puniꝰ pater, & dominus, & leno. opponitur, & videtur quód pœna vltimi ſupplicii deberent puniri, vt in authentica de leno. §. præconizamus collatione 3. Solutio ibi loquitur de lænonibus, qui iuuenculas detinebant obligatas & ad mecandum compellebant mulias ſic decipiendo, & cogendo, & ideo quia multipliciter, & grauiſſimè delinquebant compellendo, & cogendo ipſas ad mechandum, & vitam peſſimam exercebant, & in plures delinquebant, ideo grauius puniuntur quam patres vel domini qui ſollicitauerunt ipſas filias vel ancillas ad peccandum: & quanto magis delicta iterantur tanto magis iterantes, & continuantes delicta grauius puniuntur quaſi de ducti vel diuerſi in profundo malorum, & incorrigibiles facti, & ideo lenones qui artem ſuam enormiſſimam continuare conſueuerunt vltimo ſupplicio ſunt tradendi, vt in prælle gato. §. præconizamus. dic, vt ibi per Iacobum de bellouiſu, & pro hoc extra de iudi. capitulo cum non ab homine. §. fina. cum ibi notatis, & de pœnis l. capitalium. §. ſolent, & §. in exulibus, & nota ꝙ Epiſcopi, & iudices præſtãt ſuum auxilium filiabus, & ſuum auxilium impendunt ſi fuerit poſtulans ſic. ff. de damn. infect. l. quarta. §. hoc amplius. In gloſſa quæ incipit non alias ibi. l. prima. Solutio ibi hæc faciebat pro iure ſuo. quia eſſet ſibi dedecus ſi ille qui erat de genere ſuo eſſet ſeruus. argumen. ſupra de ſenatuſconſulto Claudiano l. prima. hic autem erat ius proprium illius mulieris. Iacob. Rebuffi.

ADDITIO.

a Bona ſua perdat. Adde Bar. & Imo. in l. palam quæſtu. ff. de ritu nup. & in l. is qui reus. ff. de pub iudi. Ang. omnino in auth. de lenb. §. præcopizamus. & ibi glo. coll. 3. & Are. in ſuo trac. maleſi. in glo. in ver. adulterii.

De expenſis ludorum.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia ad vſum voluntarium deputata, an poſſit conuerti ad neceſſarium abſque principis permiſſu. Et quæ ſit decidendi ratio nume. 2. Et infertur ad conſules numero 3.*
3 *Iudicibus, & conſulibus permittitur a iure bene agere, & quod vtile eſt reipublicæ, non autem bona eius conſumere, & inutiliter.*

Cum præſidem. Pecunia deputata ad ſpectacula ĩ refectionem murorũ põt conuerti, & ipſis refectis cauſa reducatur in priſtinum ſtatum. h. d. Barto. Vel dic ſecundum Odoffr. ꝙ olim detinebatur certa pecunia ad faciendum ſpectacula vnde hic prohibetur ne præſes illam pecuniam

in alios vſus niſi in reficiendis muris ciuitatis cõuertat: & poſtquam muri erunt refecti de prima pecunia, quæ peruenit ad manum ciuitatis prædictum ludum fieri faciat. Odoffredus. In textu certaminis; idest ludi quia certando, & tripudiando, & ſine læſione populus delectabatur editione, idest explicatione erogabantur idest expendebantur transtuliſſe, idest conuertiſſe deriuatum idest expẽſum in reparationem murorum ciuitatis. præſidio idest defenſioni cũ pecuniæ interuentu, expenſæ fiunt in reparatione murorum, & dic præſidio idest auxilio agonis idest certaminis, ſiue ludi qui per agonetas
1 idest ludentes exercetur. Not. quòd pecunia deputata ad vſum voluntarium abſque permiſſu principis poteſt ex cauſa conuerti in vſum neceſſarium; ſecus ſi eſſet deputata ad vſum neceſſarium, vt fuit viſum ſupra de his qui ex publi. colla. l. 2. Vltimo no. quòd pecunia deputata ad vnum vſum ex cauſa conuertitur in alium, & finito illo vſu remanet pecunia depu-
præſtantur per duellantes ab vſu, & obſeruantia
talia iudices admittere & recipere debeant: ipſi
enim non ſolum iurant ſuper quatuor ſancta
Dei Euangelia, & ſuper Crucem: imo adiiciũt
quòd ipſi dant animas ſuas in perditionem ſcili-
cet prouocãs ſi non credat eſſe verum illud per
quod duellum obiecit prouocato. E conuerſo,
prouocatus iurat credere ſe eſſe innoxium, &
quædam alia adiiciunt. Et videtur ꝙ talia iura-
menta admitti non debeant, quia exorbitant à
forma communi iuramenti calumniæ: quia iu-
ra præcipiunt euitari iuramenta, quæ parent la-
queum animabus, & præbent occaſionem de-
linquendi, vt ff. de condit. inſtit. l. quæ ſub condi-
tione de interdic. vidui. l. 2. Leges enim quæ per-
iuria puniunt non debent viam periuriis aperi-
re, vt ibi dicitur in fi. & facit arg. ad præmiſſa. ff.
de in litem iuran. l. videamus. Item conſuetudo
de non præſtando iuramentum de calumnia re-
probatur, vt extra de iuramento calumniæ. cap.
cæterum, ergo ex aduerſo videre per obſeruan-
tiam talis de tam periculoſo, & graui iuramẽto
præſtando non teneat cu. iurium prædictorum.
Sed videtur ꝙ talia iuramenta debeant recipi &
ſeruati, vt in authen. iuſiuran. quod præſtatur ab
his qui adminiſtra. recip. in princip. §. fi. 2. colla.
nam ibi ad recipien. partem cum Iuda & ad le-
pram Giezi, & ad tremorem Caym ſe aſtringũt,
ſe ſupponunt iudices: ſed ſecundum conſuetu-
dines, & obſeruantias Longobardorum iurant
ſolum ꝙ non iſto animo: ſed quia credunt vel
ſuſpicantur ita eſſe ipſum qui ꝓuocauit ad duel-
lum vt in Lombarda, qualiter ſe defendat. l. ſi
quis vxorem. credo ꝙ verbum iſto animo quòd
non

ADDITIO.

a Bella geruntur. Adde Panor. c. quod in dubiis nu. 2. & quod ibi notaui in apoſtil. ad eum in verſi. intereſſe bellis extra de pę. & iſtum in l. cum ad fœliciſsimam num 2. & quod ibi notaui in apoſtil. ad eum in verſi. non poſſunt ſupra de quibus mu. vel præſta. lib. 10.

non pro vindicta, & odio ipsum prouocauit ad
duellum. & habetur de consimili iuramento ca-
lumniæ. l. 1. §. fin. ad l. 3. contra. allega. potest re-
sponderi, ꝙ loquitur de iuramento super facto
futuro præstando hic super præterito & præsen-
ti, & de credulitate. Item in l. 2. remittitur iura-
mentum: quia posset conuerti in damnum rei-
publicæ cuius interest ꝙ repleatur liberis homi-
nibus, & propter alias rationes ibi positas re-
mittitur prædictum iuramētum: sed in casu no-
stro si non expediat prouocantibus. ſiurari po-
terit causam incommodum reipublicæ consul-
tare: quia multi obtinebunt ab isto prauo vsu
duellandi timore talis iuramēti, & facit ad hoc
arg. C. de iudi. l. rem non nouam. Item quæro si
8 arma duellantium debeant in numero, & lon-
gitudine coæquari, vt lanceæ sint eiusdem lon-
gitudinis, & credo ꝙ sic propter obseruantiam
per quam lanceæ si non sint eiusdem longitu-
dinis illa quæ est longior frangitur quatenus ex-
cedit in longitudine alteram lanceam. Item in
numero ensium seruatur, vt quilibet habeat
duos enses solum, & in quibusdam aliis armis,
& facit ad præmissa: quia per iudicium duellum
adeptatur licet malè: sed in actibus iudiciariis
debet æqualitas obseruari, vt supra de fruct. &
litis expen. l. fina. & impietas reprobatur, vt sup.
de re iudic. l. fi. Item quæro si debent constringi
duellantes ad iurandum quòd non habent vir-
tuosos, vel preciosos lapides aut breues propter
quæ possent obtinere in duello, & credo quòd
sic propter æqualitatem seruandam, vt supra di-
ctum fuit proxi. Item quia duellari non dēt cum
dolosis artibus seu deceptuosis: quia si iustitiam
habens pro se succumbere posset, quod esset ini-
quum & iniustum, sed cum propriis corporibus
& armis certare & duellare debent: sicut in cer-
tamine iudiciali non debet per dolum aliquid
fieri, per quod posset obtinere ille qui per se ius
non habet, & hoc continetur in vno de capitu-
lis iuramenti de calumnia. & in promissione de
iudicato soluendo: quia per dolum vel per fal-
laciā aduersarius decipi non debet, vt ff. de dolo.
l. 1. & ff. de transact. l. qui cum tutoribus. §. qui
per fallaciam. & iudicia claudicare non debent
vt ff. de arbitris. l. si cum dies. §. sed si in aliquem
in fine, & in duello expectatur diuinū iudicium,
& authoritate iudiciaria fit de facto, si de iure
fieri non deberet argum. contra 23. q. 2 dicit do-
minus noster. vbi dicitur ꝙ per inducias pugna-
re licitū est: sed illud obtinet in bellis generali-
bus, & iustis in quibus potest pugnare omnibus
modis p quos inimici possunt vinci: sed in duel-
lo scilicet in bello singulari secus. & hoc de cō-
suetudine obtinet: quia iurant quòd non portāt
lapides preciosos virtuosos vel breues. Sed quæ-
9 ro si prouocatus ad duellum pro crimine capi-
a tali sit deuictus debeat puniri [a], sicut de crimine
iudicialiter fuisset deuictus? & dico ꝙ non: quia
in iudicio condemnatur cum crimen clarissimè
est probatum, & alias non: vt supra de pœnis. l.
qui sententiam. Sed probatio quæ fit per duel-
lum non est certa, nec clarissima imo dubia &
incerta, & sæpissimè contingit ꝙ succumbit in-
nocens, exemplum de purgatione vulgari. cap.
significantibus, & ita de vsu seruatur, & aliā pœ-
na pecuniaria, vel relegationis imponitur, &
hoc etiam obseruatur secūdum consuetudinem
Longobardorum in l. recolimus in ti. de homi-
cidio liberorum hominum: quia de iudicio di-
10 uino incerti sumus, vt ibi dicitur. Sed iuxta præ-
missa quæro pone quidā miles Guillermus no-
mine dixit alteri militi Raymundo nomine, ꝙ
ipse proditoriè retinebat certam pecuniam pro
stipendiis ipsius sibi creditam, & eam ei debere
denegabat, & suum vayletum eam portantem
interfici fecerat, & prædictus dominus Ray-
mundus respondit quòd ipse mentiebatur, &
quòd ipse cum debellaret in campo clauso, &
tradidit vadium, & prædictus dominus Guil. re-
cepit bellum sibi oppositum, dicendo etiam ꝙ
ipse debellaret cum ipso, & ꝙ falso pecuniam
se debere negabat. Quæro quis istorum censea-
tur prouocans seu appellans? & dicitur ꝙ do-
minus Raymundus, qui bellum prius opposuit
arg. ff. de iudi. l. in tribus, & per hoc insti. de inter-
dictis. §. planè in versi. duplicia. cum igitur vter-
que bellare voluerit, ille qui primo bellū obie-
cit scilicet dominus Raymun. alium dementien-
do, & ad bellum prouocando censetur obtine-
re partem prouocantem. Sed videtur quòd imo
alter. s. dominus Guil. qui dicebat pecuniā alium
retinere & proditoriè vayletum fecisse interfici,
quia alter opponebat duellum. s. dominus Ray-
mundus ad purgationem, & defensionem sui, &
facit ad hoc ff. de bo. li. l. qui cum minor. §. si li-
bertus. ipse enim videtur defensoris partes su-
stinere, & alter accusator, & facit infra eadem. l.
in seruitutem in princ. sic nec ille dicitur delator
qui crimina in alium retorquet, vt supra de dela.
l. nulla. & l. ex vana, & ff. de iure fisci. l. delator.
& qui pro sua defensione excepit, vel appellat
partem sustinet defensoris non actoris, vt extra
de except. c. cum inter priorem &c. dilecti filij,
& c. si cum ibi no. in vtroq;. c. & circa hoc mul-
tum refert: quia prouocans vel alium appellans
debet prouocatum aggredi, & ipsum debellare,
& vincere infra vnum diem a solis ortu vsq; ad
occasum secundum consuetudines Gallicanas,
& nisi hoc faciat victus reputatur, & prouoca-
tus reputatur victoriā obtinuisse. Sed circa præ-
11 missa aduertendum ꝙ ille qui obiecit duellum
primo dixit ꝙ ipsum debellaret, & sic se obtulit
ad bellandum, & sic videtur prouocans. Item
eius aduersarius respondit ꝙ ipse pugnaret, & ꝙ
ipse reciperet pugnam, & sic videtur ꝙ dominus
Raymund. sit prouocans, & ita debeat assallire
dominum Guil. & primus in campo intrare, &
infra solis occasum alium deuincere vel supera-
re, alias prouocatus reputatur obtinuisse trium-
phum, si ante occasum solis non fuerit deuictus,
& habetur verius in præalleg. l. in tribus, ꝓpterea
ipse incepit duellum opponere etiā prædictum
dominum Guill. dementiendo. nam prædictus
dominus Guill. fuit ad bellum incitatus, & pro-
uocatus. nam si prædictus dominus Raymund.
non debellaret ipsum; sed staret in campo sic,
& ille qui onus probationis assumit, & in se pro-
bationis

ADDITIO.

a Debeat puniri. Adde Bal. in l. 1. supra de dedi. libe. & in c. 1.
colum. 8. in tit. de pace te. & Alex. in l. ex hoc iure. ff. de insti.
& iure.

bationis onus transfert tenetur probare, vt ff. de probat. l. circa. Non ob. Iura in contrarium all. quia loquuntur in excipiente, vel contra alium crimina retorquente pro sui defensione: sed in quæstione præsenti non solum se culpabilẽ negabat, sed ad bellandum se offerebat. Verum
11 tamen secundum consuetudines Gallicanas si delatus de crimine per aliquẽ dicat delatorem mentiri, & paratũ se defendere offerat per duellum, & alter duellum recipiat pro verificatione suæ denunciationis reputatur ille qui duellum obiecit appellatus, & alter qui verba detulit appellans seu prouocans, vt dici audiui. Sed iuxta præmissa quæro si statutum seu arrestũ regium est, & consuetudo Gallicana videlicet q̃ prouocatus seu appellans victus reputetur, nisi prouocatum verisimiliter infra solis occasum possit prouocatus aliquo iure vel ratione fulciri, & videtur q̃ sic: quia prouocans alium ad duellum debet sibi imputare: quia duellum obtulit cum esset certus de consuetudine, & breuitate temporis duellandi. nam tempus etiam statuitur accusanti quo elapso si accusationem non exegerit incidit in pœnã turpilliani, vt supra qui accu. non po. l. si ea quæ. & supra de inge. ma. l. diffamari, & faciunt ad hoc concordantiæ in l. si ea. alle. in glo. sic & vna dies sufficit pro interdicto aquæ ducendæ, vt ff. de aqua quo. & æsti. l. item quæsitum. Sed secundum consuetudinẽ linguæ occitanæ tres dies dantur prouocanti ad duellũ pro qua dilatione facit. ff. de glande leg. l. 1. supra de no. aduoca. l. fi. circa finem. igitur Gallici seruant suam consuetudinem, & illi de lingua occitana seruant suam, & de hac materia not. per Iacob. de Bellouisu in feu. de pa. te. §. si quis hominem, & per hoc in summa in tit. de cle. pug. in duello. §. an sit offerendum. Iacobus Rebuff.

De venatione ferarum.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Leones occidere cuilibet permittitur.*
2 *Venatio leonum & omniũ ferarum cuilibet permittitur.*
3 *Comites & Barones num possint venationem prohibere in terris suis, & de qua venatione intelligatur. num. 4.*

1 **Occidendorum.** Cuilibet permittatur leones occidere, & adducentes Principi feras bestias, vel mansuetas non debent in locis, per quos transeunt vltra septem dies permanere, & si contra faciunt in quinque libris auri punientur. hoc dicit secundum Odoff. Dul. & Andr. sinimus, id est non permittimus calumniam, & reprehensionem vel pœnam, formidare idest timere. bestias scilicet feras alias mãsuetas secundũ Odoff. Guiller. tamen & Dulius intelligunt de feris. i. nocuis bestiis. comitatum id est ad nos. quinis id est quinque. Quæro circa legem istam, quæ fuit causa vel ratio condendi ipsam cum cuilibet ferarum bestiarũ venatio sit generaliter permissa, & sic eas occidere, & capere cuilibet licet vel penes se tenere dum tamẽ aliis nocere non possint, vt ff. de acqui. re. do. l. 1. 2. 3. & 4. & l. naturaliter circa princ. & insti. eo. tit. §. feræ, & ff. de ædil. edi. l. vel fratres, quæ alias sub lege ædiles aitẽ, & l. generaliter, & l. qui vulgo. Potest forte dici q̃ ratio fuit; quia leones qui sunt excellentiores inter feras bestias quandoque Principi adducebantur, dum erant parui & iuuenes, vt nutrirentur, & tenerentur: & quia forte subditi ad hoc dubitabant, & timebant ipsos capere & occidere, fuit submotus Imperator ad condendũ istam, vt de cætero nullus dubitaret eos capere
2 & occidere. Item nota, q̃ venatio leonum, &
a omnium ferarum cuilibet est permissa [a], vt patet etiam in l. superius allega. & quia in nullius bonis sunt, ideo capientium efficiuntur, vt dicto §. feræ. nec refert in suo fundo vel alio capiantur: quia vt dictum est capienti acquiruntur iure gentium, vt ff. de acq. re. do. l. 3. & l. in laqueũ. Potest tamen dominus fundi si præuiderit volẽtem venari vel aucupari sibi prohibere ne ingrediatur causa venandi vel aucupandi ibi, vt ff. de acqui. re. do. l. quod enim, & §. feræ. & ff. de seruitu. rusti. præd. l. diuus. Iuxta hæc quæro num-
3 quid comites, vel barones, vel domini temporales, vel iurisdictionem habentes possint iustè facere prohibitionem generalem, & sub pœna furti, vt nullus audeat venari in forestis, vel nemoribus ipsorum apros ceruos vel alias feras? & videtur q̃ sic, quia quilibet potest si præuiderit prohibere venatorem vel aucupatorem, vt non ingrediatur in fundo prohibentis causa venandi vel aucupandi, vt patet in dictis iuribus: ergo si possunt hoc specialiter prohibere poterunt & generaliter, cum tantum operetur generalis prohibitio quantum specialis, vt supra de præscript. 30. vel 40. annorum. l. omnes, & ff. de administra. tuto. l. si duo plures, & 19. distinct. c. si Romanorum, & facit ad argum. ff. de insti. l. sed & si pupillus. §. de quo palam. & §. præscribere: sed in contrarium faciunt. ff. de ritu nup. l. generaliter mandante. & ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum, & ff. de acquiren. hæred. l. si quis in bona. §. iussum. in versic. sed vtrum, & facit contra comin. epistolas, &c. l. programma. Item dicitur in l. diuus, & in suis concord. q̃ si dominus præuideret ingredi volentem potest ei prohibere, &c. non ergo valebit prohibitio generalis antequam, vt a verbis legis non recedamus argum. ff. de leg. 3. l. non aliter, & ff. qui & a quibus. l. prospexit legislator. & maxime in pœnalibus, in quibus est facienda restitutio, vt ff. de pœ. l. si præses, & per hoc faciunt quæ nota. in d. l. diuus per glo. quia licet venator fundi ingrediatur contra prohibitionem domini, & feras capiat non tamen committit furtum. Sed credo distinguendo q̃ aut forestæ seu nemora sunt parietibus circundata, & circundatæ vel vallo, vel sepe: ita q̃ feræ sunt adeo inclusæ quód non possunt exinde exire, & tunc venantes furtum committerẽt, vt ff. de vsufruct. l. vsufructuarium venari.

ADDITIO.

a Cuilibet est permissa. Adde de veritate huius dicti Dom. Nico. Boerij in consue. bitu ti. de consue. prædiorum. §. 5 & quod ibi notaui in apostil. 1. in versic. Romæ. Vbi remiss. de hoc tractat.

venari.§. si in viuariis, quia feræ videntur cum custodia euadere non posse. argum. ff. de acquire.do.l.naturalem. §. seruos, & idem crederem de cirogulis quę in tali fundo stant & perseuerāt, & se recondunt in claperiis lapideis ꝙ capiētes committerent furtum præsertim cum domini ipsorum fundorum & claperiorum ipsos ibi tenent, & capiunt quando eis placet, & cyroguli ibi pascuntur, & redeunt, & pariunt, & nutriunt fœtus suos, & facit ad hoc in feu.de eleri.vio.pa. §. nemo retia, & ff.de acqui. pos. l.3. §. Itē feras. Si vero forestæ vel nemora non essent clausæ, vel clausa tunc furtum non committerent eos capientes, & domini temporales, & eorum iudices male faciunt & præstant interesse: quia venationes, & piscationes fluminum publicorum indistinctè prohibent, vt ff. de iniuriis. l.iniuriarum.§.fi.& instit. de re.di.§.flumina cum cōcor.

4 Sed quæro si domini temporales vel eorum iudices possent prohibere, & cum pœna venationem perdicum quæ fit cum quodam instrumēto vulgariter nuncupato sauina, & ideo sic vocatur, quia assimilatur asinæ, & sic cū telis pannis, & intus stat venator, & vadit per campos ad modum asinæ, & cum quodam alio instrumento vocato tona artificiosè capit perdices, & ita spoliant venantes terram de auibus perdicis, & credo quòd possit prohiberi talis venatio: quia redundaret in damnum reipublicæ, si tot & tantæ caperentur, ꝙ non possent præterea inueniri, vel saltim raro, & interesse reipubl.ne quis re sua malè vtatur, vt insti.de his qui sunt sui vel ali.iur.§ fi.& quia talis venatio esset damnosa patriæ potest prohiberi ne nimis continuetur, & pro hoc quia interdicitur alicui vsus damnosus suæ reī, vt j. de cupressis ex luco daph. l. 1.& ar. & infra de salga.non præstan.l.1.& infra vt rusti. ad nullum obse.deuo. & in authen. de consul.& pau.non semper in prin. & §. t.4.coll.& licet venatio ferarum & volucrum sit permissa, vt supra proxime dictum est tamē modus excessiuus venandi, qui redundaret in præiudicium reipublicæ potest prohiberi vt non continuetur: quia genus volucrum deuastaretur, & etiam periret, & idem dico de venatione immoderata, quæ fit per quaternas. nam piscatores auertunt aquam fluuij, & remanet alueus, & pisces qui ibi sunt sine aqua capiuntur, & vidi de facto. pro his facit. ff. de fluminibus.l.quominus, ibi si modo ea aqua, &c.& eodem modo facit.ff.ne quid in flumine publico, l.1.& per totum tit. Item iuxta fi. huius.l.quæro de quibus bestiis intelligatur.glo. & Dulius. intelligunt de feris & bestiis nociuis, & ideo prohibitum fuit, vt nisi per paucos dies tenerentur, & quia possent nocere & dāna dare, & tale damnum vult in tempore euitare arg. ff. de ædil.edict.l.qui vulgo.Odof. autem intelligit de feris bestiis seu māsuetis, & aliquæ bestiæ māsuetæ possent etiam nocere, vt leones qui sunt
a quādoq; mansueti[a], vt ff.de postul.l. 1.§.bestias. Et est eadem ratio vtrobique prohibitionis, vel etiam forte prohibuit in tempore, vt non starent in locis vltra 7. dies hic taxatos propter expensas & ductores ipsarum. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Sunt quandoque mansueti. Adde de. q. quam de facto vidi accidere licet sit parum ab hoc dicto exorbitans quæ fit pœna ioculatorum ducentium animalia fera, vt leones & vrsos si exeant claustra, & irruant in homines, & mors sequatur vide tex. sing. in l.quod vulgo. cum duabus præce.ff de ædil. edicto, vbi ꝙ punitur pœna ducentorum solidorum, quod nota quia prima fronte diceres quod pœna mortis veniebant plectendi.

De maiuma.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Maiuma quid sit, & quare alias fuisset probibita, & inde permissa.*
2 *Castus quis, & vnde dicatur.*

Clementiæ. Scias ꝙ consuetum erat Romæ fieri quidam ludus de mense Maij hoc modo, ꝙ erat quædam puella bene ornata, & bene parata, & ponebatur in curru pleno frondibus & floribus, & in scenis circa illā erant aliæ puellæ stantes in platea, & accipiebant homines transeuntes, & petebant denarios reginæ: quia regina quæ est hic præcepit, & quandoq; ibant ad lenones earum, & dabant magna dona de tali ludo, gaudentes tamen quia habebant colloquium cum eis eas tangendo; fuit prohibitum ꝙ ille ludus de cætero non liceret, & steterunt aliquo tempore, ille ludus non fuit obseruatus. super quo Imperator statuit ꝙ ille ludus fiat dummodo non fiat iniuria castitati puellarum, & verecundia castis mo-
1 ribus perseueret. Odof. Et breuiter hæc dicit, ludus maiumę, & lætitia fuit per aliquos Principes prohibitus, & prohibita prouincialibus per electionē: sed postea Archadius & Honorius prouincialibus restitutis, & restituta voluerunt tantum ꝙ fieret cū omni honestate & castitate ob-
2 seruata, & nota quòd Principi placebat castitas & etiam Deo placet; quia est vna de virtutibus principalibus, vt in authen. de leno. §. præponamus. Item morum honestas: quia est vnum de præceptis, vt ff. de iusti. & iure. l. iustitia. §. iuris præcepta. Item castitas potissimè per prælatos debet obseruari, vt supra de episc.& cler.l.si quēquam, & 23.dist.c.qui episcopus, & ibi multa de castitate honesta, & bonis moribus, & aliorum quæ in episcopo requiruntur enumerantur, & ad hoc 28.dist. c. quando & castum prius dictum à castratione: præterea placuit veteribus etiā eos sic nominari qui perpetuam libidinis abstinentiam pollicebantur secūdum Papiam. Vnde di-
2 citur castus qui carnis libidinem refrenat, & dicitur a castro tras, quod est testiculos amputare, & prælati qui libidinem exercent non merētur dici prælati, sed canes impudici. vnde si aliqui sunt qui castitatem non seruant, inquit ille, qui nihil ignorat. Iaco. Rebuffi.

Vt armorum vsus rusticis vel inconsulto Principe sit interdictus.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Armorum vsus est priuatis probibitus, & vtrum comitibus, baronibus, & eorum officiarijs, & nu. 2. & 3.*

4 Arma

4 *Arma qui possint auferre portantibus in sua iurisdictione & virum barones.*

5 *Comes, baro vel senescallus an possint licentiam concedere timenti se ab aliquo offendi portandi arma, & qualiter illi qui minatur debeat coerceri. num. 6.*

7 *Multa propter necessitatem sunt concessa quæ alias sunt prohibita.*

8 *Bellum an possit sine licentia Principis indici, & an teneantur mandatarijs damnum in bello passum resarcire.*

9 *Bellum gerentes an teneantur ad damna passa per pugnantes in eo bello. Et an commodantes equos euntibus ad bellum pro illis in acie peremptis agere possint. nu. 10.*

1 Nulli. Nulli permittitur arma portare vel guerram facere sine Principis volũtate. h.d. opp. contra istam. l. ff. ad l. Iul. de vi pu. l. 1. & l. pluraliter. §. fi. vbi permittitur portare arma in talibus ibi expressis. Sol. secundum quosdam hæc lex, & auth. de armis. §. 1. corrigunt illas, quia non est nouum, &c. vel dic, & verius ꝙ istæ intelliguntur secundum illas: quia legum correctio vitãda, vt ĩ. de ap. l. præcipimus. Item obstat in feu. de cleri. vio. pa. §. mercator. Sol. ibi permittitur causa periculi rerum, & proprij corporis euitandi, & cum per l. concedatur, dicitur per Principem fuisse concessum. Item cõtra eo. tit. §. ad palatium comitis, vbi ex permissu comitis permittitur armorum portatio, & sic prohibet portare nisi ex permissu solius Principis. Secundo potest dici forte ꝙ ibi Princeps videtur permittere ex ipso quòd ipse permittit arma portare ad rogatũ comitis: quia nostra facimus quibus nostra impartitur auctoritas, vt supra de veteri iure enu. l. 2. in ver. omnia enim, &c. vel forte potest dici quòd ille comes erat officiarius Imperatoris vel Regis vel eius vices gerens: sed prima solutio magis placet, vel loquitur secundũ vsum patriæ in qua comites forte arma portare, & portationẽ concedere ex tolerantia Regis vel Principis poterant. Itẽ opponitur in feudo hic finitur lex incipiunt cõsuetudines regni.
2 c. dominus guerram. Sol. de consuetudine licet praua magnates tirannizantes ex tolerantia Regis vel Principis guerriabant in regno inter se: nec dicitur ibi ꝙ hoc liceret eis sua auctoritate mouere guerram, & ꝙ loquatur ibi de consuetudine patet ex rubrica. quæ dicit quòd incipiũt consuetudines regni, & supposita consuetudine ibi dicitur ꝙ vassallus in guerra licita suum dominum iuuare tenetur: restat igitur ꝙ arma portare vel fabricare, vel guerram mouere prohibentur omnes, & si comites vel barones, vel alij
a subditi sine licentia Principis[a], contrarium facere præsumant puniẽdi sunt, vt ff. ad l. Iul. maie. l. 3. circa me. de his scripsi. supra de fabri. super rubrica. Quæro igitur si per consuetudines põt induci quòd possint guerriare sine licẽtia Regia vel Imperiali, & videtur primo ꝙ sic, quia res de facili ad pristinũ statum reducitur, vt ff. de pact. l. si vnus. §. ꝙ & in specie. Sed iure ab initio fuerunt bella introducta & approbata, vt ff. de iusti. & iu. l. ex hoc iure. ergo videtur ꝙ propter consuetudinem possint, & eis liceat guerriare. Sed dico contrarium ꝙ talis consuetudo tanquam praua, & ex qua plura mala, & perniciosa insurgunt non est obseruanda, sed potius extirpanda, & pro hoc in auth. vt nulli iudi. & supra de decurio. vt omnes iudices lib. 10. & ibi nota in glo. quòd malæ consuetudines non sunt obseruãdæ: sed hæc cõsuetudo mala est & praua, & occasionem præbet delinquendi & ideo non est seruanda sicut nec pacta quæ præbent occasionem seu materiam delinquendi, vt ff. de pac. dota. l. conuenire de pac. l. si vnus. §. illud. & pro hoc infra de decurio. sed & statio. l. 1. cum ibi nota. lib. 12. nec obst. l. ex hoc iure in contrarium alleg. quia intelligitur de bello iusto ꝙ populus Romanus induxit hostibus, vel de bello iustæ defensionis, vt ibi nota. in glo. illa enim bella sunt iusta quæ ex edicto Principis inducuntur & approbantur, vt 23. q. 2. c. dominus non. & q. 8. c. vt pridẽ. Sed bella Comitum, Ducum, & Marchionũ, & Baronum non sunt iusta: quia propter inimicitias, & ad vindictam, & ad malos fines plures mouentur, & quia eis non competit ius indicendi bella: sed soli Imperatori, vt hic & regibus qui non habent vel recognoscunt superiorem qui possunt de eis facere iustitiam. tales enim qui vtuntur imperialibus prærogatiuis magis quam eorum subditis competit nomen, guerram, ex causis iustis seu a iure approbatis, & ff. de capi. & postli. re. l. hostes, & extra. de iureiuran. c. sicut. Et tales Duces, Comites & Barones, vt fiat iustitia super quæstionibus seu contentionibus suis adeant curiam Imperatoris vel Regis, & ibi iustitiam consequantur. arg. supra de Iudæis. l. nullus. & in auth. de manda. prin. §. patrocinia. colla. 3. & in feu. de pace te. & iura. fir. Et tamẽ malè cõseruant: quia ipsi mouent guerras & bella aliqua licẽtia non petita prauam consuetudinem allegantes, quam seruare non debent, vt prædixi maxime cum ex his sequatur perditio animarũ corporum & bonorum, vt not. ĩ. pu. lætitiæ. l. 1. l. 12. & quia hoc proclamatur singulis annis re-
3 gulariter ꝙ nullus audeat portare arma, &c. Sed quæro nũquid barones, & milites, & eorum officiarij in castris, & locis in quibus habent merum imperium, & omnimodam iurisdictionem possint portare arma? & videtur ꝙ non sine licentia Principis vel Regis, vt hic. sed credo contrariũ, quia imperiũ scitum est, & iura imperialia sunt distensa, vt supra de stu. li. vr. Ro. Nota in rubrica, vt eo ipso ꝙ iurisdictiones ad eos pertinẽt: & facultas arma portandi tamen ad bonum finem pro gubernatione & regimine suæ iurisdictionis & terræ permissa esse videntur, ad quod facit. ff. de iurisdict. omn. iudi. l. 2 & supra de yrenar. l. 1. lib. 10. qualiter autem possent suos subditos defensare & inquirere, & criminosos capere & cõprehendere & ab inuasionibus, & malis ipsos arcere si arma eis deferre non liceret. Nam si priuatis pro defensione rerum, & personarũ arma deferre, & tenere, & per iura attributa facultas, vt ff. de vi & vi arma. l. 3. §. cum igitur, & ff. ad l. Iul. de vi publi. l. 1. & penulti. ergo multo magis istis iurisdictiones habentibus, & merum imperium. ar. ad hoc. ff. de ori. iur. l. 3. §. post originem & ff. de offic. præsid. l. illicitas, §. qui vniuersas.

propterea

ADDITIO.

a Sine licentia Principis. Adde quod notaui in apostil. ad istũ in l. 5. nu. 6. in versi. bella geruntur supra de gladiato. isto lib.

propterea quibuſdam officiariis a lege permiſ-
ſum eſt arma portare, vt ſupra de præpo. ſacri
cubi. l. fi. ad inſtar enim præfecti vigilum arma
portare poterunt tam ipſi quam eorum officia-
rij ad reprimendum audacias malignantium, &
pro capiendis criminoſis, & pro iuriſdictione, &
tuitione ſuæ iuriſdictionis, & ſuorum ſubdito-
rum in quiete & pace ſeruandis. ff. de offic. præ-
fect. vigil. l. nam ſolutione. §. ſciendum. iuncta.
l. 1. §. quies populariũ. ff. de offic. præfe. vigil. &
facit in feu. de cleri. vio. pa. §. mercator ſup. alle.
4 Sed quæro nunquid prædicti barones & curiales
a poterunt arma auferre portantibus[a], infra iuriſ-
dictiones ſuas, & dico ꝙ ſic niſi cauſa itinerandi,
& tranſeundi per terram ipſorum ipſi deferrẽt,
non ad finem nocẽdi alicui, & pro tuitione ſui,
& pro hoc facit in feu. de cleri. vio. pa. §. ad pala-
tium. iuncto. §. mercator. Item cui liceret ma-
iora non debent minora denegari, vt infra de
agen. in re. l. ex eo. Item portantes arma contra
prohibitionem iuris, & in caſibus non permiſſis
delinquunt, & armis ipſis priuari debent, vt ibi,
& ad l. Iul. de via pub. l. 1. ergo auferre arma lice-
bit eis, ſicut & eos punire ob hoc vel ob aliud
crimen. vt in auth. qua in prouincia ſupra vbi
de crimine agi oportet ipſos enim dominos, &
curiam eorum offendunt & contemnere viden-
tur, & ſic eos punire, & eis arma auferre poſſunt.
vt ſupra de teſti. l. nullum, & facit ad hoc. ff. de
offi. præſi. l. 3. non ob. hæc. l. quia non prohibet
auferre arma illis habentibus iuriſdictionem, ſi-
cut nec prohibetur eis punire delinquentes in
ſuo territorio. ideo permitti videtur ſicut, & pu-
nitio aliorum exceſſuum, & facit ad hoc. §. ad
palatium. ex quo enim eis competit iuriſdictio,
& armorum ablatio. §. ſi quis ruſticus arma &
lanceam, & §. ſi quis miniſtrales in feu. de cleri.
5 vio. pa. Sed quæro ſi aliquis pacificus eorũ ſub-
ditus timeat per aliquem iniurioſum, & temera-
riũ aggredi vulnerari vel interfici poſſit comes
vel baro vel ſeneſcallus regius ſuo ſubdito cõ-
cedere licentiam deferendi arma pro ſui defen-
ſione? & videtur ꝙ non, vt in hac. l. in qua Prin-
cipi ſoli licere dicitur. plura enim ipſi Principi
permittuntur, quæ aliis permiſſa non ſunt, vt ff.
de flu. l. quominus. & ff. de aqua plu. ar. l. ſi autẽ.
§. ſi flumen. Item ad cuſtodiam locorũ aliquo-
rum cum armis nullus deputare poteſt niſi ſo-
lus princeps qui poteſt legem diſpenſare, & pro
hoc in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. in-
terdicimus. & in auth. de man. princ. §. eos. Item
ex tali ꝯceſſione poſſet oriri ſcandalũ vel mors
ſequi, quod poſſet in damnum reſpub. redunda-
re, & ideo hoc cõcedere eis non eſt permiſſum,
licet ea quæ ſunt vtilia reipu. agere valeant, vt ff.
quod vi aut clam. l. prohibere. §. penul. Præterea
alia remedia ſunt iure eis permiſſa per quæ po-
teſt eis prouideri per ipſos. Sed præſtatio ſecuri-
tatis, vt ſupra de his qui ad ec. confu. l. denuncia-
mus, & in authen. de man. prin. §. neque. Item
6 poterit coerceri talis iuriſdictio per arreſtatio-
nem, & pœnarum impoſitionem ad præſtan-
dum ſecuritatem medio iuramento, & aliis re-
mediis per prætorem coerceri. Sed ſi non poſſet
bene prouideri ſubdito iuſtè, & non vano timo-
re Princeps vel Rex nõ poteſt de facili vel ſine
magna cauſa adiri, & non poſſet de bono alio
remedio prouideri, crederẽ quod poſſent cauſa
cognita, & inſpecta qualitate perſonarũ ad eui-
tandum periculum mortis ſibi permittere por-
tare arma ad ſui defenſionem exacto iuramẽto
ab eo, & cum adiectione pœnæ, vt ipſum non
inuaderet hoc concedere vel ſaltim cum patien
tia tolerare, vt deferat arma ad finem prædictũ:
ſi non poſſet ſibi aliter de bono remedio oppo-
nẽdo prouideri. Et faciunt ad omnia. ſ. de dam.
infect. l. 3. §. ſi tam vicinum. ff. de no. ope. l. de pu-
pillo. §. ſi quis riuos, & ff. de vi publi. l. 1. & l. pen.
& in feu. de cle. vio. pa. §. ad palatiũ comit. Multa
7 enim propter neceſſitatẽ, & vbi mora eſſet pe-
riculum allatura, & ad euitandũ periculum ſcã-
dali permittuntur, quæ alias non permitterẽtur,
vt patet in §. ſi tam vicinum. & §. ſi quis riuos, &
ff. de ap. reci. l. fi. & de ininſt. ru. & ir. te. l. ſi quis ex-
hæredato. §. quid tamen. ibi cum ſeditio prom-
pta, &c. De hac materia ſecuritatis ſcripſi ſupra
de nauicula. l. nullam. ſuper verbo ſecuritate.
8 Item nota quòd bellum vel guerram mouentes
ſine licentia Principis vel Regis in pœnam in-
b cidunt[b], de iure, vt ff. ad l. Iul. l. 3. ſed cum guerra
fit ad defenſionem, & ex iuſta cauſa tũc ex per-
miſſione iuris excuſatur ille, qui fuit diffidatus
ſi ad defenſionem ſui & terræ ſuæ, & ſuorũ ſub-
ditorum militiam congregauit, & cum debito
moderamine ſe defendit contra aggreſſorem,
& ſuæ terræ inuaſorem, vt ff. de iuſti. & iure. l. vt
vim. & ff. ad l. Aquil. l. fi. §. quicumque, & l. ſcien-
tiam. §. qui cum aliter, & extra de ſenten. excom.
c. dilecto filio. lib. 6. & extra de homici. c. 1. in cle.
9 Sed circa hoc quæro ſi guerriantes præfati roga-
uerunt, & mandauerunt aliquos, vt venirent ad
guerras ſuas, & illi in bello perdiderunt equos
ſuos, & de ſuo expendiderint, & damna prædi-
cta occaſione ipſorum ſuſtinuerint. Et ſi com-
petat eis actio contra mandatores ad reſtitutio-
nem, & ſatisfactionem præmiſſorum? Et vide-
tur quòd eis competat actio mandati contraria.
C. mandati. l. 1. & l. ſi ſecundum, & ff. eod. tit. l. 1.
Sed dic quòd illi qui venerunt ad mandatũ illius
qui iuſtam habebat cauſam defendendi cõpetit
actio mandati contra. vt in dictis iuribus. Sed
aliis qui venerunt ad mandatum inuaſoris qui
nullam habuit cauſam bellãdi non dabitur actio
contra mandatorem: quia mandatum fuit in-
iuſtum, & tam mandans quam mandatarius de-
liquerunt, & ita neutri aduerſus alterum actio
competit, vt ff. de tutel. & ratio. diſtra. l. 1. §. nũc
tractemus. verſic. plane ſi ex dolo, & ff. de verb.
oblig. l. generaliter, & l. veluti, & l. ſi palatij, & ff.
mandati. l. ſi vero remunerandi. §. ſi adoleſcens,
10 & inſtit. eod. tit. §. illud quoque. Item quæro ſi
aliquis accommodauit equos ſuos militibus, &
nobilibus ſeu aliis euntibus ad bellum iuſtum
ſeu

ADDITIONES.

a Arma auferre portantibus. Adde Bart. in l. 1. in 2. q. ff. de vi.
pu. & in authen. de ar. §. pe. Spe. in tit. de conſt. verſic. quid ſi
extraneus Bald. omnino in tit. de pace iur. fir. & eius viola §.
ſi quis ruſticus in vſi feu. & notaui aliquid in apoſtil. ad Phi-
lip. Franc. in tit. de vi. & ho. cleri. num. 1. in verſ. idem dic in
laicis.

b In pœnam incidunt. Adde quod notaui in apoſtil. ad iſtum
in l. cum ad fœliciſsimam num. 3. in verſi. non poſſunt ſupra
quibus. mu. vel præſta. lib. 10.

seu licitū, & equi in acie interfecti fuerint possint petere de iure emendam ab illis quibus equi fuerint accōmodati? & dico quòd eis non competit actio pro emenda equorum: quia commodatarii potuerunt se explectari de equis in acie & bello: quia quilibet potest vti re secundū vsum ad quem res est destinata, vt ff. de vsufruct. l. arboribus. §. nouis, & ff. de rei ven. l. vtique. §. fi. & commodantes pergētibus in aciem bene cogitabant seu cogitare poterant quòd cum equis bellarent, & in periculis bellicis cum eis se exponerent, & sic equis fuerunt vsi secundum intentiones commodantium, & sic non tenentur ad emēdam, vt patet per iura prædicta. ad quod facit. ff. de vsu & ha. l. plenum. §. equitis. ipsi enim non fuerunt in dolo, vel culpa bellando cum equis, & sic agi non potest contra eos, vt est dictum. ff. man. l. fi. & not. de hoc per Innoc. extra de resti. spo. c. olim causam. & facit ad præmissa. ff. commo. l. argentum. Iaco. Rebuffi, legum professor.

De agricolis, censitis, & colonis.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario sensu an, & quando sit validum.*
2 *Munus ordinarium quod sit.*
3 *Statutum prohibens aliquem trahi ad iudicem ecclesiasticum sub pœna, intelligitur de trahente inuitum, non voluntarium.*
4 *Feriis messium, & vindemiarum an gaudeant, qui nec vinum nec triticum colligunt, & quid de eo, qui arat vel fodit vineam. num. 5.*
6 *Canonici, quibus permissum est percipere præbendas tempore studij, non possunt percipere, si alibi extra studium permanserint.*

Nunquam. Tempore quo agricolæ insistunt seminationi vel messi, vel vindemiæ non vocantur ad munera extraordinaria. hoc dicit Bart. Et sic est argum. quòd rustici insistentes agriculturæ agrorū non tenentur ire ad exercitum vel caualcatam, & argum. infra eod. l. colonos nulla. secundum Dulium. Sationibus id est seminationibus. onera id est munera quæ onerant eos, quibus indicuntur.
1 Sed nunquid possunt vocari ad onera personalia? dico quòd non: ne impediatur agricultura. argum. ff. de excusa. tuto. l. messores. & supra de excu. mune. l. 1. & argu. supra de ca. larcit. l. præcepit. & infra vt rustica. l. 1. & 2. & supra de aquæductu. l. 1. De Securo. Est arg. in hac. l. a contra-
a rio sensu quod est validum quandoque [a], vt infra tit. 2. l. 2. quòd qui non occupatur ad messes vel vindemias possit vocari in ius tēpore dictarum messiū sicuti agricolæ vocantur ad munera tempore messis & vindemiarum, quando non insistunt terræ, de quo not. per glo. in l. 1. ff. de feriis, & hoc in simili. In glo. quæ incipit ad officia autem ibi. item dic extraordinaria quæ non lege non senatuscōsulto, non constitutionibus principum, & illud est infallibile: quandoque tamen licet indicantur per l. ob necessitatē venientem.
2 Illud enim dicitur munus ordinarium cum per l. vel senatuscon. vel constitutiones principum indicitur tempore ordinato, vt puta de anno in annum de quinquennio in quinquennium, vt s. de vaca. mu. l. 1. & de indict. l. 1. & de superindicto. in eadē glo. ibi tamen clerici præstant. Not. clericos præstare debere canonicas functiones de quo in l. placet hic alleg. In ea. glos. ibi nec enim semper valet. Not. ex ista particula quòd arg. a contrario sensu non est semper validum. In ea. glo. quæ sunt contra so. est speciale in casibus aliarum legum, & sic non obstat. In glo. in-
3 uiti ex vi vocabuli. not. ad statutum dispositionis quòd nullus trahatur per alium ad curiam ecclesiasticam sub tanta pœna. nam non habet locū in trahente aliquem sponte sed inuitū, quia hoc est ex vi verbi, vt hic notatur, & etiam est vtile ad quæstionem statuti dicentem, quòd quicumque traxerit sanguinem alicui manu dextra puniatur. nō enim punitur barbitonsor qui trahit voluntariè, & hæc. q. fuit disputata Bononiæ. In gl. fi. in fi. ibi in Italia scilicet in rusticis & colonis nostri temporis, & est ratio quia tales coloni nō sunt censiti, vel agricolæ, vel alio modo terræ
4 ascripti. Bar. Quæro nunquid etiam hæc lex intelligitur in illis qui insistūt collectioni aliorum
b fructuum [b], vt si colligent castaneas, cerasa, fabas, pisa, & similia. videtur quòd non: quia sine istis potest quis viuere: quia cum datur priuilegium alicui ne veniat in ius, dicitur de messibus & vindemiis, vt l. 1. circa princ. ff. de feriis, & supra de feriis. l. omnes, & hoc tenet hic Odoff. & facit pro hoc. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. § de eo autem. cum ibi notatis in versic. frumenti. & ff. de verb. signif. l. frugi. Sed in contrarium faciunt d. l. 1. §. de eo. & §. labeo. quia cerasa, fabe, & pisa sunt quodammodo necessaria ad vescendum, vt dicta. l. frugi. iunctis notatis supra de ca. fru.
5 vt. Ro. in rubr. Sed quæro nunquid habet priuilegium iste rusticus, quando arat, vel vineam fodit, vel alias agit agriculturam, vt in futuro percipere possit. Odoff. quòd nō meretur habere hoc priuilegiū cum propter verbum quod dicit *hic* insistens: quia verba intelligenda sunt cum effectu, vt ff. quòd quisq; iur. l. 1. & ita verbum insistens intelligitur cum effectu. Sed ego probo per alias ll. quia per istam agriculturā peruenitur ad messem vel vindemias, alias nō possunt percipi. ergo idem priuilegium. l. omnino. ff. de spon. Item quando. l. loquitur de impēsis intelligitur de impensis factis arando vel colendo, vt ff. sol. mat. l. fructus, & l. instrumentū. ff. de fundo instru. Item qui se præparat eadem præmia consequi debet. l. 1.

ADDITIONES.

a Quod est validum quandoque. Adde Anto. Corse. sing. suo 1. in versic. argumentum, & 3. q & Guil de Cung in l. conuenticulam. num. 1. & quod ibi notaui. in apostil. ad eum in versic. semper concludit supra de episc. & cle.

b Aliorum fructuum. Adde Spec. in tit. de feriis § 1. vers. item not. quod feriæ. vbi tenet quòd feriæ vindemiarum non tantum prosunt occupatis circa collectionē vuarum, sed etiam aliis quam colonis, vt artificibus clericis & aliis, qui licet personaliter non intendant per colonos tamen, & alios intendunt idem tenet Ang. in l. præsides ff. de feriis Alex. in l. 1. co. ti. contra Bar. hic. Et de. q. per istam tract. vide eundem Iono. in c. conquestus, & ibi doct. prælleg. tit de feriis Bal. in sua marg. in versi. feriis versi. 1. & in l. frugi. ff. de verb. signi.

l.1.ff.de bo.po s.ex te.mili.& l.qui mittuntur.ff.
ex qui.cau.ma.& l.ab hostib.§.si quod simplici-
ter.Item probatur.j.de proxi.sa.scri.l.in sacris.
In ꝯrium tamen hic tex.facit pro quo facit arg.
ff.qui & a quib.l.prospexit.& de leg.3.l.non ali-
ter.prout tñ hr̄ in tex.sanctionib.& quia illa tpa
plus in spāli sunt priuilegiata iuxta not. C.de fe-
rijs.l.oēs.in tex.& gl.1.Si tamen habeat in text.
rōnib.tunc pp generalitatem verbi bene proce
6 dere posset dictum Odof. Item hæc l.est in arg.
ꝙ canonici quibus cōcessum est per Papam ꝙ
rōne studij possunt accipere grossum præbenda
rum ꝙ si per paucos menses in studijs gñalibus
permaneant,& alia loca frequentent,ꝙ sub co-
lore gratiæ fructus seu obuentiones præbenda-
rum percipere non debeant tpe quo extra loca
studiorū permanserint,ad qd facit j.de decu.&
stationar.l.per idem tps.& ī.de re mili.l.penu.&
no.de hoc insti.de testa.milit.§.illis autē.super
verbo adiuuatur.Doc.& Iac.Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Venditio potest alicui inhiberi propter vtilitatem pu-
blicam.*
2 *Pactum contra bonos mores non firmatur iuramento.*
3 *Prædia minorum prohibentur alienari sine causa, etiam
si sint inutilia.*
4 *Coloni qui ex statuto culturam agrorum deserere nō pos-
sunt,possunt tamen si terra est effecta fertilis.*
5 *Idem ius est de toto quoad totum, quod de parte quo ad
partem.*
6 *Variatio quando sit permissa; distinguitur.*

Si quis. Non potest quis vēdere prædium
& eius retinere agricolas in dicto
prædio existentes.h.d.Bar.In tex.priuata pactio
ne.i.priuatorum pacto ꝯhentium.desperant.i.
non sperant vel credunt prædia sibi esse vtilia.
1 Doc.In gl.quæ incipit quia authoritate.ibi ꝯ pu
blicam vtilitatem: ex hoc apparet ꝙ venditio
rei inhibetur alicui pp vtilitatem publi. quia si-
cut priuata pactione non potest fieri venditio,
ita ēt nec ex authoritate iudicis secus si ad vtili-
2 tatem pub.fiat.In ca.gl.ibi.Item nunquid. Not.
ex hoc ꝙ sicut pactum ꝯ bonos mores non fir-
matur iuro,vt per Dy.ext.de reg.iu.c.nō est ob-
ligatorium.li.6.ita nec ēt per stipulationem de
quo in l.non dubium hic alleg.& in l.stipulatio
hoc modo.ff.de ver.ob.& ff.de fideius.l.cū lex.
& ibi Bar.In gl.quid si inutiles.ibi respon.Item
3 ex hac glo. argumentari potest ꝙ ex quo prædij
minorum est interdicta alienatio absque cā, ꝙ
talis interdictio habet locum ēt si tale prædium
sit inutile sicut hoc ēt pdium inutile non alienat
absque agricola & censito. pro quo vide quod
no.in l.cum hi.ff.de transac.& ff.de re.eorum.l.
magis puto.§.ne passim.melius inf.eod.titu.l.si
4 fundus.In ca.glo.ibi econtra colonus.Nota ex
hoc ꝙ coloni nostri temporis qui ex forma sta-
tutorum non possunt culturam agrorum dese-
rere,hoc statuto non obstante impune desere-
rent,si terra est effecta fertilis vt in concor.alle.
in gl.Item potest eum deserere si dominus mo-
lestat eum,aut dominus eum iniuriatur,vt infra.
co.l.cum satis.§.caueant.Bar.Nota ꝯ inconstan
tiam ꝙ aut fundum simul cum colonis debet
retinere,aut simul alienare,sic alias inf.eo.quē-
admodum.ff.de admi.tut.l.cum quæritur.ff.de
procu.l.in causæ.in prin sup.de iure delib.l.qui-
dam.ff.de leg.2.l.neminem.& j.de omni agro
5 deserto.l.qui vtilis Item non esse idem ius de to-
to.quo ad totum quod de parte quo ad partem.
nam aliquid licet hic in totum, quod non licet
in parte vt hic inf.co.l.quemadmodum.ff.pro
derelicto.l.3.& ff.de acqui.hær.l.qui ex duobus.
de quo in l.quæ de tota.ff.de rei ven.& l.qui sit.
de vsur.Item arg.ꝙ principale sequitur accesso
a rium.inf.eo.quisquis quod est ꝯ regulam.[a] ff.de
reg.iu.l.cum priuile.& de ꝯh.emp.l.si in emptio
ne §.1.siue in t.respon.ipsius l.in fi.Nam hic nō
pōt alienari sine colonis secundum Duliū. De
quo per Dy.ext.de reg.iu.c.accessorium.lib.6.
6 Item distingue circa variationem, de qua supra
dictum est per Dulium. quia aut quis vult varia
re circa eadem, & non admittitur variatio nec
in eis quæ pro eisdem hñr:vt sunt ea quæ adinui
cem sunt annexa,vt patet in iur.pro hac parte
sup.alleg.& ff.de dam.infec.l.prætor.§.vnde q̄-
ritur.aut circa diuersa,& tunc admittitur varia-
tio.vt ff.rer.amo.l.de rebus.fallit ff.ad Tertul.l.
filij.& ff.de colla.bo.l.nonnunquam.& ratio fal
lentiæ potest ibi colligi in tex.& in glo.De Secu
ro.de quo in capitulo mutare consilium per
Dy.lib.6.Iac.Rebuffi.

ADDITIO.

a Quod est contra regulam. Adde Bar.in l.si in 1.no.sup.per
quas perso.no.acqui.& ibi alias fallen.Bolo.in l.si.ff.de con-
di.indeb.in 1.interpre.& ibi Moder.in § Lucius Philip Fran.
& Dy.in regula accessorium de reg.iur.li.6.Pet.de Anch.&
Feli.in c.cum in.col.9.de consti.Gem.in c.super eo.nu.4.&
quod ibi notaui in apostil.ad eum in ver.non mutat naturā
sui principalis de præben.lib.6.& Hypo.de Marsi.sing.17.in-
cip.accessorium.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Accessorium an & quando videatur cum principali con
cessum.*
2 *Seruus appellatur vagus,si dominus sit vagabundus.*
3 *Patientia,& permissio principis gratiā sapit.*
4 *Possidens rem illius onus agnoscere debet.*
5 *Castro concesso cum mero imperio, an concedantur re-
galia.*

Quisquis. Facta donatione seruorum
fundi p principem vr̄ facta
donatio fundi,& iō donatarius ad fundi tributa
tenet,& idem si aliquis occupauit seruos pdij p̄-
sertim dño patiente.h.d.Et ex hac l.apparet ge-
neralis regula,ꝙ vbicunq; conceditur alicui ac-
cessorium inseparabile a principali vr̄ conces-
sum cum principali.vt hic & econtrario,vt hic
& l.3.§.1.& l.veluti.ff.de ser.rust.præ.secus si sit
separabile vnum a reliquo.Item vbi potest fieri
separatio,si sit separabile concessum id debetur
tm absque accessione: ita ꝙ nō comprehendat
accessorium vel econtrario.vt d.§.fi.& ideo cō
cedens seruos inseparabiles a prædio concessio
esset inutilis nisi princeps concesserit ex certa

ſcelentia vt hic no.gl.& Doc.in l.fin. C.ſi contra
2 ius vel vtili.publi.in tex.ibi vagos. No.hic appel
lari ſeruos vagos, licet inſiſtant terræ quando
eorum dominus eſt vagabundus, puta quia ter-
ram deſerunt.& no.pro eo quod quærimus quis
dicatur eſſe vagabundus de quo dicam. infra de
tyro l.1.vbi eſt caſus.& not.in l. nemo.infra de
re mili.li.12.& ff.de dam.inſec.l.4.§.abeſſe.Bart.
3 Item no.ex hac l.ꝙ iſta ſunt paria an ſola patien
tia poſſeſſoris vel ꝑmiſſione principis ſine peti-
tione transferantur ſerui.Item no. hic mirabile
ꝙ fundus ſequitur aſcriptitium & ex conceſſio-
ne hominis videtur eſſe facta conceſſio fundi,
& ideo forte quia fundus eſt onus aſcriptitij, &
res tranſit cum ſuo onere, vt ſup. de diſtra. pig.l.
ſi debitor.de pig. ac.l.ſi cõuenerit.§.a & de con
4 trah.empt.l.alienatio. Item etiam not.arg.ex ꝑ-
miſſis, ꝙ qui rem poſſidet onus debet agnoſce-
re vt ſup.de anno.& tri.l.2.& l.omnes.ff.de cen.
l.poſſeſſor.contra hanc l.opp.ff.de reg.iu.l.cum
principalis.& de vulga.l. ex populati. Sed illud
regulare.ſed hoc quod dicitur ſpeciale & eſt ra-
tio ſpecialitatis quia aſcriptitij non poſſunt a
feudo ſeparari, vt ſup.l. proxim. & ideo fundus
transfertur cum eis in donatariũ, vel dic quod
fundus eſt onus aſcriptitiorum.& ideo cum mu
nere ſuo transfertur ſecundum Dulium. in glo.
hic ideo circa fin. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis
inter hos caſus qui ponuntur in gl.poteſt reſpõ-
deri quod fortius aſtringitur aſcriptitius ꝑ aliũ
quam ſi per ſeipſum quia primo caſu frangeret
fidem alteri. Et eſt malum fidem frangere, vt ff.
man.l.ſi mandato Titij, ſed quãdo per ſeipſum
accepit eos fidem non frangit alteri. In text.ibi
5 obnoxius.cum glo. per hoc videtur quod prin-
ceps concedendo caſtrum cum mero imperio
a non videatur conceſſiſſe iura regalia, [a] cum tri-
butum ſit ius regale.ſup.de præſcrip. 30. anno. l.
competit.ff.ad Trebel.l.ſi patroni filius. in prin.
& l.perinde.§.1.ad quod ſup.de peti.bo. ſubla.l.
1.in fi.iuncta l.1.ſup.de bo.vac.pro quo.ſup. de
aquæductu.l. eos. & l. ſi quis per diuinam. & in
feu.ſi de feu.mili.contro.ſu. c. in generali. & de
capi.qui cu.ven.c.1.in prin. De Securo. Docto.
Iac.Rebuffi.

ADDITIO.

a Conceſſiſſe iura regalia. Adde Bar.& Ange in l.2.in fi.ſup. de bo.vac.li.10.Bar.in l.a.circa prin.ff de ver.ſig & in l.1.§.1.in 1.col.ver.ex hoc collige.ff de offi præfec.vrb. & latius in l.1.& ibi omnino Alex.in fi.col.ver.ex hoc ſequitur.ff.de iuriſd.om.iudi.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Tributa prædiorum qui teneantur ſoluere.*
2 *Soluere debet, is qui ſuo non alieno nomine tenet poſſidetq; prædia. & nu. 3.*
4 *Partiarij vel cenſuales, an teneantur pro ſubſidio armorum, vel caualcata ſuorum dominorum.*

1 Hi pœnes quos. Domini vel coloni vel cenſiti pro
eorum prædijs tributa ſoluere tenentur, ipſi ta-
men coloni vel aſcriptitij pro fundis quos ha-
bent tributa ſoluant. hoc dicit. Not.ex princip.
huius gloſſ. quod ſtatutum diſponens, quod ad
ſoluendas gabellas recollectionis fructuum te-
neatur colonus ſicut eſt Pariſij. quod fuit factũ
in odium clericorum qui cum non poſſunt co-
gi introductum fuit quod coloni tenerentur ꝑ
eis: quod eſt iniquum & iniuſtum. nam colonus
non tenetur nec teneri debet pro domino nec
vrgeri poteſt per hanc l. In tex. ibi cenſualibus.
Ex hoc patet quod ille qui aſſignauit aliqua bo
na tanquam procurator alterius non poteſt co
gi ad collectas, ſed dominus eſt vrgendus. facit
2 ff.ſi quis caut.l.fi. Item ex hoc patet quod ille de
bet vrgeri ad ſolutionem cenſus & collectarum
qui ſuo nomine poſſidet prædia & in libro cen
ſus nomine proprio inuenitur aſcriptus, ꝑ quo
facit in auth.de colla.§.nullus autem. & ſup. de
3 anno.& tri.l.1.Barto. Hæc lex eſt argum pro ru-
ſticis inſiſtentibus ad agriculturam agrorum, vt
non teneantur ſoluere pro collecta. Sed domi-
ni quorum agros colunt qui tenent, & fructus
percipiunt.ſupra de anno.& tribu.l. 1. & ibi no-
ta. Item poteſt ſumi argumen. pro ſcolaribus &
inquilinis vt nullum onus agnoſcant pro hoſpi
tijs in quibus habitant. immo ſi quid præſtaue-
rint computent diſpẽdium in mercede ſuis do-
minis, vt ff. de loco pub.l. ædiles circa fin.ver.
quicunque autem. alias eſt ſuper rubrica de via
publi.ad hoc præſtat argu. infra eod. l.colonus.
4 An.& Dulius. Item hæc l.cum notatis per Du-
lium facit, quod ſicut pagani parciarij & cenſua
les non teneantur aliquid ſoluere pro ſubſidio
armorum vel pro caualcatis dominorum ſuo-
rum nobilium qui vadunt ad exercitum regiũ,
& facit pro eis, qa ipſi ſoluunt dominis ſuis pen
ſiones, & cenſus, & partem fructuum, & hoc de
bet ſufficere niſi pactio vel conſuetudo prædio
rum aliud contineat.inf.eo.l.1.& infra vt ruſti-
cani ad nullum obſe.deuo.l.1.& 2.cum ibi nota
tis in glo. Ad quod facit.ff.de leg.3.l. qui concu-
binam.§.qui hortos.& ff.de leg.1.l. apud iulia.§.
habes.quia domini eorum onus pro guerris de
bent ſupportare. Item vaſalli ad hoc tenentur,
& non agricolæ vel ruſtici, vt vidi in feud.de
allodijs.§.fina.& infra de priuile. Dom. Aug.
l.1.argum.ff.de vſufruc.leg.l.quæro.& ff. de vſu-
fru.l. hactenus. ſed illi de quibus fit mentio in l.
quæro.percipiebant omnes fructus rerum & te
nebantur ſoluere omnia onera fructuũ & rerũ
ipſarum, vt ibi notatur. Iac.Rebuffi.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Frumentum qui debet, non poteſt ſoluere pecuniam.*
2 *Accipiens prædium, & nihil de fructibus ſtatuens, tenetur reddere ſecundum qualitatem prædij.*
3 *Conſuetudo prædij eſt ſeruanda.*

Item no. ibi ꝙ est speciale. sed tu dic qa imo est:
ideo qa coloni sunt suspecti, quia pecuniā opta-
re non audent vt sup. c. domini prædiorū. & hoc
etiam videtur ibi innuere glos. vel dic ꝙ hæc nō
est propriè sequestratio: sed quædam depositio
quam facit iudex pro conseruatione iuris habē
tis: & hoc innuit hic tex. In tex. ibi interim reno-
9 uetur. No. ar. quòd fideiussore effecto non soluē
do debet iterum satisdatio præstari facit. ff. qui
satisda. co. l. ab arbitro. & ff. de pet. hære. l. si quo
tēpore. p hoc enim apparet ꝙ satisdatio de resti
tuendo rem sequestratam non durat nisi trien-
nio. Et aduerte. qa gl. hæc super verbo accipitur,
dicit ꝙ incipit currere istud trienniū a tpe litis
conte. quia tanto tempore durat instantia quod
not. quia per hoc patet ꝙ tempus instantiæ præ-
fixum per l. properandū. incipit currere a die li-
tis conte. & solet ibi notari. vnde in casibus in q-
bus non solet lis contestari non videtur illa. l. lo
cum tenere. & ob hoc dixi multotiens allegan-
do in quæstionibus de facto, ꝙ cum executio-
nes instrumentorum & sententiarum fiant abs-
que contestatione litis ꝙ non currit instantia
vel non fiat contestatio in text. ibi fructus non
10 vendantur. Ex hoc text. & glo. posita super ver-
bo vendantur quæ incipit propter consumptio
nem. No. ꝙ quando res sequestrata est tempore
peritura, ꝙ iudicis officio potest vendi & pre-
cium sequestrari. potest etiam hoc solus seque-
ster vt l. olcum. ff. de dolo. cum sequestri offi. est
voluntarium & non necessarium vt l. fin. supra
de bo. auc. iudicis po In tex. ibi hoc de redditi-
bus cum glo. posita super verbo functiones, quę
11 incipit in tributa. Not. diligenter hunc versum,
quando res est in litigio inter dominum & co-
lonum, ad quem spectat solutio publicarum
functionum, & vtrum solutio facta per vnum
altero sciente & patiente sibi præiudicet. & ex
hac lectura facit glo. argum. in glo. super verbo
moris erat. an isti teneantur soluere decimas ec-
clesijs, seruetur consuetudo. Vltimo secundum
lect. placentini positam super verbo restituatur
est hic casus si vera esset quæ est vera quantum
in se, ꝙ si duo asserunt se dominos vnius fundi
ꝙ colonus potest dicere nulli vestrum volo re-
stituere fructus satisdando ei qui pro se senten-
tiam reportauerit: quod est notabile, quia est li-
mitatio l. vlti. supra de peti. hæred. No. princip.
l. quia nunquam fit sequestratio de re alicuius
nisi constet de debito per publicum instrumen-
a tum [a] vt infra de ero. mil. anno. l. per hanc Bart.
& Iacob. Rebuffi.

ADDITIO.

a Per publicum instrumentum item limitabis per l. ab ex-
cusatione cum ibi not. & maxime per Bal. quorum ap. non re-
ci. eundem in l. 1. in 2. col. vers. & eodem modo si pendet. su-
pra de prohi. sequest. pecu.

LEX XX.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconf. Claudianum quid olim disponeret.*
2 *Partus an sequatur conditionem matris.*

Ne diucius. Hodie natus ex ascripti-
cio & serua vel ascripti-
cia & seruo ventris sequitur conditionem item
inter seruos & ascripticios modica differentia
est, cum seruus cum peculio & ascripticius cum
1 terra alienari possit per dominū. hoc dicit. Præ-
mitte ad euidentiam ꝙ olim senatuscōsul. clau-
dianū volebat vt natus ex ascripticio vel ascri-
pticia semp sequeret ascripticiā ꝯditionē: sic qñ
que paternā qñq; maternā vt supra de se. cōsul.
clau. tol. vnde impa. vidēs ꝙ in illo sena. ꝯsul. ꝯti-
neret ꝙ semp qs traheret ad peiorē, statuit ꝙ ille
sena. consul. esset sublatum ex toto. & ꝙ ille qui
nasceretur ex ascripticio & muliere libera esset
liber vt ibi, nihilominus hic etiam declaratum
fuit

fuit in librorum authenticorum constitutione ex ascriptitio & libera natos in prin. coll. 5. verum quia multi dubitant quando quis nascebatur ex vno ascripticio vel ascripticia & altero seruo vel serua vtrum sequeretur conditionem ventris cum ll. antiquæ positæ ad reuocationem dicti se natus c. nõ loquerentur nisi in nato ex ascriptitio & muliere libera: ideo hic imperator posuit hanc l. & disposuit ꝙ sicut ille qui nascitur ex ascripticia & seruo vel serua & ascripticio sem-
2 per sequitur conditionem ventris; ita & infertur ex hoc alia regula generalis ꝙ partus sequitur conditionem ventris siue sit deterior partui siue vilior. hæc autem regula fauore publicæ vtilitatis fallit in partu murilegulo, qa semper murilegula sequuntur conditionem siue sit pater siue mater vt. l. vlti. supra de murile. Item fallit in eo qui natus est in prædio tamiano quod qualiter sit. Nota. de prædijs tha. in rubrica in l. 1. Itẽ fallit in filijs inquilinorum & colonorum natis ex libera muliere vt supra cod. l. diffinimus. Item in filijs libertarum curiæ. 12 quæst. 2. c. de liberis. & hoc de iure ciuili. Item fallit secundum. ll. longobardorum; vt hic no. in gl. quo ad honores vero sequendos partus sequitur conditionem paternam vt l. cum legitime. ff. de sta. ho. vltimo ex gl. plene nota differẽtiam inter ascriptitios & suos Bart. Et per quoddam potest dici ꝙ natus
a ex pře nobili & matre ignobili est nobilis* & miles fieri potest: cum ex suprascriptis in honorib. filius sequatur conditionem patris & non matris vt d. l. cum legitima & ff. de sena. l. emancipatis. & l. senatoris filius. & l. filia. & l. liberos. nam filij gaudent priuilegijs & honore patris. vt C. de quæstioni. l. diuo marcho. & de episco. & cleric. l. 2 §. fi. Iacob. Rebuffi.

. ADDITIO.

a Est nobil. Adde an sit nobilis idem ecõuerso istum in l. nati & quod ibi posui in apostil. ad cum supra de decu. lib. 10.

LEX XXI.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sola, qua quis se ascriptitium enunciatiue asserit statum non mutat.*
2 *Verba enunciatiua in contractibus an & quando sint obligatoria.*
3 *Præscriptio non currit cum non euenit casus, quo quis deberet vti re præscribenda, & contra non desides. numero. 10.*
4 *Priuilegijs ciuitatis gaudet etiam qui absens onera non sustinet si pater, frater, vel cognati sustineant.*
5 *Confessio extraiudicialis vtrum præiudicet, & quis ei stare cogatur.*
6 *Legumlatoris intentio est nemini præiudicare.*
7 *Contractus quandoque etiam ex consensu partium non valet nisi aliud accedat.*
8 *Confessioni standum.*
9 *Duo faciunt, quod vnum efficere nequit.*
11 *Quid requiratur, vt quis se constituat ascriptitium.*
12 *Mulier pro alio fideiubens quare non tenetur.*

1 Cum scimus. Sola confessio vel scriptura in qua enunciatiue quis se alterius ascriptitium asseuerat, nõ statum mutat nec præiudicat, nisi sit alijs adminiculis probata. s. ex diutina præstatione sicut faciunt alij ascripticij: aut quia alia confessio emanauit ex eodem. Si filius ascripticij viuente patre per. 30. annos continuos terram non coluit propterea nunc liberatus nõ est a cõditione ascripticia, cum pater eius tpe suæ vitæ culturæ satisfaceret. H. d. ideo autem dixi enunciatiue prolata & facta quia dispositiue per solemnem stipulationem si quis vellet se facere alterius ascripticium nõ requirerentur alia adminicula secundum Mar. de fano. & An. de barulo hic. sed glo. in l. proxima. in versi. cum autem. videtur dicere ꝙ licet præcedat pactio qua quis se solo obligauerit, ꝙ ista pactio non præiudicet nisi sit secuta propterea. 30 annorum præscriptio. Sed ego intelligo illam glo. quando illa stipulatio non fuit solemnis. Sed propterea ex cursu temporis & diutina præstatione solẽnizatur. vbi autem quis paciscereretur soluere per stipulationem, non videtur dubium quin eo ipso quis sit effectus seruus ascripticius. & de se vendendo ad precium participandum in text.
2 ibi serui autem. Ex hoc versiculo limitari possunt omnes. ll. dicentes ꝙ verba enunciatiua in contractibus prolata non sint obligatoria: nam hoc est verum nisi confessio emanauerit vna post aliam: si enim circa conditionem ascripticiam quæ est mala vt supra. cod. tit. l. ne diuturna præiudicium generat quanto magis generabit in his quæ non sunt tanti præiudicij, certe multo
3 magis in textu, ibi illud quoq; Ex hoc §. sumitur optimum argu. ꝙ si terræ recommendatæ tenentur ciuitati perusij in subsidium & cohortibus & exercitibus & per centum annos steterunt, ꝙ non præstiterunt, ex eo ꝙ ciuitas perusina non requisiuit cum de suis gentibus esset in ceteris numero copiosa, ꝙ non propter hoc dictæ terræ præscripserunt libertatem dicti seruicij. nulla enim potest communi perusij desidia imputari ex quo necessitatem non habuit dicti subsidij. de quo dixi in l. 3. sup. de decurio. vbi videtur casus.
4 In tex. ibi patres vel fratres arg. ꝙ si statutum dicit ꝙ absens a ciuitate perusij non gaudeat ciuili priuilegio, cum onera nõ supportet ꝙ si aliquis abest & in eadem ciuitate permanet pater vel frater vel cognati qui supportent onera ciuitatis ꝙ non obstante tali absentia tali priuilegio gaudebit absens: videtur enim supportare onera cũ supportarent illi qui sunt de suo genere: & ideo si statutum dicit quod non alibratus non audiatur nec in ciuilibus nec in criminalibus, cum nõ supportet onera ciuitatis, quia patris vel aliorũ consortium de domo proderit non alibrato: sufficit. n. hos consortes sustinere, p hãc l. In textu ibi cum enim pars &c. Nota quod corpus vnius consortium appellatur pars ceterorum consortium. Item iniuria quæ fit vni consorti toti consortio facta videtur vt supra de sena. consul. clau. l. omnes. potuerunt vendicare tãquam per se quia eorum iniuriam vt l. si fœmina. ff. supra ad turpillianum. etiam si vendicans sit spurius vt l. prima. cum se. ff. de liberali causa. in tex. in fin. l. per hanc litteram potest dici quòd non videatur absens a ciuitate illa qui in ciuitate patrem habet & alios amicos, vnde non appellabitur vagabundus cum ibi residere videatur: sed contrarium videtur. vnde videmus ꝙ bonis absentis

ſentis datur curator,& citatur agnati,& cognati ſi volunt eum defendere.tex.eſt in l.licin ait præ tor.§.fin.cum.l.ſequenti ff. ex quibus cau.maiores.& quòd detur curator pater in l.ab hoſtibus eod.titu.nec obſtat hæc lex, quia ideo non reputatur abſens quoniam ſui agnati onera ad eum
5 ſpectantia ſupportabunt. In gloſſ.extra jus ibi non in figura iudicij puta coram tabellione nõ nocet. Per hoc patet quod male dicunt illi quòd gloſſ. eſt in l. iubemus. ſupra de libe. cauſa quæ non reperiatur alibi quam ibi, hoc non eſt verum: quia etiam hic inuenitur.hoc eſt verum in confeſſione quæ non præiudicaret extra iudiciũ eodẽ modo præiudicaret coram notario vt in ſequenti glo.Item confeſſio facta non in figura iudicij licet non præiudicet,tamen ſi vis emanet ita præiudicaret forte ſicut ea quæ eſt facta in figura iudicij & hoc videtur velle ſequens gl. Bart. & Iacob.Reb.collige notabilia ex princip.l.&
6 Primo not. intentionem legum conditoris ſcilicet nolle eas alicui præiudicium generare maximè circa conditionem perſonarum concor. l.vnica.C.de ſena.conſul.clau. tol. Nota ſecundo ꝙ ad eſſendum quem aſcripticium non ſufficit ꝙ quis ſe obliget ad habitandum in fundo perpetuo niſi ibi poſtea. 30. annis ſteterit vt ſtra l.proxi.§.t. vel ni poſt illam obligationẽ in ſcriptis atteſtetur ſe velle ibi habitare, & eſſe aſcripticium illius,& hoc innuit ſecunda gloſſ.ſuper verbo interuenientis & alia ſequens ſuper verbo, conditionem & alia quæ eſt ſuper verbo a ſcriptione & alia quæ eſt ſuper verbo legitimis modis & alia quæ eſt ſuper verbo ſcriptura. Itẽ eſt alia gloſ. quæ eſt ſuper verbo conditionale.
7 Tertio not.caſum in quo etiam ex conſenſu partium non valet contractus niſi habeat aliquod aliud adiutorium concor.auct.& ſi cõtractus.C. de fid.inſtr.Quarto no.ꝙ quæ non proſunt ſingula multa iuuant vt hic no.per gl. ſuper verbo ad iutorij. Quinto no. non valere contractum in præiudicium libertatis concor.l. t.§.quæ onerãdæ ff.quarum rerum ac.non da.Sexto no.ꝙ tantum valet cõfeſſio extra iudicium ſicut illa,quæ fit in iudicio vt hic innuit glo.ſuper verbo con-
8 feſſionibus,& aliæ gloſſ.ſequentes Septimo no. quem debere ſtare ſuæ confeſſioni vt hic. Et in gloſſ.quæ eſt ſuper verbo inter acta ibi.Itẽ no. Octauo not. caſum in quo ſunt neceſſariæ duæ ſcripturæ ſic.ſupra ad velleya.l. ſi mulier.& alibi ſunt neceſſariæ duæ confeſſiones. ſupra de plus
9 peti.l. 1. Nono not. idem quod vulgariter dicitur quòd duo faciunt quod nequit vnum ſupra de teſtam.l.ſancimus. & not. inſta de fundo patri.l.ſin.Decimo not. ex verbo illud quoq; cum glo.quantum ad mutilationem operum mũdanorum æquiparari clericum mortuum ſtudentem & fœnem ſic ſupra qui ætate.l.1.2.& 3.lib.10. Vndecimo no.filios ſæ multoties vagare maxime viuẽte patre.l.fi.§.filius.C de bo.libe. & hoc facit iuuentus vt l.t. infra de tyran. lib.12. Duo-
10 decimo no. non currere præſcriptionem cõtra non deſides ſic.C.de anna.ex.l.t. in fi Decimotertio no. filium ſequi conditionem patris ſic ſupra eo.l.ne diutius.Decimoquarto no.filios nõ eſſe deterioris conditionis quam patres ſic infra eo.l.prox. Decimoquinto not.eſſe eandem cauſam parentum & liberorum concor. l. in ſuis.ff. de libe. & poſthu. Decimoſexto not. conditionem & factum fratris prodeſſe alteri fratri. Decimoſeptimo no. non videri quem abeſſe dum parentes & cognati ſunt præſentes. ad quod l. t. in ff. C. de anna. excep. Decimooctauo not. ꝙ retinendo partem videtur quis totum retinere vt ff. de ſerui. vrb. præ.l.vna. Circa principium
11 huius l. quæro primo quare tot requiruntur vt quis ſe conſtituat aſcripticium. Reſpondeo triplex eſt ratio: quia homines ſimplices affectantes aliqua acquirere accedunt ad prædia aliena, & præſumitur quòd de facili poſſent decipi & fraudari:& ideo ſtatuit hæc.l. ꝙ nõ poſſent ſe facere aſcripticios ex vna ſola affectione vel promiſſione: quia præſumeretur quòd interueniret fraus & deceptio:& ideo requiritur ſecunda promiſſio & confeſſio facienda ex interuallo. vt ex ſimili dicitur de ſeruo manumiſſo ſuo manumiſſori operas promittente. nam in ſecunda promiſſione nõ ſic præſumitur quia deliberare potuit interim & ſe aduiſare vt.ff.quarum re.ac.nõ
12 da.l.r.§.quæ onerandæ. verſ. ſed ſi interuallũ. Sic etiam de muliere fideiubente pro alio vt ſupra ad velley.l.ſi mulier. Item ſecunda ratio eſt: nam hic res eſt magni præiudicij:nam quaſi ſeruos ſe conſtituunt dum faciunt ſe aſcripticios vt ſupra eo.l ne diutius.& ideo magis exigitur ſolemnitas vt ff.de carbo.l.1.§. ſed ſi quis.nam vbi maius vertitur periculum cautius eſt agendum Item tertia ratio quia magis intereſt reipublicæ eſſe liberos quam ſeruos vt C.omunia de ma. l. 2.in fin. & ſupra de bo. liber.l. fin.circa me.& ff. ſo.ma.l.t.Iacob. Rebuffi.

LEX XXII.

SVMMARIVM.

1 *Aſcripticius fugiens committit ſui ipſius furtum ſicut ſeruus. & nu. 1.*
3 *Expenſarum refectio an & quando veniat in cauſa criminali.*
4 *Coloni, qui ex ſtatuto culturam agrorum deſerere non poſſunt, prohibentur etiam ſi ipſis pacta immutentur.*
5 *Curiales non liberantur 40. annorum ſpatio, ſecus in aſcripticijs.*
6 *Statuto diſponente, vt pro quolibet animali naſcente in territorio ſoluatur vnus ſolidus, non tenetur ſolui.qui eduxerit animal, vt pariat extra territorium.*
7 *Terra non debet denudari ſuis aſcripticijs, qui ſunt membra fundi.*
8 *Soboles ligatur nexu prædeceſſorum.*
9 *Filius hominis mei homo meus eſt.*
10 *Ad officium præſidis pertinet prouidere, ne potentiores inferant violentias tenuioribus.*
11 *Conſuetudo vetus eſt ſeruanda.*
12 *Occultans rem meam, tenetur ad intereſſe eius temporis, quo eam detinuit.*

1 Cum ſatis. Aſcripticius fugiens ſicut ſeruus ſui furtum facit licet liber ſit & ideo a tali fortuna non liberat. 30.an. ſpacio:ſed cum ſua ſobole idem aſcripticius remanet.Item effecti colonariæ conditionis p cul turam aſſiduam. 30.annorum ſunt liberi & eorũ filij,licet tanto tempore non ſteterint in cultura Item domini poſſeſſionum non debent eiſdem mole-

molestias inferre aut veterum reddituum conditionem immutare: contrafacientes eidē ad interesse tenentur nec poterunt adhoc culturā agrorum deserere. Itē nullum debet colonum vel ascripticium alienum occultare & suspiciēs etiam ignorāter nisi restituat ipsum prius in certis pœnis tenetur. hoc dicit. In tex. ibi quantumcunque emanauerit, hoc est verum nisi ille ascripticius in fuga steterit per 40. annos. vt l. omnes. de præscrip. 30. an. quantum autem tempus requiratur in seruo fugitiuo not. supra de seruis fugi. l. prima nota ꝙ dicit quantuncumque emanauerit: quia per hoc patet coniuncta l. omnes. qa licet statutum dicat ꝙ instrumenta dotalia mandentur executioni nulla obstante longi temporis præscriptione ꝙ si cucurrerunt. 30. annorum curricula, ꝙ obstabit tempus præscriptionis; sicut videmus hic imperatorem dicere istos non præscribere longi temporis cursu libertatem, & tamen currunt curricula. 40. annorum. sed contrarium dicas ꝙ istud statutum simpliciter loquitur, & ideo simpliciter intelligēdum est. l. de precio ff. de pub. nec ob. hæc lex quia limitatur pro alia: ꝙ in statuto non est. & de hoc dic vt supra. ex qui. cau. liceat &c. vbi gl. all. omnes ll. q̄ pos-
2 sunt alle. In tex. ibi furari intelligantur. nota ꝙ licet quis sit liber, tamen sit astrictus alicuius conditioni fugiendo onus illius conditionis, dicitur facere furtum sui. Sequitur in tex. volunt liberos permanere. ex hoc patet ꝙ censiti & coloni sūt homines liberi licet astricti sint huic conditio-
3 ni. quod not. In tex. ibi eos resarcire. Not. ꝙ moderator prouinciæ cognoscit de crimine? & facit eis resarcire interesse. & per hoc dici potest ꝙ in causa criminali veniat refectio expensarum: hoc crimen violentiæ vel rapinæ intendebatur, quando iudex cognoscens de hoc facit resarciri damna & interesse. quod an sit verum not. supra qui accu. non possunt. l. qui crimen. & per Cyn. supra de fruc. & litis impen. Quis autem iudex de hac violentia cognoscat, & quis exequatur & qualiter petatur huius violentiæ punitio dic vt hic per glo. super verbo per iudi-
4 cem. In tex. ibi & veterem consuetudinem not. quòd si statutum dicat, quòd coloni non possunt deserere culturas agrorum, quòd non poterunt etiam si eis pacta reddituum immutentur: sed domini tenentur eis ad interesse, & idem si verberatur a dominis concor. infra ex qui. cau. colo. l. 1. sed cōtra teneatur. nam non plus hic operatur statutum quam operetur pactum, vt in rubrica de decretis. sed si quis promittat terrā colere sub certo pacto, & pœna non incidit in pœnam si ei pacta mutentur, vel dominus ita rixosus est ꝙ colonus in colonia persistere non potest: sicut dicimus in socio qui non permittit societatem soluere. nam potest si socius est rixosus vt ff. pro so. l. si socius. nec ob. hæc lex. quia speciale est in his quorum conditio est multum stricta vt supra cod. l. ne diutius. & l. diffinimus. patet si vxor cum flagellis verberetur ab vno illicite potest dubitare ne &c. in aut. vt cum de ap. cog. §. quia vno plures. multomagis & colonus a domino quando acriter verberatur. In text. vel per procuratorem hic videtur casus ꝙ protestatio procuratoris faciat incidere protestatum in pœnam, sicut protestatio domini. quod est verū quando ipse ostendit procurationem vt l. si quis
5 insiciatur. ff. depositi. In glo. etiam. 40. annorū. hoc procedit in curialibus, vt non liberentur. 40. an. vt in l. hic all. ascripticij vero bene liberantur tanto tempore a tali conditione vt l. oēs de præ. 30. an. nisi pars corporis eorum prædio remanserit vt sup. l. proxi. In ea. gl. ibi solue vt ibi, quia ibi tractatur de alienatione libertatis hic de ea q̄ per viam præscriptionis inducitur. & sic nō ob. in gl. quarta ibi. l. cum gl. in l. præscriptio de præscrip. 30. anno. sol. alio modo. s. ꝙ ibi est spāle in ascripticijs curiarum, vt minori tpe præscribant ascripticij vero fundorum principis nullo tpe p̄scribuntur vt l. 1. supra ne rei do. vel templo. & prædicta procedunt cum ascripticii ipsimet volunt præscribere libertatem, an aūt alius possit p̄scribere ascripticios alienos, dic vt hic not. in gl. sup verbo intelligatur. In gl. quæ incipit ex fœmina ascripticia ibi l. cū. & hoc placet qa ascripti. cōditio est durior quam aliorum colonorū vt sup. co. l. ne diutius ideo eis magis fauetur pro libertate. In gl. super verbo liberos quidem permanere ibi not. simul aliquem esse liberum secūdum quid facit. infra co. l. fin. & instit. de iure per so. in prin. & in auth. de nup. §. ascripticio in gl. super verbo per iudicem, ibi vt hic in nullis præiudicat &c. Not. pro statutis dicentibus, ꝙ iudex prouideat ne damna dentur vel iniuriæ inferantur. nam vigore huius statuti nulla datur actio sed eis datur iudicis officium. Si autem statutū dicit ꝙ iudex debet tueri tales iniuriam patientes: tunc eis datur actio & exceptio vt l. statuas. ff. de acqui. re. do. in ea. glo. ibi quòd in simplum & secundum opin. Hugo. est dare casum in quo pro furto vel rapina non competit ius agendi, nisi ad simplum tantum scilicet cum furatur vel rapit dominus ascripticio suo vel a colono vel cēsito. In gl. quæ incipit nata ex colonis ibi sed quid de nato, notatur an filius natus ex colono ante præscriptionem completam, & natus
a postea sit colonariæ conditionis. [a] nam non est primo casu: ideo non est; quia non est natus ex patre colono. secundo casu ideo quia cum sit conceptus antequam pater esset colonus, habetur pro nato cum de eius fauore tractetur in l. qui in vtero. ff. de sta. ho. & ideo non dicitur primogenitus regis qui natus est ante dignitatem regalem, nec filius præsbyteri qui natus est ante præsbyteratum vt nota. ex l. imperialis de nup. & ff. de sena. l. senatores. in filiis autem eorū qui sponte se curiæ obtulerunt, speciale est vt licet sint post obligationem factam curiæ non sunt curiales inuiti, vt not. in l. fina. supra de his qui spon. mu. sus. In ea. gloss. ibi licet non. 30. annor. sed non ob. hæc. l. quia intelligitur de liberis natis & conceptis postquam, pater effectus est colonus quia ipsi sunt coloni, sed non steterunt. 30.
6 anno. In ea. gloss ibi daretur occasio nota. bene ad statuta dicentia ꝙ pro quolibet animali nascente in territorio perusino debeat dominus soluere

ADDITIO.

a Sit colonariæ conditionis. Adde istum in l privilegio nu. 2. & quod ibi notaui in apostil. ad eum in apostil. in versi. decurio. supra de decu. lib. 10.

uere vnum solidum. nam si habẽs animalia præ
gnantia & ducat eā vt pariant extra territorium
non perusinum. non euitat propterea solutionẽ
quia facit fraudem legi. & facit ꝑ hoc. ff. de hæ-
red. inst. l. ex facto la gran. Barto. Iacob. Rebuffi.
7 Collige notabilia ex hac. l. cum satis. Primo ꝙ
terra non debet denudari suis ascripticijs con-
cor. l. quemadmo. supra. eo. Secũdo not. ꝙ ascri-
pticius vocatur membrum fundi, alibi vocatur
pars fundi in l. longe. ff. de diuersis & tēp. præ. &
alibi vocatur seruus fundi vt infra de colo. tra-
cen. l. prima. Tertio not. ꝙ membra sequuntur
conditionem capitis sic. ff. de relig. & sump. fu. l.
cum in diuersis. Quarto not. quòd accessorium
sequitur naturam principalis concor. l. secunda.
supra eo. Quinto not. similitudinem inter curia-
lem & ascripticium. Sexto not. ascripticium fu-
giẽtem æquiparari seruo fugitiuo, qui etiam sui
furtum facit. l. 1. supra de serui. fugi. Septimo no
ta. quòd curialis etiam. 40. annis non præscribit
libertatem. not. C. de præscript. 30. anno. l. præ-
scriptione. Octauo not. quòd ascripticius præ-
scriptione 30. anno. non pòtest se iuuare nisi
sint. 40. anni vt l. omnes. C. de præscriptio. 30. vel
8 40. ann. Nono not. quòd soboles astringitur ad
nexus prædecessorum. Decimo not. quod etiam
ciuis dicitur conceptus seu natus in alio loco
vel in alia prouincia. Vndecimo not. ex princi.
huius. l. & de versiculo cum autem. ascripticios
& colonos idem signari. Duodecimo nota. in
versicul. cum autem. qualiter coloni & eorum
soboles sint liberi concor. infra titu. 2. Decimo-
tertio not. qualiter filij colonorum etiam quan-
tum ad conditionem colonorum sunt astricti,
sicut & eorum pater. Decimoquarto not. diffe-
rentiam inter ascripticios & colonos quia ascri
pticij sequuntur ventrem vt supra eod. l. ne diu-
cius. coloni patrem vt supra eo. l. diffinimus. sũt
& aliæ dñæ hic not. Decimoquinto not. ꝙ filius
9 hominis mei est homo meus, vt hic in fi. secun-
dæ partis not. supra eo. l. diffinimus. & l. cum sci-
mus in fi. & de murileg. l. fi. & de libe. & eorum
li. l. 2. Decimosexto no. ex §. caueāt autem. dños
non debere molestare homines seu subditos cō
10 cor. infra titu. 2. l. 2. Decimoseptimo not. ad of-
ficium præsidis seu iudicis ordinarij pertinere
ne violentiæ per potentiores fiant tenuioribus.
ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. ne potentiores. & §.
ne tenuis. Decimooctauo no. secundum Dul. ꝙ
si verberetur garcifer a scolari vel seruitor a do-
mino vel aliquam violētiam patiatur, vel in ser
uicijs præstādis magis solito oneretur; non pro
pter hoc debet recedere, sed qđ inequaliter factũ
est ad æqualitatem reducatur, vt hic & sup. com
muni di. l. plene circa fi. Decimonono not. casũ
secundum And. de barulo in quo colonus pōt
dominum accusare sic infra tit. 2. l. 1. & 2. in fine.
11 Vigesimo nota veterem consuetudinem obser
nandam. sic supra de iure fisci. l. plene de exact. l.
missi. de excusa. mune. l. negociatores. & infra de
priuilegijs eorum qui in sacro palaci. mili. l. fin.
12 Vigesimoprimo nota ex §. nauim. quòd qui rem
meam scienter occultauerit eius temporis quo
eam detinuerit, tenetur mihi præstare interesse
meum ar. ad idem de colon. tracen. l. prima. &
de colon. illi. l. prima. Vigesimosecundo nota
casum in quo admonitio seu intimatio domi-
ni facit contra malæfidei possessorem, & teneri
ad fructus sic. C. de rei vendica. l. si fundum. Ia-
cobus. Rebuffi.

LEX XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex libera & ascripticio liber est.*
2 *Partus an sequatur ventrem. casus habetur in quo quis po-
test sibi ius dicere. Item qualiter negligentia puniatur.*
3 *Conamen non debet remanere impunitum.*
4 *Ius sibi dicere quando quis possit, deficiente iudice.*

1 Si qui ascripticiæ. Primo dr̃ ꝙ si
ascriptici' mi-
scuerit se libere mulieri, ꝙ mulier manet libera
& soboles procreata ex tali coniugo. Secũdo di-
citur contra ꝙ si liber coniunxerit se ascripticiæ
ꝙ filij inde nati sunt ascripticij & sic secundum
matrem in vno. Tertio dicitur ꝙ ascripticius nō
debet impune ꝯuolare ad liberas mulieres; imo
dominus incontinenti cum scit debet per præ-
sidem, vel si eius desit copia per seipsum ascripti
cium castigare, vel propter eius negligentiam
ascripticiam iacturam patiatur. & hoc dicit. No
2 ta ꝙ l. ista loquitur de iure communi quo partus
sequitur ventrem. fallit in casibus qui not. supra
eod. l. ne diucius in gloss. Secundo no. casum in
quo potest aliquis sibi ius dicere scilicet deficiē-
te præsidis copia: quod dic vt dixi suprà de decu
rio. l. generali. Tertio not. negligentiam puniri.
quod dic vt supra de offi. præ. præto. l. si quos.
And. in glo. 2. in fi. ibi cum dicitur. §. ascripticios
non tamen intelligas quòd ipsi sint serui nisi ad
quædam seruitia. & hic patet quia inuitis etiam
dominis possunt effici clerici, vt in authenti. de
san. episc. §. ascripticios. quod non est in seruis.
& hanc opin. tenet gloss. in dicto. § ascripticios.
in versicu. sancimus. simile in textu habemus ad
litteram supra. de sena. consul. clau. l. prima. in
gloss. quæ incipit sed seruo in fin. olim vero sem
per natus ex aliquo ascripticio vel ascripticia
semper conditionem ascripticiam sequebatur
& hoc introductum fuerat per sena. ꝯsul. claud.
Sed postea hoc immutatum fuit, vt sequeretur
conditionem ventris, vt tit. de sena. consul. clau.
tol. l. prima. & hic. & in authen. constitutio quæ
ex ascripticio & vidistis sup. hoc ti l. ne diucius.
in glo. quæ incipit ignorans in fin. & hoc est ve-
rum olim ex dispositione senatusconsulti. Sed
hodie partus sequitur conditionem ventris li-
beri, licet pater fuerit seruus. Barto. Super gloss.
fin. Tu dic quòd dominium seu iacturam pati-
tur, quia perdit ascripticiam, & hic fuit intelle-
ctus Dyni. pro quo facit & de murilegu. l. edici-
mus. & infra qui mili. poss. l. pen. not. ex l. præ-
senti secundum Dulium. qualiter partus sequi-
tur ventrem. sic not. supra l. ne diucius. & l. mu-
lier. Sol. no. ex versicu. sed ne. quòd conamen nō
a debet remanere impunitum.[a] de quo in l. si quis
nou

ADDITIO.

a Non debet remanere impunitum. Adde Fel. in c. cum ac-
cessissent. 27. versic. 6. limita extra de consti & plenissime in
suo aureo tract. quādo puniatur conatus qui fuit alias impres
sus post ti. de appel. & nunc post ti. de sen. excō. cū alijs trac.

non dicam rapere. supra de episc. & cler. Tertio no. ꝙ hominis conditio non debet decrescere. Item intellige hominum s. ascriptitiorum, quoniam si tota proles esset libera, & terra remaneret sine ascripticijs: quod esse non debet sup. co. l. 2. & l. quemadmodum & l. colonos nulla. in fi.
4 Quarto no. casum in quo quis propria auctoritate potest sibi dicere ius deficiente tamen iudice vt supra quando liceat sine iudi. se vindi. l. 1. & 2. & de decurio. l. generali. & ibi not. & supra. vbi quis decur. vel cohor. l. 2. & de pign. l. 3. & ff. de his quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. si debitorem ad l. acqui. l. quemadmodum. §. si protectum. de via pub. l. ædiles Quinto nota. ex fine. l. negligentiam reuersuram in caput negligentis ad id infra de fundo patri. l. 2. & l. quicunque. & infra de colla. prædi. ci. l. 1.

De capitatione ciuium censibus eximenda.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica quando est generalis, an sit generaliter intelligenda.*
2 *Rusticani habent multa priuilegia.*

Plebs. Ciues Romani habitantes in vrbe sunt immunes a munere capitationis. hoc dicit secundum vnam lect. potest etiam intelligi in ciuibus aliarum ciuitatum habitantibus intra vrbem, vt hic patet ex generalitate huius litteræ, quæ dicit in orientalibus. quoq; Bar.
1 Et not. ex glo. hic posita, ꝙ quando rubrica est generalis etiam lex debet intelligi generaliter. Bart. plebs vrbana scilicet cuiuscunque ciuitatis pro capitatiõe sua olim enim quilibet soluebat pro capite suo vnũ denarium vt sup. tit. 1. l. cũ antea. Odoff. habeat, a prædicta solutione tributi
2 pro capite præstandi. Dyn. Et potest esse ratio huius lecturæ quia rusticani habent multa alia priuilegia: quia ab extraordinarijs excusantur. & interdum ab ordinarijs & a personalibus. supra tit. 1. l. 1. & plene vt rusti. ad nullum obse. deuo. l. 1. & supra ne ope. a colla. exhi. l. 1. sed ciuitatenses non nisi alias reperiantur priuilegiati vt sunt curiales. de quo no. in l. curiales omniũ. §. de curio. ergo si in vno grauantur &c. l. cum qui. ff. de iureiur. sup. de cano. lar. ti. l. præcepit & de aquæductu. l. 1. Iacob. Reb.

In quibus causis coloni dominos accusare possint.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Sententia respiciens futurum potest ferri.*

Quisquis, Colonus per dominum exactus contra consuetudinem præstationis antiquam accusare potest ipsum, & si dominus conuincitur punitur. hoc dicit. Nota ꝙ coloni nostri temporis qui redditum annuum præstant dominis, vt si lapso tempore coloni in colonia persistunt tantundem deberent
a præstare, quantum consueuerunt.[a] facit. supr. tit. 2. l. cum satis. §. caueant. In text. ibi imposterum
1 prohibeatur. Nota ferri posse sententiam vt in futurum non debeat molestare agentem, sicut in negatoria. vt insti. de act. §. eque. & in vti pos. vt in tu. vti pos. ff. & C. sic patet, ꝙ ratione iuris de præsenti finitur sententia de futuro, alias secus si ius nõ competeret de præsenti vt l. 1. §. 1. ff. de vsur. quæ hic allegatur pro contra. & per hanc literam dicit And. ꝙ qui timet ne offendatur ab aliquo potest adire iudicem, vt sibi caueatur per illum ne offendatur ab eo de quo per Guil. in l. illicitas §. ne potentiores. ff. de offi. præ. & facit. l. equissimum. ff. de vsu. Bart. & hic per Dulium. & plene scripsit. & de nauicula. in l. 1. super verbo securitatem. Iac. Rebuffi.

ADDITIO.

a Quantum consueuerunt. Adde quod in simili not. Antho. coni. sing. suis in vers. salarium incip. dum audirem von mane per quod limitabis hoc dictum.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Bona eiusdem sunt, cuius est persona.*
2 *Principis esse omnia, quomodo intelligatur.*
3 *Domini possunt alienare ascriptitios, & eorum possessiones.*
4 *Censiti an possint dominis inscijs alienare.*
5 *Accusare an possit filius patrem.*

Coloni. Coloni cẽsiti licet respectu aliorum sint liberi, tamen quo ad personas duorum quibus tributa præstant quadam seruitute tenentur ascripti. & ideo eos in iudicio vocare non possunt pro causis ciuilibus nisi ratione superexactionis: sed in publicis criminalibus eos accusant si suam vel suorum iniuriã persequantur, eorum tamen peculia seu prædia alienare non possunt inuitis dominis inter viuos. h.
1 d. In tex. ibi ipsi sunt, nota quòd cum persona est alicuius multofortius sunt bona eius. In tex. ibi & vocem negauimus non modum loquendi nam per hoc patet ꝙ si statutum dicat ꝙ talis nõ habeat vocem in capitulo, per hoc videtur sibi præclusa via in iudicio. In glo. quæ incipit ibi coloni, ibi nam sæpe obligantur. Nona istud vulgare quid importat in glo. eo. ibi sic allega. No-
2 ta ꝙ omnia sunt principis quo ad iurisditionem & vniuersale iudicium domini: sed non quo ad particulare: de quo plene not. in l. bene a zenone in glo. super verbo alienare ibi nec ecclesiam intrare. de iure ciuili videtur secus vt nota. gloss. in l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. & est 3
text. in §. ascripti. in authen. de san. epis. Bartol. Nota ex l. ista colonos & ascriptitios esse liberos vt hic in princip. text. & sic tanquam liberi possunt testari vt hic in gloss. super verbo liceret concor. supra & l. cum satis. §. caueant. Secundo not. in consuetudine colonorum & ascriptitia essone cessãtiam scripturam vt hic in 1. glo. Tertio no. ꝙ sicut ille qui est obligatus alicui reputatur seruus creditoris. vt C. de noua. l. 3. §. fina. &
hoc

hoc in versu, ita his, sic non obligatus reputatur liber, vt hic in prin. & propter hoc dicitur quòd libertas est res inextimabilis. l. libertas. ff. de reg.
3 iur. Quarto not. quòd domini possunt alienare ascriptitios, & eorum possessiones: de quo supra tit. 2. & l. 2. & l. quemad. Quinto not. quòd subditus non debet nomen domini in iudicio lacerare seu diffamare sic. C. si quis impera. maledi. l. 1. Sexto not. quòd conditio rerum regulatur secundum conditionem personarum, & cuius est eiusdem sunt res concor. l. hac lege supra de pac. conuen. Septimo not. non nocere alicui proferenti verba placibilia, vt dicendo sum totus tuus, & omnia bona mea sunt tua, & similia vt hic not. & in simili, vt ff. man. l. si non remunerandi. §. cum quidam, & C. quod cum eo. l. fi. & de constitu. per authen. si quando: vers.
4 si autem dixerit. Octauo no. censitos nihil posse alienare dominis inscientibus, vt infra non licea. ha. metro. l. 1 de emphy. habetur in l. fi. C de iure emphy. de vasallo in cap. Imperialem in feu. de prohi. feu. alie. per Fred. iunctis no. in §. fi. si de inuesti. inter do. & vassal. lis oriatur. Nono not. differentiam inter contractus quibus ascriptitius non potest alienare dominis ignorantibus, & tamen possunt testari, vt colligitur hic cum glo. hic positis de quo etiam not. supra tit. 2. l. plene. 10. no. an ascriptitij possint intrare ecclesiam, vt hic tam in glo super verbo liceret quam per Bar. ibidem. 11. not. censitos posse facere conditionem domini meliorem in acquirendo, & non deteriorem in alios transferendo sic in simili. C. de acquiren. possessio. l. fina. 12. nota colonos in causis ciuilibus non posse agere contra dominos nisi in vno casu, videlicet super causa exactionis sic supra l. proxima. 13. nota. colonos & censitos in causis criminalibus non posse dominos suos accusare: nisi persequantur suam vel
5 suorum iniuriam. Et super his. And. de Barulo narrat hic de illa quæstione stulta an filius patrem possit accusare, & dicit quod non: sed officium implorat adinuicem, vt supra de pa. po. l. 3. & licet quidam dicant contra. ff. de parrici. l. vlti. quæ parum facit ad dubium secundum eum. 14. not. secundū Dulium colonos quidem pœnæ seruitutis esse obnoxios dominis, vt hic circa prin. l. inde est quód ad exemplum serui fugiti. si fugiant dicuntur facere furtum sui, vt supra ti. 2. l. cum satis. circa princ. & supra de serui. fugi. l. 1. cum ibi not.

De colonis palestinis.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Locorum differentia esse non debet.*
Colonum an possit dominus propria authoritate capere.

Cum per alias prouincias. Coloni palatini id est illius prouinciæ: quia nati erant in terra in qua Christianus est natus habebant priuil. recedendi quādo volebant à fundo: modo dicitur quod idem sit in eis, quod in alijs colonis aliarum prouinciarum, vt nec recedant a fundo, & recipientes eos puniuntur secūdum l. supra de agri. & censi. l. seruos, & omnibus datur plena reuocandi potestas, h. d. Nota primo
1 quod non debet esse differentiā locorum: sed quod ius est in vna prouincia idem in alia, vt supra de tempori. in inte. re. l. fi. secundo pone argumētum quod dominus potest capere seruum fugitiuum propria authoritate, vt patet in fine huius l. nec pertimescat pœnam, &c. vt infra de meta. l. deuotum. ad idem si quis ar. vel cohor. l. 1. & 2. & quando liceat sine iudice se vindicare. l. 1 & ff. de his quæ in fraudem credi. l. ait prætor. §. si debitorem cum si. contra quod non, vt C. de exhi. reis. l. fi. & in rubeo, & nigro ne quis in sua causa. Sol. Aut detinetur ab alio, & tunc cōtra illum suam dirigat accusationem, vt ff. quod me. causa. l. extat. & supra de act. & oblig. l. negantes cum si. aut non, & tunc aut gerit se pro libero, & paratus subire iudicium liberale, & tunc idem & remittitur ad locum vnde affugit, vt C. vbi causa status. l. 1. & 4. aut nil dicit, & tunc potest dominus sua authoritate eum capere: quia nil videtur capere, sed quod suum est retinere. ff. de acqui. poss. l. 3. §. seruus, & §. quod nerua & l. 1. §. seruum cum si. & supra titu. de man. Ista plene dixi supra de decurio. l. generali. And. & Iaco. Rebuffi.

De colonis thracensibus.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Capitatio quid, & quid iugatio. nu. 1.*
3 *Coloni dicuntur serui terræ.*
4 *Vagabundus quis sit.*
5 *Principes etiam antiquitus magis priuilegiabant terram vnam, quàm aliam.*
6 *Peculij appellatione, an veniat proprium patrimonium.*
7 *Domicilium an & quando relinquere quis prohibeatur.*

1 Per vniuersam. Ad euidentiā not. quòd exsoluebatur olim tributum vnum pro capite, & idem vocabatur capitatio, vt supra de agri. l. immunitates, & de tali loquitur supra de agric. & censi. l. cum antea. Aliud pro terra, & de tali loquitur supra
2 de suscep. l. modios, & vocatur iugatio, vt in præallegat. l. Immunitates, & dicitur hic ergo, quod coloni transeuntes erant immunes a capitatione, sed iugationes soluebant. Et licet sint immunes a capitatione, non tamen credant, vt habeant liberam potestatem deserēdi fundum: sed licet sint ingenui tamen originario iure teneantur, & quasi serui terræ in qua nati sunt ab ea non recedant. Suscipientes autē eos, puniuntur in duabus libris auri, & ad restitutionē eorum
3 cum peculio. Nota ꝙ dicūtur coloni serui terræ alias membrum, vt supra de agric. l. pe. in princ. alias pars fundi, vt ff. de diuer. præscrip. l. longe. Et nota alias pœnas, quæ imponuntur suscipientibus colonos alienos, vt tangitur, & supra de ser. fugi. l. quicumq; An. In textu ibi tracensis,

erat quædam terra quam diligebat multum Imperator, & propterea dabat priuilegium colonis illius terræ, vt pro capitibus nihil teneantur soluere; sed tantum tributa pro terris. Odoffre.
4 In text. ibi vagandi, & nota de vagabundo: quia propriè est ille qui vadit vagando per mundum vt hic, & supra l. proxi. & est casus infra de tiro. l. 1. & hic tenet glo. in l. 4. §. verecundè. ff. de dam. infect. & est verum nisi in primo domicilio essent agnati vel cognati, qui vellent eos ab inquietudine defendere, vt l. cum scimus. §. illud quoque supra de agri. & cen. glo. tamen 3. l. eius ff. ad municip. dicit quòd ille est vagabundus qui non habet domicilium: sed hoc est truffa; quia secundum hoc semper esset necesse quem ha-
5 bere domicilium. Bar. Nota ex. l. præsenti qualiter etiam tempore antiquo Principes magis priuilegiabant vnam patriam quam aliam. sic supra l. proxi. de anno. & tribu. l. fi. ff. ad municip. l. 1. cum multis aliis concord. Secundo nota debere vitare facultatem vagandi sic supra l. proxi. cum concor. ibi alleg. Tertio nota quem esse ingenuum vno respectu etiã quasi seruum alio respectu sic supra tit. 2. l. 2. iunctis notatis supra de agri. & cen. l. diutius in fi. Quarto nota secundum Dulium, quòd quis in eodem loco potest
6 vti iure domini, & iure patroni. Quinto nota proprium patrimoniũ vocari peculium: quod potest prodesse cum in multis instrumentis, & statutis fiat mentio de peculio sic supra tit. 2. l. 2. & in multis aliis legibus huius materiæ. Sexto nota ꝙ facta per Principem remissione vnius impositi vel subsidij non censentur remissæ aliæ indictiones facit supra de neg. gest. l. tutori. & l. hæres statuliberum. ff. de conditio. & demonst. ad quod l. si domus. ff. de serui. vr. præd. & hoc posset esse verum, nisi vnum subsidium dependeret ab alio arg. ad hoc supra de iudi. l. 1. cum ibi not. & depositi. l. 4. & ff. de auro & argen. le.
7 l. & si non sint. §. peruenlemus. Septimo nota casum nõ posse recedere a loco domicilij concor. supra tit. 1. l. 1. & supra de agri. & cen. l. satis. §. caueant. Sic si aliquis in recedendo ab aliquo domino aliquam domum vel mansum, vel in contractu matrimonij alicuius promiserit certam mansionem, vel stagiam seu domicilium, vel in aliquo manso vel loco, quòd ad illud obseruandum teneantur, ad quod supra de agri. & censi l. seruos, & l. quemadmodum, & l. omnes profugi. & quia conuentiones sunt seruandæ. l. 1. ff. de pac. iuncta. l. 1. supra de iur. emphyteo. & maxime quia liberatur soluendo interesse, vt l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. iuncta. l. ob eam rem. de præscripr. ver. & quod habetur, & not. supra de agric. & censi. l. cum satis vbi de hoc per Dulium, ad quod l. licere. supra de pac. & de dona. l. legem. Nec ob. quòd per hoc libertas videatur auferri, vt l. Titio centum. §. Titio contra. ff. de conditio. & demonst. & de libero homine exhi. l. 2. quoniam per hoc non inducitur seruitus, nec etiam fit præiudiciũ libertati imo commodum, & acquiritur ex exceptione huius mansi, & ex hac habitatione, & ad hoc facit quod nota. per Cyn. in l. ob hæc supra de actio. & obligatio. & plenius per Bartol. in d. l. Titio centum.

De colonis illiricianis.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Interesse lucri cessantis iudex ex officio æstimabit.*
2 *Ignorantia non excusat à delicto, & num. 5.*
4 *Prælati tenentur emendare damnum passum per ecclesiam eorum negligentia.*
5 *De furto conuincitur, qui sciens retinet rem, quam scit non esse suam.*

Colonos. Coloni illiriciani origine à terra separari non possunt: contra facientes reuocantur, & reuocati subduntur vinculis. Item receptantes eos licet incognitos puniuntur, hoc dicit Bar. & de hac receptione, vide quod dixi. supra de agri. & censi.
1 l. cum satis, & de fabricen. l. pe. In textu ibi authoritate iudicis. Nota ex hoc quòd interesse lucri cessantis iudex ex suo officio extimare debet: quod nota. pro eo quod ponit Cyn. in l. supra de sent. quæ pro eo quòd interest. Bart. Item nota & secundo secundum And. quòd si quis rem meam occultauerit eius temporis tenetur quo occultauerit, & ratione damni, & etiam lucri sic supra de agric. & cen. l. cum satis in fi. & ff. de
2 eo, quod certo lo. l. 3. in fi. Tertio not. quòd non excusat ignorantia à delicto; de quo supra de decurio. l. omnes. Quarto not. secundum And. ꝙ multa dependent ex arbitrio iudicis interdum vt hic, interdum est limitata, vt supra de mo. mulctarum. l. multarum seuera compendia. pœna vero semper est limitata à l. vt ff. de verbo. signifi. l. aliud. §. inter & l. si qua pœna secundum
3 And. Quinto not. secundum do. Duliũ de Gambayrinis, ꝙ eo ipso probatur de crimine quòd scire debuit, quòd suum non erat ad alios pertinere debere, vt hic & supra vnde vi l. fi. & supra cont. de le. l. fi. §. sed cum & supra de agri. & cen. l. seruos, & 14. quæst. 5. cap. si quid inuenisti, & c. multi. & argum. ff. de ambig. l. 1. §. cæterum. & si talis se velit excusare à pœna debet publicè denunciare vel domino se tale quid inuenisse, & quòd in tali loco reperietur argu. ff de fur. l. falsus. §. qui alienum in fi. Sexto nota quòd crassa ignorantia non excusat: de quo supra de epi. audi. l. si legib. & ff. de proba. l. verius, & l. cum de
4 indebito. & infra qui. mili. non po. l. super seruis. Septimo no. ex fi. secundi dicti argu. contra prælatos ecclesiarum, vt cogãtur ecclesiis damnum emendare, quod contigerit eorum negligentia. & supra vnde vi. l. meminerint. de seruis fugi. l. quicumque, & argum. infra de loca. prædio. ciui. l. 1. & ar. supra de iudic. l. properandum. §. fi. secundum Dulium. Octauo not. quòd idem iuris est in libertis occultatis & detentis, quod est in colonis & inquilinis, & ita prohibitio huius. l. porrigitur ad libertos, licet non sint eiusdem conditionis, & hoc est ideo: quia cadẽ, & par est ratio in vno sicut in alio, qđ potest prodesse ad multa arg. ff. ad l. Aquil. l. illud & facit ff. de contrahen. emp. l. si in emptione. §. fi. & de iure patr. l. adigere. §. quamuis. In tex ibi colonos inquilinosq; id est terræ astrictos. Dy. regiones. s. exeuntes, abeundi. i. recedendi. Dy. rure. i. de rure. immorari.

morari. i.commorari.nexu. i. non tanquam tri-
butarij, verè enim non tenetur colonorum tri-
buta ſoluere, vt l.hi penes, & l.colonos ſupra de
agric. & cen. & ſupra tit.3.l.2.Dy. abſceſſerint. i.
receſſerint.rationem. i. præſcriptionem & ꝓba-
tionem. Dy.ſublata ex quo ſciebat ſeruum eſſe.
in verſ. ita vt etiã dominus ſundi, ibi eum ad cri-
5 minis rationem. Not.hic quem eſſe conuictum
de furto elapſo quòd ſciens tenuit rem, quam
ſcit ſuam non eſſe. Iacobus Rebuffi.

*Vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſti-
cos vel vicos eorum.*

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in fraudem publicarum functionum facti, non valent.*
2 *Nobilis quando mitius quam ignobilis puniatur.*
Proxeneta illiciti contractus, an teneatur eadem pœna, qua principaliter cõtrahens, & ad vſurarũ reſtitutionẽ.
3 *Multi tyranni Lombardiæ contrauenitunt huic legi.*
4 *Coniurationes, conſpirationes, & confratriæ ad malum finem factæ prohibentur.*
5 *Inuocantes patrocinium potentis, ſi iurauerunt ſeruare contractum an ligentur.*

Si quis poſt hanc. Habet 6. par-
tes. Primo an-
nullãtur omnes cõtractus facti per ruſticos cum
potentioribus in fraudem publicarũ functionũ.
Secundo tabellio qui inſtrumenta taliũ contra-
ctuum ſcribit. Tertio punitur pœna publicatio-
nis vici, & caſtri qui fugit ad patrociniũ poten-
tiorum in fraudem publicarũ functionũ. Quar-
to puniuntur illæ perſonæ quæ tales contractus
à ruſticis recipiunt. Quinto puniuntur mediato-
res talium ꝯtractuum. Sexto ponitur a quo tem-
pore locum habeat hæc lex. ſecũda ibi tabellio-
nibus. tertia ibi vicis. quarta ibi hæc autẽ. quinta
ibi eadem pœna. ſexta ibi quam formam. Not.
1 ꝙ contractus facti in fraudem publicarum fun-
ctionum non valent ipſo iure vt hic, & ff. quæ in
fraudem cre.l.1.& l. Lucius.ff.de iure fiſci, quod
nota. contra ruſticos qui in alios alienant bona
ſua, vt collectam euadant. Secundo nota. ꝙ pu-
niuntur tabelliones qui ſuſcipiunt inſtrumenta
ſuper contractibus illicitis, alias prohibitis ar.ſ.
de eunu.l.2.de ſacroſan.eccle.l.iubemus.ver.his
tabellionibus. de teſta. l. iubemus. in fi. & ſupra
de immu.ne.conce.cũ ſimilibus, & ibi dixi. Ter-
2 tio not.caſum ſingularem in quo minus punitur
nobilis quam ignobilis etiã in pecuniaria pœna,
vt hic in verſ. hæ autem perſonæ, de quibus vide
a Cynum [a], ſupra de ſumma Trinit.l.nemo cleri-
cis, & extra de iureiur.cap.cum quidam, & in 10.
colla.de pa.iura.firman.c.1.Quarto no. quòd ca-
dem pœna punitur ille qui eſt mediator ad con-
tractus illicitos quia & is qui principaliter con-
trahit, vt hic in verſ. eadem &c. & ſic facit quòd
b proſoneta teneatur ad reſtitutionẽ vſurarum [b],
facit.l.1.§.incidit.ff.ad Turpil.de quo in l. ſcien-
tiæ. ff.de parrici. Quinto no. ex vltimo dicto hu-
ius.l ꝙ l.trahitur ad præterita, quia expreſſe hoc
dicitur, & ſ.de ſacroſanct.& l.pe.& fi. regulare ꝯ.
vt ſ.de legi.l.leges, & de decurio.l.pe.in fi. An. In
tex.ibi functionum.i.tributorum publicorũ, for-
tunæ.i.homines. incidentes vt proſonetæ vel fi-
deiuſſores.Dy.& pro hoc.ff.ad munici.l.ordine.
abhinc.i.retrò. Et iterum Sigiſmundi.l.a ſecũdo
conſulatu Sigiſmundi cum bis fuerit conſul. ſe-
3 cundum Dy.Contra hanc.l.faciunt multi tyrãni
Lombardiæ qui ligant ſe cum ciuitatibus & ca-
ſtris, vt eos defendant contra eccleſiam Roma-
nam vel prælatos, & vt non permittant tributa
& decimas eccleſiæ vel prælatis debitas vel alia
iura percipi, & leuari permittentes, & dantes ty-
rannis certas pecuniæ quantitates annuatim, &
4 magna ſtipendia pro præmiſſis. Et not. ꝙ ſicut
hæc. l. prohibet magnatibus, vt non recipiãt ru-
ſticos vel ciues in ſuo patrocinio vel in clientulos
& promittãt eis iuuamen & defenſionem, & ne
iura debita ſoluant eccleſiis vel aliis quibus de-
bentur & tenentur. Sic etiam prohibent iura ci-
uilia, & canonica fraterias cõiurationes, & con-
ſpirationes conuenticulas, & clientelas fieri ad
malum finem. Nam ſi aliqui conueniant, vt ꝯtra
omnes qui petunt aliquid ab eis ſeniunent in liti-
giis vel aliquos impugnent, & in litigiis vel in-
uoluant, grauiter delinquunt, & puniendi ſunt
præſertim cum talia ſe facturos iurãt. vt 11.q.1.
c.ſi quis clericorum, & c.coniurationũ, & c con-
ſpirationum, & ff.ad l.Iul.de vi pu.l.ſenatuſcon-
ſulto & in feu.de pa.iur.firman.§ conuenticulas
tñ ſi ad bonũ fiant adinuicẽ promittentes ſe de-
fendere iuſtè aduerſus tyrãnos vel patriæ vaſta-
tores vel contra aliquos aliquid illicitè exigere
ſatagentes, & hoc facerent modo licito, & pro
iure & iuſtitia conſeruandis, & congregarent ſe
cum auctoritate ſuperioris, tunc eſſet licitum &
honeſtum hoc fieri, vt 16.q.7.c.ſanè. Et nota de
hac materia ad ſaturitatẽ per Guill. de Bazio. ex-
5 tra de verb.ſig.c.conſuetudinẽ. li.6. Item quæro
ſi inuocantes patrociniũ potentis iurauerũt cõ-
tractũ vel promiſſionẽ tenere an ligentur. Reſp.
ꝙ non.ſ.de leg.& conſtitu.l.non dubium, & ff.de
pactis.l.iuregen.§.& generaliter. nam cum ſit il-
licitũ, & ꝯ bonos mores nõ eſt ſeruandũ, vt 17.
q.4.c.in malis ꝓmiſſis, & c.ſe. & extra de reg. iur.
c.non eſt obligatoriũ.lib.6.& tãto magis eſt illi-
citũ quia iuramẽtũ fuit adiectũ, vt c.ꝯiurationũ.
ſuperius alle. & facit ad hoc. ſ. de monopol.l.1.
ff.de le.1.l.ſi quis inquilinos.§.fi.& ſ.de indi.vidu.
tollen.l.fi.& ff.de adi.inſti.l.quæ ſub conditione.
prædictum etiam iurm cõtra publicam vtilita-
tem, & ideo nõ eſt ſeruandũ. ff.ad municipa. l.fi.
Ne

ADDITIONES.

a Vide Cynum. Adde iſtum in l quilibet, & quod ibi notaui in apoſtil ad ipſum in verſi feriomur ſupra de decu.li.10.Panor. c.paſtoralis nu.5. & ibi etiam quod notaui in apoſtil.ad eum inuec.de capitan vbi etiam Fel.nu.1.verſi.dicunt hic moderni extra de offi dele Bal.conſ 368 vol 3.& Bar.Capo.cõſ.14.

b Ad reſtitutionem vſurarum. Adde Io And. & Innoc. in ca. Michael, extra de vſur. Bar.in ca.§ ſimiliter col.ſi verſi quæro in proſoneta in tit.de contto.inueſti eundem in alleg. l. ſi ſciente in glo.1.& ibi Alex.de parri. & in l 2.§ incidit in fi.ff. ad Turpil. quod tamen eſt verum in ſubſidium ſ.ſi principalis contrahens non ſit ſoluendo. Ita nõt. Inno.& Io.And.vbi ſupra Alex. in l.3.§. ſi procurator ff.quod quiſq; iuris lappus plenius omnibus alleg.93.Gemi.in c.ſicut non ſuo.46.diſt. & Lodo Ro.ſing.271.inci.fui interrogatus, & aliquid ſing.725. inci.proſoneta illicitorum contractuum.

Ne rusticani ad vllum obsequium deuocentur,

LEX PRIMA,

SVMMARIVM,

1 *Rustici dicuntur, qui habitant extra muros ciuitatis.*
2 *Rustici soluentes, quod debent suis ciuitatibus vel dominis, ad nullum aliud officium debent vocari,*

Ne quis. Rusticani soluentes capitatio-
nes, & debitas functiones ad nul
lum aliud officium debent compelli, h.d. Et not.
1 tex. ꝙ rustici dicuntur illi qui habitant extra mu-
ros ciuitatis. Sic & ciuis dicitur ille qui nascitur
in ciuitate, vt in auth. quibus mo. na. effi. sui. §. si
quis igitur fuerit naturalium colla. 7. & vide Iac.
de Are. in l. 3. §. siue autem. ff. de ope. no. nunc. &
facit hæc. l. ad ea quæ no. & habentur. s. de mu.
2 pa. l. 3. An. Item not. l. expressam pro rusticis ex
quo soluunt illud, quod soluere debent suis ci-
uitatibus siue dominis, quòd ad nullum aliud of-
ficium debent vocari, quod malè seruatur eis.
Item nota. ꝙ rustici ciuitatum habitatores extra
muros vrbium tenentur agnoscere capitationē:
non autem habitantes in vrbibus, vt supra de ca-
pit. ciui. cen. exi. secundum Dulium. mularum
scilicet custodiendarum, equorum. s. fiscalium,

LEX II,

SVMMARIVM.

1 *Consentientes & delinquentes pari pœna puniuntur,*

Si qui. Officialis præsidis aut quisquis alius
qui sub prætextu officij publi. mu-
neris aliquod officium iniunxerit alicui rustico
inuito, aut seruum vel bouem alicuius rusticani
in ipsos vsus conuerterit ablatis omnibus bonis
perpetuo exilio est damnandus, & simili pœna
damnabitur rusticanus qui spōte tale munus in-
iunctum subierit An. & Doct. muneris publici. i.
1 officij. Not. ex hac. l. ꝙ delinquentes & consen-
tientes pari pœna puniuntur, sic supra de episc.
& cle. l. ti qnēquam. In fi. Item no. casum in quo
quis non potest facere de suo, quod vult sic. s. de
agri. & censi. l. 2. & l. quemadmodum. Item nota
ꝙ quis non potest recipere ēt a volente. concor.
infra de salga. l. 1. An. & potest esse ratio dubitan-
di cum homo homini officiū debeat. ff. de ser-
uis expor. l. seruus ea lege. Sed ratio decidēdi po-
test esse fauor agriculturæ ar. s. de agri. & cen. l. 1.
& l. quemadmodū, quando damnificatur respu-
blica discedendo a cultura agrorum. de Securo.
Item pōt esse bona ratio, quia semper præsume-
retur cōcussio, C. quod metus cā. l. si per impres-
sionē, & est glo. notabilis. j. de Salgamo. l. 1. li. 12.

Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Habitantes in metrocomia vel villa mensurata, non possunt alienare possessiones extraneis,*
2 *Alienatio in extraneum an possit per legem vel statutum prohiberi, & vtrum in ecclesiam vel clericū. Et vtrum hoc casu prohibeatur hæredis institutio, num. 3. & quid de emphyteosi, num. 4.*

1 In illis. Ad euidentiam huius. l. præmitte
quod nota. in rubrica, & supra de
iure fisc. l. certa forma. hæc pmissio dicitur hic
quòd habitantes in metrocomia in villa mensu-
rata non possunt alienare possessiones suas ali-
cui extraneo, & si alienauerint alienatio nō va-
let, & emptor pretio priuatur etiam. hoc dicere
2 vult hæc. l. Not. quòd prohibitio facta a lege ne
quis in extraneum alienet, valet & sic per statu-
tum ciuitatis potest fieri ne quis alienet in extra-
neum seu non subditum, ad idem supra de con-
trahen. emp. l. dudum, & l. si emptione. §. 1. ff. de
contrahen. empt. ibi vel mores ciuitatis &c. In-
tellige tamen de non subiecto. i. forensi. non aūt
de ecclesia vel clerico: quoniam tale statutum
ꝙ non posset fieri alienatio in ecclesiam vel cle-
a ricum [a] non valeret: quia contra libertatē eccle-
siasticam. Nam illa sunt contra libertatē eccle-
siæ quæ sunt contra ea quæ sunt in fauorem ec-
clesiæ constituta, vel etiam ea per quæ ecclesia
seu clericus timidior redditur. primū probatur
in authen. Cassa. & ibi per Cy. supra de sacrosan.
eccle. per Inno. extra de senten. excom. c. nouit.
Secundum probatur in similibus, in l. quæ one-
randæ. ff. quarum rerum acti. non datur. sed in
fauorē & priuilegium. Item concessum ꝙ possit
emere, & absq; traditione dhi in eam transferre,
vt l. fi. s. de sacrosan. eccl. Igitur tale statutum ȝ
3 libertatē ecclesiæ non valet. Quærit glosa an isti
possint alienare instituendo extraneum? glo. vi-
detur velle ꝙ sic: quod perpetuo tene mēti. Ex
quo not. ꝙ quando per legem vel statutū prohi-
betur alienatio in forensi seu non allibratū non
propterea impeditur in eum hæredis institutio.
quod tene menti. sed puto hanc glo. limitādam
sm distinct. positam in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de
verbo. oblig. & ibi per Pet. de Bellapertica. Bart.
Illic. s. in metrocomia. transferre. s. in extraneū,
immiscere. s. emendo rem effectam: quia nullus
erit ipso iure, sic. s. vt nemo ad suum pa. l. 1. præ-
4 stitum. s. pretium. Item hæc. l. est in arg. ꝙ si res
data fuerit in emphyteosim sub hac conditione
vel retentione, ꝙ emphyteota non possit rem
ipsam alienare in clericos, vel milites, vel loca
seu personas religiosas, ꝙ si emphyteota vendi-
derit vel donauerit alteri clerico, ꝙ non valeat
venditio vel donatio, & ꝙ dominus non possit
petere rem, vt cōmissam & incursam: sed nullū
esse cōtractū ipso iure vt hic, & s. de agri. & cen.
l. quemadmodum, & s. vt nemo susci. ad suū pa.
vicos vel rusti. l. 1. Item cum pactio per. l. adiu-
uatur dominij translatio impeditur, vt no. supra
de re. alie. non alie. l. fi. & in auth. de non alie. aut
permut. re. eccl. §. si vero alienationes. Sed hæc
pactio

ADDITIO.

a In ecclesiam vel clericum. Adde quod not. Mathæ. Mathesi. sing. 145. in ea nota mirabile dictum Bar. de quo per Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ in 1. conclu. 6. q. principalis extra de constit. Paul. de Castr. consti. 335. alias 337. incip. primum dubium Pet. de Ancha. consi. 117. incip. iudex Ferrariæ & Alex. consil. 139. vol. 2.

pactio adiuuatur. l. vt supra de iure emphy. l. fi. §. necessitatem. Item certi sunt modi per quos res emphyteoticaria cadit in cōmissum, ergo pœnis expressatis super hoc contenti esse debemus, ff. de verb. oblig. l. stipulatio hoc modo concepta facit. l. ea quidem. C. si manci. ita fuc. aliena, vt ma. Rebuf. Doct.

Vt nullus ex vicariis pro alienis debitis vicariorum teneatur.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Commisso delicto in vno castro aut villa, an omnes de eo castro vel villa teneantur pro damno illato, & quomodo id probetur.*

2 *Represalia an sint de iure concessa.*

1 Graue est. Vnus rusticus pro alio conueniri non debet. h. d. Quod
facit contra multos contrarium agentes, vt in
authen. vt nulli iudi. §. quoniam vero, an autem
pro delicto commisso in vno castro vel villa te-
2 neantur omnes de castro vel villa [a], no. ff. de in-
cen. rui. nau. l. ne quid. & qualiter ille qui agit 9
villam vel castrum pro delicto alterius deberet
probare damnum sibi illatum. vide per Dy. &
per Cy. supra vnde vi. l. si quando, & per Iaco. de
Bellouisu. dicto §. quoniam vero, & per Barto.
2 dicta. l. ne quis. Et an repressaliæ de iure scripto
sint concessæ per quas vnus de facto exequatur
pro debito alterius, vide plene per Iaco. de Bellouisu. in auth. vt non fiant pignora. colla. 5. & per Bar. in materia repressalia. Iac. Rebuffi.

ADDITIO.

a Omnes de castro vel villa Adde Panor. in c. bonæ lo 1. nu. 2. & quod ibi notaui in apostil. ad eum in versi non potest extra de elect. eundem in c. cum fraternitatis num. 5. & quod ibi etiam notaui in addi. ad eum in versic. quod non excommunicetur extra vt lite non contest.

De censibus, & censitoribus, & peræquatoribus, & inspectoribus.

Rubrica.

Visum est Supra de annonis & tributis, videdum est amplius etiam de censibus, & illis qui exactioni illorū præsunt, & qui sunt dic vt in glo. Vel continua, visum est supra de agri & censi. & colonis, qui ad tributa, & ad census tenētur ratione prædiorum. Videndum est igitur de ipsis censibus & tributis, & de eis qui ad eorum exactionem deputantur. De Securo. Iaco. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Tributa iuxta prædiorum æstimationem sunt soluenda: ex quo infertur contra consules, & maiores celantes pecunias, & diuitias vt minus soluant.*

1 Quoniam tabularij. Ad euidentiam præmitte q tributa debent solui secundum æstimationē prædiorū, & prædia meliora plus soluunt, vt ff. eo. l. fortunam, & supra de operi. pu. l. omnes, & supra de immu. ne. cōce. l. si quemadmodum ciui. mune. l. fi. ff. de mune. & hono. l. 3. §. præses infra eo. l. omne. Tabularij qui mittuntur cum susceptoribus ad prouincias, vt infra de suscep. l. duos. volentes quandoque complacere potētioribus subtrahunt æstimationem potentum, & augēt æstimationem prædiorum hominum inferiorum. dicit hic Imperator quod non obstante tali collusione illi inferiores soluent tributa secundum veram æstimationem, & hoc inducit glo. contra falsos notarios Bononiæ talia committentes auferendo æstimatui vnius addendo æstimationem alterius, & puniuntur, vt in fi. huius. l. Bart. sarcinam id est onus soluendorum tributorum quam transferunt, scilicet minuendo numerum tributorum potentum, & augendo numerum pauperum. Lex ista facit contra consules, & maiores ciuitatum qui in talibus propter suam potentiam, & astutiam dicunt & asserunt se habere minus in bonis quam habeant celando pecunias & diuitias quas habent, & tenent secretè, vt eis talia quam debent minor imponatur, & maior pauperibus imponatur. Et hoc etiam faciunt illi qui nominantur in castris & villis, qui eliguntur ad talias peræquandas qui bona sua æstimant ad minus quam deberent, & bona aliorum ad maiorem summam quam valeant, & si per curiales de his veritate comperta corrigerentur, & fieret reformatio esset dignum & iustum, vt supra de apo. publi. l. 1. §. hoc etiam, & infra eo. l. peræquatores, & l. qui grauatos, & l. si peræquatore misso, & secundum An. de Barulo frans huius. l. multū regnat hodie cum quandoq; tantum æstimatur asinus pauperis quantum domus preciosa vnius diuitis alias potentis.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Prædio deteriorato debet minui tributum.*

2 *Emphyteota fraudem in re emphyteotica committēs qualiter puniatur, & quis habeat fraudē illā probare. nu 3.*

4 *Emphyteota an possit nemus vel arbores fructiferas incidere.*

1 Quisquis. Ad euidentiam scias q quando prædium tributorum deterioratur multum ille cuius est releuatur à censitore, vt l. forma. §. 1. ff. eo. modo dicit Imperator q si ad hoc vt à tributo releuaret succidi vites, & ramos arborum fructum ferentes, & ita vitio, & callidè paupertatis ingenio nō releuor: sed sum puniēdus. Nota quod ille propter paupertatem & sterilitatem nō procurat, vt hic, & ff. eo. l. forma. §. si vites mortuæ. Not. ex l. ista secundum An. & Dulium. contra illos qui mentiūtur paupertatem, illis enim dici potest, q tu mētiris callidæ paupertatis Ingenium, quod not. declinet. i. caltet. Dy. fidem censuum. i. fidelem censuū solutionem. Dy. callidè id est maliciosè. Dy. detectus. i. conuictus vel confessus. Dy. subiiciatur. s. pœnæ pro arbitrio iudicantis. Dyn. quod forte Iac. Rebuffi, super Cod.

2 melius ſtaret prout mihi videtur. Hæc.l.facit ar-
gum. contra ruſticos tenentes terras in emphy-
teoſim, pro quibus debẽt dare quartam partem
fructuum ſeu garbarium, quòd ſi omittant ter-
ras ſufficienter culturare in fraudem, & malum
dominorum quòd debeant condemnari, id eſt
ad amittendum terras quas culturare omiſerũt,
& facit ad hoc ſupra eo.de ſacroſan.eccle.auth.
qui rem, & quod ibi recitatur per Cy. in quarta
quæſtione: ſed illa auth. loquitur quando dete-
rioratur res per emphyteoſim: ſed caueatur ad
intereſſe ipſi domino.facit ibi cum dicit rem læ-
3 ſerit,&c.Quæro circa hanc.l.quis tenebitur pro-
bare quod in fraudem hoc fecerit poſſeſſor? vi-
detur quod dominus qui fraudem allegat. ff. de
probationib. l.quotiens. §. qui dolo, & pro hoc
facit iſte tex. ſed credo ꝙ ſufficiat domino pro-
bare inciſionem talium arborũ fructiferarum:
quia iſtud factum damnoſum præſumptionem
inducit contra ſcindentem arbores ſicut dicitur
in ſimili. ſupra de iureiur. l.ſi non conuicij con-
ſilio, & videtur de hoc tex. ff. de cenſi. l. forma.
§.ſi vites. ibi niſi tamen &c. quia niſi iuſtificet in-
ciſionem, præſumetur hoc feciſſe doloſè. Item
4 facit hæc. l. ꝙ emphyteota non poſſit ſcindere
nemus vel arbores fructiferas: puta per hoc de-
terioratur res emphyteoticaria, quæ debet me-
liorari quod concedo ſi arbores nemorum ſint
fructiferæ, pro hoc.ff.de cenſi.l.forma.§.ſi vites,
& ff.de iure fiſci.l.in fraudem.§.conductor. nam
per hoc vt dixi deterioratur res,vt ff.de peti.hæ-
redi.l.& qui.§.fi. ſed ſi in nemore non eſſent ar-
bores fructiferæ, ſed eſſent talis conditionis, ꝙ
ita naſcerentur poſt inciſionem, tunc ſic,vt ff.de
vſufru.l.ſilua. & ff.de verb.ſignific. l.ſilua cedua.
quia tunc videtur in fructu. & ſicut ad fructua-
rium talia pertinent, ſic ad emphyteotam mul-
tomagis, alias ſecus vt credo ſi non poſſent re-
naſci, vt ff.ſi vſufruc.pe.l.2.& ff.loca.l.ſi merces.
§. culpæ, & facit ad hoc. ff.arb.fur.cæ.l.cædere.§.
fi. Iaco. Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 Collectoris & æſtimatoris pœna. & num. 2.
Peræquator qualiter debet fundum æſtimare.
3 Abſente me & meo procuratore, & quando factum in mei præiudicium teneat.

Si peræquatore miſſo. Si miſ-
ſo per-
æquatore ad prædia tributaria extimãda de præ-
dio meo remoui colonos meos,vt minori pre-
tio prædium æſtimaretur: & me abſente per-
æquator prædium æſtimauit pro illa æſtima præ-
dij tributum ſoluere teneor etiam, ſi vltra debi-
1 tum æſtimauit. hoc dicit. Nota quòd peræqua-
tor cum vult prædium æſtimare debet ire ad lo-
cum, vt hic dum dicit: miſſo &c. & ſic per in-
ſpectionem oculorum debet veritas inueſtigari
ad idem.ff.fi.regun.l.ſi irruptione. Secundo not.
quòd propter dolum meum id quod fit in præ-
iudicium mei me abſente valet, & tenet. Iacob.
Rebuffi legum comes. Argum. ꝙ ſi aliquis circa
æſtimam ſuam de rebus ſuis faciẽdam voluerit
fraudare rem ſi ipſe æſtimetur vltra licitũ mo-
dum propter dolum ſuum de toto æſtimo col-
lectam ſoluere compelletur nec volens cõqueri
audietur: ſecus ſi dolum non commiſiſſet, vt in-
fra eo.l.qui grauatos,& ſupra eo. l.1. ſecundum
Dulium retraxerit, vt peræquator ab eo nõ poſ-
ſet ſcire veritatem, quam volebat indagare vel
eo. ſ. domino vel procuratore ſeruo vel libero.
Dyn. tenebitur. ſ. dominus qui fecit ſeruum vel
2 colonum abſentare. Facit hæc.l.contra illos qui
tempore reparationis focorum per mẽdacium
vel aliquam calliditatem manifeſtãt minorem
numerũ focorum: quia poterant puniri ad in-
ſtar illius, qui exactori tributorum ſubtraxit tri-
butorum debitorem. de quo in l.quotiens ſupra
de exac. trib.vel in duplum focagij quod debe-
bat imponi pro illis ſubtractis vel celatis,vt ſup.
de aſſeſ.l.cancellarios.in fi. Item ſecundum An.
& Doct. Not. caſum ex. l. iſta in quo cognoſci-
tur agnoſcere grauamen immoderatæ æſtima-
tionis propter dolum meum, alias contra. ſ.eo.
3 l. 1.& infra eo. l. qui grauatos. Item not. caſum,
in quo tenet qđ factum eſt in mei præiudiciũ me
vel procuratore meo abſente: & hoc propter
dolum meum, quia iſte dolus cõtumaciæ æqui-
paratur quæ pro præſentia habetur, vt ff. de mi-
nor. l. in cauſæ. §. in cauſa. Iaco. Rebuffi.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 Tributa quando ſunt remittenda ratione ſterilitatis, & qualiter conſideretur ſterilitas.
2 Prædium fertile compenſatur cum ſterili, ſicut ſterilitas compenſatur cum fertilitate.

1 Omne. Hæc lex habet duas lecturas. Pri-
ma eſt ꝙ ſi prædia in ea ſint facta
a ſterilia [a], ita quòd ſum releuandus à tributis, vt
ſupra eo.l.2.in fi. & ff.eo.l.forma.§.1. debet fieri
compenſatio, vt quãtum diminueretur de præ-
diis effectis ſterilibus tantum addatur pro præ-
dio illorum quæ ſunt effecta ſterilia, vt ſic ciuitas
non minus ſoluat, quam fuerit ſolita ꝓ tributis
ſoluere. Et pro hoc dicit gloſſ. quòd in ciuitate
Bononiæ propter paupertates fit omnium æſti-
matio de nouo, & in 1.glo.hic, in fine. Secunda
lectura eſt: habeo prædia, pro quibus debet ſolui
tributum, & quædam facta ſunt ſterilia, & quæ-
dam magis fertilia, certè illud quod remittitur
pro prædiis ſterilibus augetur pro prædiis factis
magis fertilibus, vt tantum ſoluam nunc quan-
tùm ſum ſoluere conſuetus, & ſic compenſa-
tur ſterilitas vnius fundi cum fertilitate alterius,
vt hic,& infra tit.1.l.qui per potentiam, & l.hac
2 diffinitione. comes. Nota quòd compenſatur
prædium ſterile cum fertili, vt infra tit. 1. l. qui-
cumque,

ADDITIO.

a Sterilia. Adde quando dicatur prædium eſſe ſterile Bart.in l. licet ſupra de loca.& in l.ſi vero.§.vbicumque verſic.ſed dubitatur.ff.eo.& infra l.ſi merces §.vis maior col.4.verſic. pro declaratione eo.tit.Sal.in d.l. licet col.2.verſ.quarto quando dicatur ſterilitas ibi etiam Bal.col.1.eo.verſic.glo.in cap. propter ſterilitatem, & ibi Panorm.col.2.in fi extra de loca. Berta. de Fir.in ſuo tract.de gabel. parte 2.q.25. & And. Barba. conſi. inci. ſcripſit propheta.

cumque,& l.qui fundos,& l.qui per potentiam.
sic & alias tempus sterilitatis compensatur cum
tempore fertilitatis, vt ff.loca.l.ex conducto.§.si
vis,& l.si vno anno.& extra de loca.c.propter
sterilitatem,& dic vt ibi nota.& arg. ff. de aqua
plu.ar.l.1.secūdum Dulium.§.sicut aūt. Comes.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Arbitratoris sententia, an & quando, & infra quod tempus possit ad arbitrium boni viri reduci.*
2 *Contra peraquatorem quomodo procedatur.*
3 *Præscriptio annualis quando locum habeat. Et qualiter puniatur peraquator malè æstimans.*
4 *Grauatus ciuiliter & criminaliter agere potest.*
5 *Appellatio a sententia, & appellatio ab actu extraiudiciali infra idem tempus scilicet annum terminari debēt.*
6 *Absenti causa reipubl. tempus non currit super appellatione.*
7 *Appellatio extraiudicialis quæ sit: & quæ extraiudicialis.*
8 *Lapso tempore appellationis an possit nullitas proponi.*
9 *Actiones an & quando tollantur anno.*
10 *Appellari potest a statuto extraiudiciali.*

Qui grauatos. Qui sentit se à grauamine sibi illato à
peræquatore grauatum debet intra annū a tempore sciētiæ conqueri de grauamine sibi illato,
& illi imponitur illud grauamen qui per fraudē
fuit alienatus. Item intra dictum tempus poterit accusare peræquatorem quo elapso vlterius
non auditur exceptis minoribus, & reipublicæ
causa absentibus, quibus dictum tempus non
currit nisi habuerit accedendi potestatem. hoc
1 dicit notabiliter. Hic videtur casus quòd sententia arbitratoris possit reduci ad arbitrium boni
viri infra annum a tempore sententiæ. De quo
in Spe.titu.de arbitrio.§ sequitur versi. sed infra
quod tempus, vbi ipse aliter dicit, & non allegat hanc.l.Secundo no.quòd non valenti agere
non currit præscriptio, vt hic. & supra de an.ex-
2 cept.l.1. in fi. cum simili. Sed quæro quomodo
proceditur contra peræquatorem, dicit glos. t.
per viam appellationis, quod intellige, id est per
viam querelandi non tamen est propriè appellatio: quod dic, vt in glo.hac.super verbo actio.
Vltimo pro intellectu huius.l.vide Roffre. in libellis suis in tit. de iudi.quib. subuenitur illis quibus collecta impo. vltra vires patrimonij. Bart.
3 Itē no. hic habere locū præscriptionē vnius anni, vt supra de iniuriis.l. si non conuicij.& de app.
auth.& qui. Et qualis sit pœna istius peræquatoris malè æstimantis habetur in nota. infra l.
proxi. Item nota. argum. expresse contra æstimantes qui eliguntur in ciuitatibus, vt si æstimauerint bona alicuius vltra debitū modum, ipso
æstimator tenebitur onus agnoscere, quod alij
vltra licitum modum imposuit in argum. supra
eo.l.1.& de discus.l.1.secundum Dulium, & ita
dominus Dulius intelligit hanc.l.& malè, quod
illud quod fuit super additū prædio grauati debet soluere & emendare peræquator, vt patet in
sua positione casus. Sed Odoff. intelligit & bene
quòd illud quod fuit super additamentum tributi soluat ille cuius prædium fuerat indebitè
releuatum. vt patet in textu in versi. vt illud, ibi
cognoscat. & ibi quem debitæ functioni fraus
clādestina subtraxerat. & etiam intelligit ita Dy.
vt patet in interlineari suo,& glosa ordinaria,&
idem Barto. peræquator tamen pro sua fraude
punietur prout, habetur infra eo.l. peræquato-
4 res. Item nota hic quòd grauatus potest agere
ciuiliter querelam exponendo, & petendo grauamē reuocari, & se reduci in pristinum statum:
vel potest criminaliter accusare perequatorem,
si per sordes corruptus pecunia vel per gratiam
aggrauauit illum subaddēdo tributum suis prædiis, & alterius prædia diuidēdo de tributo. Item
nota, quòd hæc lex intelligitur quòd grauatus
exposuit querelam appellādo a grauamine sibi
illato per ipsum peræquatorem, & ita videtur
intelligere glosa ordinaria hic signata. Et hæc
5 suppositio colligitur ex lege ista: quòd sicut appellatio interiecta a grauamine vel sententia iudiciali debet terminari, & finiri infra annum: sic
& appellatio interposita a grauamine extraiudiciali, & est de hoc textus expressus extra de
appel. cap. sicut appellationem. in clemen. Et
quod dicit hic, quod effluxo anno non potest
grauatus conqueri super grauamine prælibato,
debet intelligi nisi iusto impedimēto fuisset impeditus in prosequenda, & fundanda sua appellatione: quia tunc propter iustum impedimentum competeret sibi secundus, immo & tertius:
vt habetur de hoc extra de appell.capitulo.cum
sit Romana. per glo. Innoc. & est tex in capitu-
6 lo.ex ratione. Et facit ad hoc hæc lex in fine: quia
absenti causa reipublicæ agere non valēti tempus non currit sibi super appellatione. & decretalis, cum sit Romana loquitur de appellatione
iudiciali, & extraiudiciali. & quod a grauamine
extraiudiciali liceat appellare, patet in authen.
de colla. §. si quis autem putauerit se lædi. & ibi
nota. per dominum Iaco. de Bellouisu. Et facit
ad hoc supra de appella. l. si ad scribarum.& l. ij
7 qui ad ciuilia, & l. si quis prouocationem. Item
a nota quòd appellatio extraiudicialis[a], dicitur
cum appellatur ab aduersario, vt non procedatur ad aliquam electionem in eius præiudicium
vel ad aliquem alium actum, vt extra de elect. c.
considerauimus, & cap. bonæ memoriæ. & no.
de hoc in præallegata decre. cum sit Romana,
vel cum appellatur ab aliquo executore, cui est
aliqua executio cōmissa. quia non est iudex. no.
extra de offic.dele.cap.super quæstionum.§.nos
autem, & no.in dicto cap.cum sit Romana. vel
cū appellatur ab aliquo officiario vel iudice extra iudicium aliquid agente vel præcipiente, vt
in præallegata l. si ad scribarum, & l. is qui. & in
prædicto. §. si quis autem putauerit se lædi. vbi
appellabatur ab executore tributorum. & hic a
8 peræquatore. Item quæro circa l. istam si appellatum fuerit a peræquatore grauāte, & annus sit
elapsus,

ADDITIO.

a Appellatio extraiudicialis. Adde quæ dicatur iudicialis, & quæ extraiudicialis appellatio, & in quo differant Lanfran. de Oria. cap. quoniam contra falsam. §. interlocutiones, appellationes num.68. versi. & dixit Innoc. & in quibus conueniunt ibidem num.69. versi. conueniunt extra de proba.

elapsus, & appellatio sit deserta, si grauatus potest nullitatem opponere contra id, quod factum extitit per ipsum peræquatorem in præiudicium grauati, & videtur quod non per hanc.l. quia dicitur hic ꝙ exclusa sit querela. Sed dico ꝙ immo poterit, vt ff. de appel. l. si expressum: quia peræquatio nulla ipso iure per effluxum temporis non suscipit efficaciam, vt prædicta. l. si expressum, & supra de inoffi. test. l. contra maiores. Quia per effluxum temporis prosequẽdi appellationem fuit via præclusa grauato: non tamen super nullitate, vt supra quando prouoca. non est ne. vt in l. 1. & 2. & prædicta. l. si expressum. Nec obstat lex ista: quia non erat nullum ipso iure, quod gestum fuerat a peræquatore cum supersisteret; licet ipse iniustè grauasset. tunc enim non posset cõqueri grauatus: quia esset sibi imputandum: quia tamen non peregit, & ibi tempus limitatum & taxatum, vt dicitur in actione de dolo quæ debet infra certum tempus diffiniri vt supra de dolo. l. fi. & de naufra. l. de submersis: sed tunc est cõtra. supra de non nume. pecu. l. 3.
9 & ff. de accus. circa principium. Nam actiones ciuiles non tolluntur anno regulariter, sed prætoriæ sic. Sed si intelligimus. l. istam de instantia appell. quia fuerat appellatum tũc cessant contraria prædicta. Sed si intelligatur aliter põt dici quòd illud est regulare & ius cõmune: sed hoc est speciale, & potest esse ratio, quia esset damnum fisco si tanto tempore duraret actio. quia rationes fiscales nimis intricarentur si tam prolixo tempore possent in litigiis inuolui. & nota quòd fiscus in hoc est priuilegiatus: quia & alibi hoc contingit vbi hypothecaria tollitur spacio quatuor annorum, vt s. de quadri præ. l. bene a Zenone. §. 1. & 2. & fi. quandoq; tamen tollitur spacio sex mẽsium, vt s. eo. l. fi. § fi. Item hæc lex intelligitur de inchoatione causæ non de perse-
10 cutione instantiæ sicut dicetur in eod. l. fi. Item facit hæc lex argumentum, quod à statuto extraiudiciali possit appellari, vt ff. de mino. l. ait prætor. §. permitti. & præalle. §. si quis putauerit se lædi. argumentum contra ff. de app. re. l. fi. So. ibi non loquitur de tali statuto: sed appellabatur ibi, vt ex edicto non posset aliquid discerni per illum qui poterat discernere, & ita appellatio erat frustratoria, & inepta sicut & illa, vt nõ vendatur pignus obligatum. In textu ibi proclamant, id est conqueruntur. Dy. demeretur, id est diminueretur. codicum. i. scripturæ, peræquationis alias peræquatoris, cõpetitione alias petitione. cognoscat scilicet priuatus qui fuerat temere releuatus, emenso id est lapso, his etiam scilicet exceptis, &c. Iaco. Rebuffi.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Collectores & exactores aliter exigentes, quam debeant tributa, puniuntur, vt hic.*
2 *Discussor quis dicatur.*

Peræquatores. Si aliquis peræquator per negligentiam vel gratiam onus tributorum aliter imposuerit quã deberet, est honore priuãdus, & in quadruplum eius in quo deliquerit puniendus. Si autem peræquator vltra acceperit a prouincialibus quam deberet, in quadruplum restituere compelletur,
1 hoc dicit. Et nota hanc. l. contra æstimatores, & collectores tributorum & taliarum, qui plus exigunt quam debeant secundum Dulium. negligentiæ: quia diligenter non ꝯsiderauerunt quæ fertilia sunt. Dy. conuicti, id est confessi vel testibus conuicti. exsoluere violentia mediante, & sic soluitur contra supra de superexacto. l. 1. Dy. secundum Bar. approbat lex penultima solutionem. Et nota quòd hæc lex habet duas partes. Prima pars loquitur quãdo peræquator vel discussor culpa vel fraude damnificauit fiscũ, quo casu fisco tenetur in quadruplum. In secunda parte loquitur cũ peræquator vel discussor priuato damnum dedit, quo casu ipsi priuato in quadruplum condemnatur secundum Odoffre.
2 Glosa quærit quis discussor dicatur & dicit vt in ea, sed melius supra de discus. in rubrica. & vide vt dixi in l. 1. illius tit. Bar. & Iaco. Rebuffi.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Expensa facta per possessorem in melioratione rei an sint ei restituenda. tributa soluere an teneatur habens causam a fisco. & nu. 2.*
3 *Exceptio præscriptionis, an impediat litis cõtestationem.*
4 *Pœna vnius non esse debet damnum alterius vbi infertur de vassallo, & emphyteota ad dominum directum.*

Apud eum. Tria dicit. Primo quòd si peræquator prædia deserta ab aliis mihi assignauit sub certo tributo, ꝙ ego habeo illam possessionem firmam, & ad præterita tributa non teneor: sed ad futura tantum. Secundo dicit quòd si aliquis dicat illa prædia sibi obligari vel esse sua debet hoc sine mora probare, & si probauerit de iure suo restituantur: sed primo restitutis possessori impensis fa-
a ctis circa rei meliorationem [a]. Tertio declarat verbũ sine mora: quia infra sex menses intelligitur. secũda ibi si quid vero. tertia ibi verum vel.
1 Nota ꝙ habens causam ab officiali fisci non tenetur ad tributa præterita, vt hic, & j. de fun. rei priua. l. 2. in fi j. tit. 1. l. quicũq; in fi. in a. dicto, & l. locorum. in fi. Secundo nota ꝙ dicitur fieri sine mora, illud qđ fit in sex mẽses. Tertio no. casum in quo hypothecaria tollitur spacio sex mensiũ, & sic potes addere ex hac lege quintam vitam actionis hypothecariæ licet glo. in authẽ. vt ecclesia Romana gaudeat spacio centũ annorum in princip. dicat ꝙ actio hypothecaria habeat quatuor vitas, & ita hanc quintam addidi. Adde etiam hic ad id quod not. glos. supra de præscrip. 30. vel 40. anno. l. cum notissimi in princi.
2 Opponitur ad primum notabile, videtur quod teneatur ad tributa præterita, vt ff de publi. l. Imperatores

ADDITIO.

a Circa rei meliorationem. Adde Barto. in l. si finita. §. si quis damni ff. de dam. infec. & in l. si seruos. ff. de pig. act. Bald. in l. in fundo. ff. de rei vendi. & Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. §. expensæ. extra de proba.

peratores glo. non soluit hic. sed dic plene vt dixi supra de fide instru. & iure hastae fi. l. fin. tetigi
3 supra de agri. & cen. l. quicquid. Vltimo not. textum in versic. q si tempus, &c. & ibi nullum penitus &c. Nam videtur tex. q exceptio praescriptionis impediat litis contesta. ad id. ff. de verb. significatio. l. translata cum l. sequenti, & l. 1. in fi. ff. ad Tertul. videtur etiam casus supra ne de sta. defun. l. eleganter. §. si quis post ff. de condi. inde. per hoc in dicta l. emptor supra de praescrip. lon. tempor. & extra de lit. contest. cap. 1. lib. 5. & in Spe. de excep. §. dicto ver. quod autem dicit finita comes. Item nota secundum Dulium quod
4 culpa vnius non debet esse damnum alterius, vt hic, & sic publicatio bonorum vasalli vel emphiteutae non debet euenire in dispendium domini pro quo ff. de ope. nou. nunc. l. de pupillo. §. si plurium de publi. l. fraudati. §. penulti. & vlti. supra de inoffic. o testam. l. si quis. §. si. ff. si qs ali. testa. prohi l. 2. §. 1. & fa. hercis. l. inter eos. §. 1. & & est ratio quia poena debet tenere suos auctores supra de poenis l. sancimus, & extra de his quae fiunt a ma. parte ca. c quae sunt, & ista sunt in argumentum q fideiussor non debet interfici, si non exhibet illum pro quo fideiussit, vt not. 23. q. 5. cap. cum homo. reliqua, tributa tempore praeterito non soluta. Dyn. dispendio scilicet non domini obligatum, scilicet per antiquum ante translationem factam a peraequatore. Dy. confirmat, quia dicit esse suam. An. de Barulo. sine mora idest infra sex menses. Dyn. personam, vt per procuratorem. Dy. possessio quia patet eum ius habere.

De omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Diuites an & quando pauperibus praeferantur.*
2 *Praedia propter sterilitatem relicta quibus assignentur.*

Cum diuus. Imperator Aurelianus pater imperatoris Constantini qui fecit l. istam, Statuit, vt praedia deserta ex quibus consueuit solui tributum debeant assignari decurionibus illius ciuitatis tanquam ditioribus triennij immunitate concessa pro talibus praedijs: quam consuetudinem mandat Constantinus fore seruandam statuendo quod si alij reperiantur ditiores quam decuriones, vt illis illa praedia assignentur cum praedicta immu-
1 nitate. No. ex l. ista ditiores pauperibus praeferri supra de decurio. l. ad subeunda, & de praedijs cu ria. sine decre. non alie. l. 2. secundum Odoff. An. & Dulium. Item nota ex fi. l. q praedia sterilia debent vniri per partes praediis fertilibus propinquis ad hoc, vt praedia fertilia non sustineat onera illorum sterilium. Bart. In textu ibi percepta. quia praesumitur q nunc factum sit fertile cultura decurionis. Odoff. territoriis istorum curialium, quia sunt idonei. Dynus diuidantur per diuisionem applicentur Dynus. In gloss. super verbo, tenore, ibi quicunque solue, vt ibi notatur in
2 glossa, quae incipit q deserta. Nota hic q praedia propter sterilitatem deserta assignantur ciuibus vicinis magnis idoneis, & sic videtur quod inuiti possunt constringi ad recipiendum praedia deserta. Sed contra videtur, q nullus in conductione rerum fiscalium inuitus teneri potest, vt ff. de publi. l. licitatio. §. 1. & C. loca. & conducti l. inuitos nisi quando conductor per plures dominos fundos fiscales locatos tenuerat, & multa lucrata fuisset, vt ff. de iure fisci. l. 1. §. eti quinquennium, & ff. de publica. l. eorem. §. fina. & de hoc dicitur. C. locati l. si cum homines. Sed videtur q possunt compelli praedia recipere, quia immunes sunt a solutione tributorum per tres annos, & est verisimile q interim efficiantur fertilia, & sic nullum damnum patientur, sed potius lucrentur sua diligentia, & industria, & cultura, & ita fauore fisci, & culturae agrorum ad haec compelli possent vt dicitur, & pro hoc infra eodem l. qui vtilia, & ibi videtur hoc expressum, immo videtur contrarium q non cogantur inuiti, sed recurratur ad antiquos conductores, qui sterilia praedia reliquerunt, vt infra eodem titulo l. quisquis, & facit infra eodem l. finali ibi, qui nobis hortantibus, &c. Sed dico, q standum est praedictae l. quisquis quod antiqui possessores praediorum sterilium aliis recurrentibus possint compelli ipsa praedia recipere, & cautionem de qua ibi dicitur praestare compellantur. Sed dic de hoc infra eodem, l. iubemus vbi magis propriè de his debet quaeri. Sed illa lex multos recipit intellectus, vt patebit secundum notata ibi per Odoff. Iaco. Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Praedia sterilia quae dicantur.*
2 *Lex ista an intelligatur, si cum dolo emptoris alienatio facta fuerit.*

Si quis. Possidens primo fundos steriles, & fertiles tributarios si alienat fertiles, & ob hoc efficitur non soluendo tenetur ad tributa sterilium, & fertilium emptor hoc
1 dicit. Et nota q praedia sterilia appellantur hic nerui praediorum sterilium, & est ratio quia sicut in humano corpore caro fertilis, & imbecillis conseruatur p neruos ita praedia sterilia conseruantur per fertilia. Bart. In text. ibi patrimoniali, & tributario. Dynus comparauerit, scilicet aliquod fertile praedium. Dynus possessiones non fertiles. Dynus succisis, per alienationem, vtilium possessionum sterilium subiturus dictus emptor. Haec lex intelligit s'm Odoffredū cum dolo emptoris fuerint praedia vendita fertilia.
2 Sed dic etiam q dolo non interueniente tamen inopia vēditoris teneatur soluere tributū etiam pro sterilibus penes venditorem remanentibus, & ex hoc ideo: quia emptor qui sentit commodum debet agnoscere onus. ff. de regulis iuris. l. secundum naturam supra de caducis tollendis. l. pro seruo. & quia pro ipsa frandatus fuit fiscus, & sic licet non animo doloso emerit fertilia, tenebitur pro sterilibus ad tributa quorum nerui abscisi

abſciſi videntur. Sicut enim dicitur ꝙ ſi filius ſit fraudatus re ipſa reuocat donationem vſque ad legitimam reiecta illa diſtinctione an re aut cõſilio fraudatus ſuit, vt ſupra de inofficio. dona. l. liqueat, vbi fit mentio de diſtinctione prædicta, & eodem titulo l. 1. in 5. quæſtione. & ita poteſt poni caſus breuis reiectis illis verbis de dolo facientibus mentionem. Item in lege iſta non fit aliqua mentio de dolo emptoris, & ideo ſimpliciter intelligenda eſt hæc lex. Iacobi Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Cautio idonea qua dicatur.*
2 *Verbum ad ſenſum ſapientis qualiter intelligatur.*
3 *Clauſula ad ſenſum ſapientis, quid contineat, & operetur.*
4 *Notarius conſulte aget, ſi verba de conſilio ſapientis extendet coram magiſtratu.*

Quicunque Deſerta. accipiens prædia deſerta cum immunitate triennij debet cauere idoneè, ꝙ dicta prædia non relinquat cum damno reipublicæ. Hoc dicit. Sed ſi alicui aſſignarentur prædia deſerta abſque impetratione non debet hac cautione grauari, quia ſatis eſt ꝙ illo inuito ſibi fuerint il-
1 la prædia aſſignata. Bar. Nota ex lege iſta, quòd idoneè cauere intelligitur datis fideiuſſoribus,
a vel pignoribus ᵃ etiam nota in lege iſta in gloſſ. & etiam habetur in l. 1. §. iubet. ff. de colla. bo. & l. ergo. §. adijci de fideicommiſſ. lib. de quo plene per Dynum de verbo. ſignificatio. l. ſelmus. Sed quid ſi venditor vel aliter contrahens promiſit cauere ad ſenſum, & dictamen cuiuſlibet ſapientis, an ſufficiat cauere cum ſola promiſſione, an datis fideiuſſoribus vel pignoribus? An. de Barulo dicit, ꝙ ſi factum eſt tale id quo non darentur fideiuſſores de ſui natura, vt in venditione cum non imminet euictio in limine contractus: & tunc ſufficiat nuda promiſſio ſine fideiuſſoribus, vel pignoribus vt l. emptor, & l. a ff de euict. Si autem eſt tale factum ꝙ de ſui natura requirit ſatiſdationem: tunc intelligitur verbum cautionis, ſcilicet datis fideiuſſoribus vel pignoribus. vt quando immineret euictio in limine contractus vt habetur in l. ſi poſt perfectã. C. de euict. & hoc ideo, quia talia verba ſunt referenda ad ea quæ ſapiens de iure facere poteſt, & debet vt ff. de peculio. l. eo tempore in fine primo reſponſo iuncta l. nepos proculo ff. de verb.
2 ſignificatio. Nam cum dicitur ad ſenſum ſapiẽtis, intelligitur de ſapiente, qui neque fallit neq; fallitur, vt ſupra de ponderato. & auri illatione l. finali libro 10. ſecundum Dulium de quo habetur, & nota. ff. man. l. ſi mandato Titij. §. finali. in gloſſa additionali, & de verbo. obliga. Lex ea parte, & per Odoffredum, & ff. de procurato. l. non ſolum §. qui alieno, & per Dynum. ff. de præto. ſtip. l. 1. §. cautio alias, & per Spec. titu. de inſtru. edit. §. poſtremo ver. quid ſi a contrahentibus, & etiam per ipſum Spec. in tit. de emp. & venditio. §. 1. verſi. ſed quid ſi in inſtrumento.
3 Sed quid ſi teſtator legauerit liberis ſuis, & non dixerit de iure inſtitutionis, ſed in fine teſtamenti dixerit, vt teſtamentum dictetur conſilio alicuius ſapientis in iure, an poterit ibi apponere iure inſtitutionis, &c. quod videtur per iam dicta, & ea quæ habentur, & notan. per gloſſam, & Dyn. ff. de hære. inſti. l. illa. quoniam hic factũ non mutatur, ſed tantum iuris ſolemnitas adijcitur, ſine qua teſtamentum non valeret, vt in authentica cum de app. cog. §. aliud quoque capitulum ad quod bene facit ratio l. 3. in fine. ff. de re mili. & de iure codicil. l. 1. & de vulga. l. cohæredi. §. cum filio. alias nihil operarẽtur illa verba: quod eſſe non debet l. ſi quando. ff. de lega. teſtator enim etiã per alium poterat facere ſubſcriptionem l. cum antiquitas. §. cum autem ſupra de teſtam. Item per illa verba videtur eſſe commiſſa ſapienti, vt illa agat, & ponat quæ ſunt de ſolemnitatibus iuris l. in bonorum. ff. de bono. poſſeſſio. & ſupra de inge. ma. l. 3. iunctis notatis per gloſſam. & Docto. dicta l. illa. ff. de hæredi.
4 inſtitu. Et notarius conſulte aget ſi hæc conſilia ſapientis ſcribat coram magiſtratu. arg. ff. de regulis iuris l. qui actore, & de aquiren. poſſeſſio. l. iuſtæ cum ſimilibus. multi tamen Doctores tenent contrarium, quibus videtur adhærere. Bar. de quo plene per eum d. l. illa. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Datis fideiuſſoribus, vel pignoribus. Addè glo. & Bar in l ſi mandato §. fin. ff. mandati, & in l cautionis de verb. ſignifica. Ange. in authen. de execu. in princ colla. 7. de quo vide Bar. in l. prætoriæ la 3. in fin ff de præto. ſtipu. Bald. in l. ſancimus in 2. oppo. ſupra de verbo. ſigni. & in addi. ad Spec in tit. de contu. §. nunc dicamus verſi ſed nunquid excommunicatus, & in authen. cui relictum colum. 3. verſicu. item nota quod idonea cautio ſupra de indicta vidui tollen. & in l. ſciendum ſupra quorum appel. non reci. & Old. conſ 48 ſed ſufficiens & idonea cautio intelligitur datis pignoribus, vel fideiuſſori. vt no. Cardin. in clemen. 1 §. quia de pœ. & Alexan. in l. 1. qui ſatiſd. cogan.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Repudians hæreditatem inſtituentis, quo caſu priuetur omnibus alijs bonis ad eum quocunq; titulo deuolutis.*
2 *Inconſtantia reprobatur.*

Hæredes. Hæc lex eſt ſingularis, ſcriptus hæres a tributario debitore etiam onus fundorum ſterilium agnoſcere cogitur, & ſi hæreditati renũciet cogitur cedere omnibus bonis quæ aliquo titulo a debitore perce-
1 pit hoc dicit. Not. hic caſum ſingularem in quo repudians hæreditatem inſtituentis non priuatur ſolum hæreditate verũm etiã priuatur alijs bonis quocunque titulo ad eum deuolutis per inſtituentem, & ſic eſt argumentum ꝙ inſtitutus hæres a debitore communis perueſi; ſi repudiat eius hæreditatem priuatur omnibus bonis ſibi
2 quæſitis quocunque titulo a teſtatore Bar. Item nota contra inconſtantiam: quæ debet totum approbare vel in totum reprobare, vt hic, & in l. in cauſæ. ff. de procurato. & l. cum quæritur de adminiſtratione tuto. l. quidam elogio. de iure delibe. cum ſimilibus, & exorbitat multum hæc lex a iure communi, per quod poteſt quis repudiare

diare hæreditatem, & sibi retinere per eum a testatore in eius vita acquisita facto tamen inuentario, vt authentica, sed cum testator supra ad l. Falci.& l.in imponẽda,& forte hoc mouit principem vt sibi prouideret,& rei publicæ de immunitate,& ea ratione vt eultaret fraudes quæ quãdoque fiunt, vt tributa non soluantur. quoniam contingit aliquotiens ꝙ prædia fertilia possessores alienant titulo donationis inter viuos,& postea instituerint hæredes illos donatarios, qui ex post repudiant hæreditatem,& ita læderetur fiscus,& respublica: quod ferendum non est cum fraudibus occurrendum est l.1. ff. si quis in fraudem pa.& l.cum hi. §.si cum lis de transact. iuncta l.in fundo.ff.de rei vendica.cum similibus facit ad præmissa In feudis an agnatus vel filius de functi po. re. feu. rep.hæ.cap. 1. cum ibi notatis per glo.& Docto.Iaco.Rebuffi.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit domino inuito relinquere rem emphyteuticam,& quid de consuetudine.*

Qui vtilia. Possidens prædia fertilia nõ potest renunciare sterilibus; & fertilia retinere, sed omnibus debet cedere, vt omnia pariter curialibus deferantur. Barto.cum de certis, & cultis relicta, scilicet inutilia. Dynus. Nota hic vulgariter ꝙ qui comedit pingue co-
1 medat,& macrum. An. Facit hæc lex ꝙ licet de iure emphiteuta non possit relinquere rem emphyteuticariam domino inuito, vt l. sicut C. de act.& ob.& ff.de contrahen. emptio. l. fin.& infra de fun. patri. l. quæcunque iunctis notatis, & in feu.de vas.qui contra constitu.lo.re.be.alie.c. 1.& de capi.qui cur.ven.§.1.& in multis alijs locis. Tamen si est consuetudo patriæ ꝙ soluendo arreragia possit rem emphyteuticariam dimittere, vel si loquamur in oneribus meræ realibus, vt in tributis,& talis teneat multas res In emphyteusim, vel sub tributo, & velit aliquas res alienare vel dimittere,& aliquas retinere, ꝙ hoc non possit facere quin teneatur pro omnibus soluere vel omnia omittere per hanc legem, & videtur textus secundum vnam positionem infra eo.l.qui fundos,& quia steriles per fertiles sustentantur supra eo.l.2.ad quod infra eo.l.proxima, & supra eod. l. hæredes cum ibi notatis per glossam.& Docto.& maxime non videretur dubium, si omnes possessiones emphyteuticariæ vna emptione fuissent acquisitæ, vt ex consequenti non debeat fieri diuisio earundem, vt ff. de ædil.edic.& de lega.3.l.prædiis. §.balneas, & supra communia vtriusque iudi.l possessionum Iaco.Rebuffi.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Reuertantur, verbum importat retranslationem dominii.*
2 *In subsidium ad antiquos possessores recurritur.*

Quisquis. Prædium sterile desertum iniungi debet possidenti fundũ fertilem Dominicum, vel templotum,& si nullus reperitur volens dictum prædium possidere antiquo possessori restituitur præstita cautione soluendi prædicta tributa, & alias publicas
1 functiones. hoc dicit in textu ibi reluctandi. Sed
quomodo reluctat, cum prædium desertum assignetur inuito, vt supra eo.l.3.Respon.ꝙ hic honoratur in prædio Dominico, vel templorum: ibi in prædio priuati reuertantur. Nota de ver-
2 bo, reuertãtur, quia significat trãslationem [a] dominii ipso iure, & est vtile scire pro substitutionibus, de quo habes in l.1.ff.de dona & supra de reuo.do.l.si vnquam,& supra de inoffi. do.l.si to-
2 tas dixi l.centurio.ff.de vulg & ibi Bar. Item no.
ex l. ista ꝙ in subsidium recurritur ad antiquos conductores sicut alias in subsidium admittuntur ad honores qui alias non admitterentur, vt ff.de decurio.l.generaliter.§. spurios, & l spurij. Ex quibus legibus,& ista colligitur vulgare rusticorum; ꝙ melius est habere asinum in stabulo quã stabulũ vacuum. Dulius. In textu ibi vel templorum idest siue pertineant ad rempublicam siue ad ecclesiã. Dyn. antiquos qui reliquerant & deseruerant illa prædia vel quotlibet alios siue sint decuriones siue non illi possessores antiqui. Dy. Quærit hic Odoff. in quo differt hæc lex ab allegata supra proxima,& dic quia hic loquitur nõ solum de fundis fiscalibus, sed etiam reipublicæ,& ecclesiæ seu templorum, sed supra l. proxima tantum loquitur de fundis fiscalibus. Item quia hic loquitur de satisdatione ibi non, licet facta fuerit mentio supra eo. l. quicunque deserta. Item aliqua sunt plus ibi ꝙ̃ hic quia ibi fit mentio de grauamine municipum euitando & ita vna per aliam non superfluit. Item nec ob. supra eo l.1. quod solue vt hic in glo. super verbo, præstatione. Iaco.Rebuffi.

ADDITIO.

a Retranslationem. Adde Barto.in l. centurio in vltima colu. versicu.6.dubitatur ff.de vulg.& pupil.& in alle.l.1. colum. fina. versic. vlterius nota ff.de dona. Bald in l.si totas in fin supra de inofi.dona.& Ang in authen. de resti & ea quæ parit vndecimo mense in princ. vbi etiam dicit ꝙ licet importet verbũ reuertatur domini translationem non tamen importat possessionis translationem.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Fructu proprii laboris nemo priuandus est.*
2 *Coloni qui fundos steriles, fertiles fecerunt, non debent per dominos expelli, nec eis pensio augeri debet.*
3 *Tributa temporis præteriti soluere non cogitur habens possessionem a fisco.*
4 *Priuilegium non trahitur in consequentiam.*
5 *Proximiores,& vicitiores primo sunt grauandi.*

Quicunque desertum. Quinq; sunt principaliter dicta huius. l. Primo dicitur quòd si aliquis cui assignatum fuit prædium patrimoniale desertum,& sterile sua cultura, & diligẽtia fecit eum fertile, perpetuo ipse, & sui hæredes possidebunt ipsum salua solummodo præstatione

ne tributi impositi, perinde ergo habebit illud ac si fuisset domesticum, & ex patris successione quæsitum, vt nec per rescriptum principis auferatur. Secundo ibi cæterum, &c. dicitur q illæ cui fuerint prædia fertilia assignata quæ fertilia possidebat, debet soluere tantum tributa præsentis, & futuri temporis non præteriti. Tertio ibi illos, &c. dicitur q si quis possidet prædia em phyteuticaria vel tributaria iure partim sterilia, & partim fertilia, & ei deserta assignentur, q pro desertis habebit immunitatem tributorum per biennium, & sic nō soluet pro desertis debitum canonem nisi biennio transacto. Quarto ibi nemo, &c. dicitur q cuidam hospitali chachochiæ concessum tale priuilegium, q licet possideat prædia fertilia non cogatur deserta suscipere, nemo ad exemplum illius hospitalis credat se submouere ab illo onere quin possidens fertilia cogatur suscipere deserta. Quinto ibi illud, &c. dicitur q alia prædia deserta peræquator debet procurare assignare ea vicinis habentibus possessiones fertiles, & si non sint aliqui vicini qui habeāt fertiles possessiones, quia omnes eodem vicio laborant, tunc inueniat peræquator fertiles possessiones in proximiori loco, quas potest, & possessoribus earum assignet prædia deserta, & hoc vult illa litera dicere, sed inquantum fieri valet, idest potest pro interiecto spacio sibimet cohærentes inueniat proximiores quam potest; & h. d. An. In text. ibi exereuerit idest fecerit siue detinuerit idoneum, idest de inutili fecit idoneum suis filijs, & nepotibus. Dynus neq; eum, nouum possessorem qui de sterili fecit fertilem. Dynus. operis, quas in prædio deserto fecit Dynus. Cæterū pro certe pro deserta scilicet portione, quæ ei postea adijcitur debiti scilicet publici pro tributis. Dynus. suas alias vacuas, ex illis scilicet desertis quæ eis postea adijciuntur. Dynus. præsidio quo non tenetur soluere tributum. Dynus. finitimas, idest intra fines illius territorii constitutas.

1 Dynus. Nota ex primo dicto huius legis quod a fructu proprij laboris nemo debet expelli, vt infra eodem l. vltima. Dulius, & q diligentia sua cuilibet debet prodesse eōcor. supra de allu.

2 & palu. l. fin. An. Item nota existo textu ibi concludat optimum argumentum pro laboratoribus, & colonis terrarum, qui eorum cultura fundos steriles & heremos faciunt bonos, vt nō possint per dominos eorum expelli nec etiam pensio eis augeri: facit infra titulo 2. l. 1. Bar. hīc notā hic casum, q non perdo bona mea per aliquod rescriptum principis de hoc dixi supra de agrico. & cenū. l. originarios. And. ex secundo di-

lega.debent seruari consuetudines & statuta facta circa animalia ascendentia in montaneis, in tempore æstiuali, ne amplius pro transitu nec pro pastu exigatur, quam fuerit solitum, & quòd herbagia concedantur iuxta quod antiquitus fuerat obseruatum. & idem in transitu nauigiorum ad quod ff. de publi. l. vectigalia. cum ibi nota. supra noua vectig. institu. non po. l. prima. & secunda. & quod nota. supra de decurio. in rubrica. & extra de constitu. capit. 1. & 2. lib. sexto secundum Odoffre. Dulium, & alios Doctor. Iacobus Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Tria in hac lege statuuntur circa animalia depascenda.*
2 *Prata principis & priuati deuastans vtrum pari pœna puniantur. & nu. 3.*
4 *Animalibus morbosis certa pascua debent limitari ne cætera inficiantur.*

1 Insignis. Tria sunt dicta præsentis legis, mandat imperator magistro militum quòd ipse percipere debeat, quod animalia militum non ingrediantur ad pascendum amena prata fisci vel principis, & si aliquis contra fecerit in libris 12. aur. punietur. eadem pœna tenebitur, qui prata priuatorum deuastauerit: debent tamen curiales statuere loca in quibus animalia militum læsione prouincialium
2 depascantur. Nota similem pœnam imponi deuastantibus prata fisci vel principis, & deuastantibus prata priuatorum, argum. expressum in fine huius l. ꝙ per comites & barones sunt statuẽda loca, in quibus sua pascant animalia sine iniuria subditorum. Dulius. vñ lex ista loquitur magistro militum, & habet locum in Italia & in grecia: nam quando græci equitant mittunt equos ad pascua: vnde quia dominus imperator habet sua loca & prata deputata ad suum solatium, præcepit magistro militum vt prohibeat militibus, vt nullo modo audeant depascere in pratis imperialibus, nec in pratis aliquorum priuatorum. & si aliquis contrafecerit, pœnam duodecim librarum auri sustineat. Sed vnum fieri volumus ad hoc vt saluti omnium priuatorum prouideatur, quòd nullam possint læsionem sufferre, quod ipsi habeant conuenientem locum, qui sit ad pascua specialiter deputatus, vt per eum locum equis militum consulatur. Odoffre. amenis idest delectabilibus, vt sunt viridaria, commodis. idest vtilibus post hoc idest post hanc. l. mitilare idest damnificare per depastum animalium. anthiochenorum, nomen est regionis. Et nota hic parificari in prohibitione depascendi prata principis & priuatorum, & in pœnæ impositione. Sic alias etiam princeps iure priuatorum vtitur vt supra de præd. nauicula. l. 1. & infra de priuileg. do. aug. l. absit. & supra de pet. hæred. l. 12.
3 Item sunt hæc in argu. ꝙ scindentes arbores nemorum seu forestarum priuatorum subditorũ debent in tantum condemnari, inquantum condemnantur illi qui scindunt nemora seu forestas regis seu comitis. Sed hoc non obseruant iudices nostri temporis: quia scindentes arbores forestæ regis vel comitis maiora pœna pecuniaria puniuntur, quam illi qui scindunt arbores nemorum seu forestarum militum vel nobiliũ. Sed de pœna iuris contra scindentes arbores habetur. ff. ar. fur. ce. l. sciẽdum & l. 3. & l. furtim ces. §. fina. & l. sequenti. de illo viro qui scindit arbores frugiferas, vt minorem censum soluat habetur supra de censi. & censito. l. quicquid & ff. de censi. l. forma. §. si vites. Sed in terra ista est certa pœna statuta vltra extimationem arborum. quod statutum pœnale cum sit antiquum debet obseruari vt supra de noxa. l. secunda. cum ibi nota. Item facit argumen. pro statutis huius patriæ vt pro quolibet animali depascenti in pratis ortis vel bladis soluat dominus animalis quatuor denarios vltra extimationem damni,
4 pro quo facit. l. supra allega. Item finis huius. l. est argumen. quód si animalia sint morbosa in aliqua castellania siue regione debeant circa pascua limitari & deputari in quibus depascant, vt fame non pereant, vt animalia in alijs pascuis depascentia, & viuentia non inficiantur. Ad quod facit. ff. de via publica. l. ædiles. arg. supr. de spectaculis. l. si quis in publicis. Item ad id quod in fine dicitur hic, dicit Dulius per hanc. l. ꝙ per comites & barones sunt pascua statuẽda, in quibus depascant sua animalia sine læsione subditorum. facit ad hoc. infra de comitibus rei mili. l. 1. & infra de salg. hospi. non præstan. l. 1. libro 11. cum enim episcopi debeant subditos defendere ne prata vel herbagia ipsorum deuastentur per vicinos, vel alios, sic & ipsi debent ab his abstinere: vt ff. de pactis. l. cum meo. & ff. quod quisque iuris. l. 1. & ff si serui. vendi. l. altius Iacobus Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non censetur velle concedere priuilegium in alterius præiudicium.*

Prata. Prata prouincialia non debent fatigari molestia militum principis. h. dicit. & facit hæc lex contra stipendiarios communis perusii, vt non possint pascere cum eorum equis in pascuis publicis vel priuatis. Barto.
1 Nota ex. l. ista pratorum possessores non esse in istis pratis aliqua importunitate vexandos. Item nota quòd imperator non vult concedere priuilegium in alterius præiudicium etiam militibus & magistratibus. concord. supra de omni agro deserto. l. quicunque. & de metropoli. l. prima. & de statuis & ima. l. virtutum cum concordantijs.

De fundis patrimonialibus & saltuensibus, & emphyteoticis & conductoribus eorum.

Rubrica.

Visum est supra titu. proxi. de pascuis publicis & fiscalibus & etiam priuato

rum.nunc videndum est de fundis patrimoniali
bus,& fiscalibus quid iuris sit in eis,si concedan-
tur in emphyteosim. & quod ius habeat emphy-
teotæ in eisdem.

LEX PRIMA.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteota fisci an possit rem emphyteoticam sine fisci authoritate vendere. & quid in priuato,& cuius domini requiratur consensus,nu.8.& 9.*

3 *Fiscus an & quando æquiparetur minori.*

4 *Donatarius an possit propria authoritate rem donatam adipisci.*

5 *Laudemium an debeat dominus habere a donatario in possessionem rei donatæ misso.*

6 *Concedens rem alienam in emphy.alicui, qui præscribat, inde cesset in solutione canonis per triennium, an concedens possit petere rem vti commissam.*

8 *De quibus fundis loquatur hæc lex.*

9 *Ad quem spectet consensum præstare alienationi rei emphyteoticæ.*

10 *Recognitiones qualiter fiant.*

Si quis fundum. Accipiēs fundum fiscalem in emphy
teosim perpetuam ipsum donare potest,etiam
irrequisito fisco.hoc dicit Bart.&hoc saluo iu-
1 re fisci.Hoc est arg. q donatarius soluat singulis
annis debitum canonem. hoc dicit secundum
Odofr.And.& Dulium.Sed an talis emphyteota
fiscalis possit etiam sine consensu & auctoritate
fisci vendere glo.penult. hic positam tenet, q idē
sit,vt,sine consensu possit nedum donare sed ēt
vendere quia tales emphyteotæ fiscales sunt do
mini talium rerum emphyteoticarum vt no. su
pra in glo rubricæ.& idem tenet hic Barto.quia
si potest donare etiā & vendere, quia cui quod
plus est licet ergo quod minus. vt in regula iuris
cui quod plus est. idem tenet hic Odofre. per.l.
ius emphy. in eodem tit. contrarium tamen te-
net hic And.de baru.alleg.l.fin. supra de prædijs
curialium.& quia prædicta regula fallit in pluri-
bus casibus & ideo sequuntur multi Doct. per
iura dicentia maxime; quia aliud est donare &
aliud vendere vt dicta.l.fina. Item quia donatio
fit causa affectionis, quam habet donans ad do-
natarium vt ff.de dona.l. affectionis. sed vendi-
tio fit propter precium habendum. In quo ca-
su dominus potest rem retinere pro eodem pre-
cio vel laudare & inde laudimium habere, & sic
cessat illa ratio ar.l.adigere.§. quamuis.ff.de iu-
2 re patron. Nec obstat. infra eodem l.hi quibus,
circa finem: quoniam licet dicatur quod em-
phyteota potest vendere & donare, potest ta-
men dici quod verum est, aliter tamen & aliter
videlicet vendere cum consensu domini & do-
nare sine consensu,vt illa intelligatur secundum
l.istam, & secundum.l. vltim. supra de iure em-
phy. quia promptum est iura iuribus concorda-
re. supra de inoffi.dona.l. prima. Et secundum
opinio.istam fiscus non erit deterioris conditio
nis quam priuatus, qui priuatus emphyteota nō
potest vendere sine consensu domini vt. l. final.
C.de iure emphyt.Circa quod quæro,an emphy
teota priuati possit donare domino irrequisito?
quidam q non: quia lex quæ prohibet vendere
facit mentionem de alienatione: ergo de dona-
tione vt de iure emphy.l.fina. in princip. Item
quia eadem ratio videtur in vtroque casu: ergo
idem ius.ff.de verbo.obliga.l.Titia in fine, cum
simi.imo etiam est opinio quorundam, q em-
phyteota fisci possit etiam donare sine fisci con
sensu:nec hæc lex aliquid facit,quoniam hic di-
citur de iudice non requirendo,quod videbatur
a quia cum fiscus æquiparetur minori ᵃ vt supra
ex quibus causis ma.&respublica.& sup. de iure rei-
publicæ.l. rempublicam, & sicut minoris res si-
ne iudice alienari non possunt vt ff. de re. coiū.
l.2 ita videbatur q nec res fisci sine iudice posset
alienari.Sed contra statuitur hic per.l.istam. di-
cendum tamen est contrarium secūdū And. de
barulo, vt etiam emphyteota priuati domino ir
requisito possit donare,licet nō vendere.s.de pr-
dijs curiali.l.fi.& per rationes infra scriptas: vt sit
idem iuris in emphyteota fisci & priuati vt possit
sine consensu domini rem emphyteoticariam
donare & non vendere.Et lex illa vt multi igno
rantes credunt nil contineret speciale,vt dicta l.
fi.Et est ratio vt aliqui dicunt quia donare est per
dere.ff.de dona.l.filius. Et quilibet potest re sua
abuti.l.sed si lege.§ consuluit.ff. de petitio. hære
3 di. Sed melior ratio est quia cum volo vendere
debeo denunciare domino & ipse habet lauda-
re vel retinere pro illo precio: quod secus est in
donatione cum forte, volo donare alicui ami-
co, cui sum ad antidora obligatus, cur hoc de-
nunciarem domino cum non interueniat aliqd
precium secundum Andream de barulo, p quo
bene facit.ff.de superficie.l.1.§.penultimo. cum
legatum dicatur donatio.ff.de lega.2.l.legatum.
& fit legatum sepissime ob meritum & propter
affectionem vt donatio.ff.pro socio.l. nec adie-
cit.de istis & de statutis prohibentibus venditio-
nem in certis casib. an extendantur ad donatio
nes & de multis remissionibus scripsi plene. su-
4 pra de prædijs curialium.l. fina. libro 10. Sed vl-
tra hoc quæro ex quo visum est, quod emphy-
teota priuati potest donare etiam domino irre-
quisito, possit dubitari an talis donatarius pos-
sit sua propria authoritate adipisci possessio-
nem rei donatæ & videtur q sic: quia ex quo per
mittitur donatio: ergo & rei donatæ accipien-
di possessionem facultas etiam sine consensu
domini permissa videtur. ff. de iurisdi. omnium
5 iudi.l.2. & quia larga debet fieri interpretatio hu
ius.l.argum.supra de bonis vacan.l. si quando li-
bro 10.Sed credo q nō liceat sibi possessionem
adipisci sine licentia domini: & hoc ideo quia
nouus emphyteota debet induci in possessio-
nē p dām,alias cadit a iure suo.s.de iure emphy.
l.fi.& ibi loquit indistincte de quolibet nouo em-
phyteota. Itē domini interest inquirere de per-
sona qualis est, & si est sufficiens de soluendo ca
nonem vt in præalleg.§. & demum ipsum repel
lere vel admittere & in possessionē inducere. &
hoc credo verū licet multi dicant cōtrium. Super
hoc credo standū cōsuetudini,& obseruātiæ pa-
triæ:

ADDITIO.

a Aequipareretur minori. Adde quod notaui in apost.ad istum
post eum in rubr.de iu.fisci nu.3 & 4.lib.10.

triæ: & tunc illa opinio præualebit quæ vsu fue-
5 rit approbata ff. de legi. l. si de interpretatione. Item quæro si per dominum debeat in poss. induci an possit aliquid petere a nouo emphyteota & credo quòd sibi debeatur quinquagesima extimationis rei ratione laboris, quia vt dixi de qualitate & facultate noui emphyteotæ haberet inquirere, & ipsum inducendo in possessio. habet laborare argum. in authen. de iudici. §. ne autem labor. & in authen. de sanc. episc. §. pro consuetudinibus. & facit supra de metalla. & metallis. l. prima. & ff. de lega. 3. l. his verbis. §. alumno, sed circa hoc credo esse standum consuetudini prout supra dixi in proxima quæstione. Et nota circa hanc. l. quòd si emphyteota nouus priuati cesset soluere pensionem seu canonem, potest priuari ipsa re sibi concessa si per triennium cessauit emphyteota priuati, & emphyteota ecclesiæ per biennium vt supra de sacrosanctis ecclesijs, authentica, qui rem. & de iure emphy. l. secun-
6 da. Sed circa hoc quæro si aliquis concessit rem alienam Ticio in emphyteosim, & Titius tenuit & præscripsit rem ipsam, & postea cessauit in solutione canonis per triennium, nunquid concedens poterit petere rem vt sibi commissam: & videtur ꝙ non: quia non habuit ipsam seu dominium rei ab ipso concedente: sed ex sua diligentia & facto suo. ff. de regu. iur. l. nemo plus iur. & ff. de acqui. rer. dom. l. traditio. quia dominiū nō transtulit cum res non esset in eius dominio, vt dictis iuribus: sed dico ꝙ imo rem poterit petere vt commissam: quia cum habuit causam ab ipso non potest sibi referre quæstionem dominij vt supra loca. & conduct. l. si quis conductionis titulo: sed prudenter faciet concedens si intentet conditionem ex. l. non rei ven. cum præscriptione non acquiratur dominium directum, sed vtile seu effectus dominij, vt habetur & notatur. supra de bo. mater. auth. si triennale. hanc autem q. mouet Io. de blenasco in sua summa libellorum in ti. de act. in rem vtil. imo tenetur talis Ticius emphyteota ei qui concessit sibi rem in emphy. licet alienam soluere pēsionem seu canonē quamdiu non euincatur res ab eo ar. l. rescriptū. §. qui aliena. ff. de distrac. pig. ex quo causam habet ab eo pro quo. ff. deposit. l. bona fides. §. incurrit & ff. de euict. l. si plus §. fi. & C. eod. titu. l. si rem. & in feu. de controuer. feu. inter dominum & empt. c. 1. Item not. ꝙ emphyteota debet ven-
7 dere rem cum consilio domini vt supra de iure emphy. l. fi. iuxta hoc quæro si sufficit requirere consilium. & respondeo ꝙ sic vt dicta. l. fin. Sed non tenetur. id sequi quia potest rem vēdere personæ idoneæ & dominus debet laudare vel reti-
a nere & ꝙ sufficiat petere consilium [a] facit extra de arbi. c. cum olim, & facit quod not. in simili. per thy. supra de episco. & cler. l. id quod pauperibus. in 15. q. & no. per Guy. de vasio. extra ne so de vacan. c. 1. lib. 6. super vers. consilio epi. habet tamen dñs spacium duorum mensium ad retinēdum pro eodem precio vel ad laudandum vt l. fi. vers. sed ne hac occasionē. sup. de iure emph. Item quæro hic de quibus fundis loquantur iura huius titu. & videtur ꝙ de illis quæ ad imperatorem pertinebant antequam esset imperator: & ad hoc facit quia rubrica dicit de fundis patrimonialibus, & de hoc aliquantulum per glo. in
8 rub. Sed dic ꝙ imo ēt loquitur de fundis & prædijs imperialibus & ad imperatorem & principem pertinentibus ratione imperij. & est sciendum ꝙ quandoq; dñr dominici quia ad imperatorē vt ad dominum mundi pertinent, sic ēt sumitur. C. ne rei dominicæ vel templorū. & infra de agri. & māc. l. dominicos colonos & ĩ. de grege dñico. l. 1. ipse enim dñs mūdi est, vt ipse idē attestatur vt ff. ad l. ro. de iac. l. deprecatio eudemonis. Item ꝙ fundi rei priuatæ sunt imperatoris & imperii & sic idem quod dominici patet. ĩ. de fund. rei priuatæ. l. nemo dempto canone. quia fundi rei priuatæ dicuntur fiscales vt no. infra de fun. re. priu. in rubrica. & l. 1. & 2. & habetur. ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. hoc interdictum ad ea loca. & gl. exponit priuatæ idest fiscalis vt infra de ag. & manc. l. 1. super verbo priuatæ. & dicuntur priuati seu rei priuatæ pro tanto, quia ad priuatam vtilitatem principis sunt dedicatæ & etiam quia imperator dicitur pater omnium vt in auth. de incestis nup. §. dubitatum colla. 3. & in authe. neque virum quod ex dote. §. si. colla. 7. Item dicūtur ciuiles idest fiscales vt infra de locatione fundo. fiscalium. l. 1. & in prædictis ti. patet ꝙ ciuiles dicantur idest fisci vel imperatoris. & ista nomina videntur synonima. idest idem significantia. Item dicuntur res ciuiles idest ad ius publicū pertinentes vt sup. de peti. bo. subla. l. 2. circa finem. Item alibi dicit imperator pr̃imonio nostræ pietatis. Et illud dr̃ impiale, vt infra de priuileg. do. aug. l. excepto. bene tamen etiam possunt esse patrimonialia fiscalia & alia propria & in proprio patrimonio cōsistentia, vt ea, quæ habebat ex se, vel a suis progenitoribus antequam esset assumptus ad imperium, & ad coronationem suam vel etiam eo existente imperatore, vel ēt quæ ab antiquo imperij erant, quæ in regno Frāciæ dicuntur hic esse de domanio. ad quod facit l. fundi. in princ. infra eo. & quod ibi not. in prima glo. & sunt diuersi ærari & diuersi procuratores & diuersi aduocati & in ipsis patrimonijs diuersitas vt patet. C. de modo mulctarum. l. 2. & 3. nam dicitur rationalis rei nostræ idest cesaris vt sup. de edendo. l. procura. & sup. de offi. comitis rerum priu. l. 1. & supr. vbi causæ fiscales vel diu. do. l. ad fiscum. & sup. si adue. fiscum. l. . & vt dixi quandoq; accipitur rei priuatæ idest fisci. & quandoque idest cesaris. & de patrimonio cesaris, quod habebat ante coronationē vel postea vt supra dixi. & not. infra de fundis rei priu. l. vniuersi. glo. 2. & dicitur. ff. de offi. procura. ces. l. prima. Item & de comitibus sacrarum largitionū & orientis. not. per Odoff. in rubrica præallega. de offi. procur. cesa. Item habetur de hoc. supra de cadu. tol. l. 1. §. per omnia. vbi dicit præferendam esse publicam vtilitatem rei suæ priuatæ. de hoc etiam scripsi. sup. de cano. largi. tit. l. præcepit. & de iure fisci i rubrica li. 10. Itē circa. l. istā
9 potest quæri cur fecit hic mentionem de iudice cum potius ad officium censitoris seu perequatoris pertinet approbare, vel ꝯcedere donationem

ADDITIO.

a Petere cōsilium. adde an possit facere eo non habito. Ancho. cons. sing. suis su ver. consiliū raci. quādo in aliquo actu.

tionem, si requiratur consensus vt sup. de censi.
& cēsito l. 3. & l. perequatores. & l. fi. sicut & pro
curatoris cesaris consensus in adeunda hæredi-
tate requiritur vt ff. de officio procuratoris ce-
sa. l. 1. potest dici non videbatur q̄ esset consen-
sus iudicis requirendus & eius decretum sicut re-
quiritur in alienationibus rerum immobilium
minorum & etiam in alienationibus rerum cu-
rialium vt supra prædijs minorum. l. 1. & l. non
solum. sic etiam cum alienatur res immobilis ci
uitatis. supra de venden. rebus ciui. l. fin. Et impe
rator & respublica ciuitatis minoribus æquipa-
rantur vt supra de iure reipublicæ. l. rempublicā
& supra de sacrosanc. eccles. l. vt inter diuinum.
sed hæc lex dicit quòd non requiritur consen-
sus domini in donatione alicuius. & Odofr. ali-
quantulum de hoc dicit hic. Item hæc l. cum di-
cit salua l. fisci. & l. nihil proponitur. ff. de lega. 1.
& supra de omni agro deserto. l. qui fundos. &
ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. si in vē
10 ditione. Et hæc faciunt pro his quæ instar reco-
gnitionum fundi & emphyteosis regulariter ap-
ponuntur, in quibus, dicitur hanc recognitionē
recipio saluo alio iure meo, & quolibet alieno:
de Securo & Docto. & Iacob. Rebuffi.

L E X II.

S V M M A R I V M.

1 *Vectigalia omnia Florentiæ ex consensu principis sunt li-
cita.*
2 *Negligentia iudicis qua & qualiter puniatur.*
3 *Commissum nunquid purget tutor si post triennium reci-
piat solutionem.*
4 *Tutor an habeatur loco domini.*
5 *Tutorum & curatorum negligentia in omittendis legiti-
mis exceptionib. punitur in expensis factis per aduersa-
rium pupilli.*

Patrimonialis. Si pro re emphyteote
caria patrimoniali de
bito tempore soluta pensio non probetur, mi-
nori damnum ipso iure nō infertur: sed tutori &
1 curatori in solutione cessantibus. hoc dicit. Et p
hoc patet, q̄ cum omnia vectigalia communis
florentiæ ex cōsensu principis sint licita, q̄ si mi-
nor cessat soluere vectigal, quod debetur ipsi ci
uitati, dāno nō afficit & hoc est verū nisi ciuitas
sup hoc legem ꝓpriā haberet: quia tūc minori
curreret præscriptio statutaria licet restitui pos-
set vt in c. constitutus. extra de in integ. restit. In
textu ibi aurariam idest in auro consistētem. fru-
mentariam idest in frumento consistentem. se-
rius idest tarde permanente idest seruata. sed qua
liter punietur talis tutor vel curator, dicunt qui
dam q̄ dabit fisco extimationem prædij: alij te-
nent sic cum glo. maior autem perdet fundum
vt supra de omni agro deserto. l. omne. Circa au
tem materiam quæ hic tangitur in glo. vide qd̄
not. per Cy. dicta l si tutores. C. de admi. tuto. &
2 quod scripsi sup. l. proxi. Nota ex hac. l. aliquem
pati pœnam negligentiæ vt infra eo. l. quicunq;
in fi. & supra de offic. præ. præto. orien. l. si quos.
& de custo. re. l. carceris. nam quandoq; per ne-
gligentiam perdit ordinarius iurisdictionē vt ex
tra de fo. compe. c. licet. & c. seq. & not. aliquem
pati pœnam desertl officij, vt hic. & sup. de decu
rio. l. carentiam. & l. qui ad magistratum. l quidā
ignauiæ & ad municip. l. Lucius. & de offi. præsi.
l. diuus. in fi. Dulius. Item no. q̄ negligentia iudi-
a cis* & administratoris etiam puniēda est. vt hic
not. per Dulium. Nam & iudex punitur si crimē
commissum non puniat vt supra ne Sanctum
Bap. iciterc. l. fin de commer. & merca. l. 2. de pri
ua. car. inhi. l. 1. cum ibi not. & de appel. l. quoniā
iudi. circa fi. ad quod ff. de regu. iur. l. culpa de cu-
sto re. l. ad commentariensem. & de iudi. l. pro-
perandum. §. fi. Et propterea curiales regij quan
doque defectu ordinariorum assumunt cogni-
tionem causarum ad ordinarios pertinentiū. ad
quod in auth. vt diffe. iudi. §. 1. coll. 9. de mā. prin.
§. & non permittere. colla. 3 in feu. de pa. iu. fir. §.
iudices vero. & de statu. & consue. contra lib. ec-
3 cle. facit. §. si vero dominus temporalis. Iuxta. l.
istam quæro quid esset cōtra. videlicet si fundus
teneatur in emphyteosim à pupillo & tutor post
triennium elapsum recepit censum seu canonē
trium annorum elapsorum nunquid purgatur
cōmissum sicut purgaretur si maior recepisset
pensionem. vt supra de iure emphyteo. l. 2. ff. de
l. commis. l post diem. & videtur q̄ sic. quia tuto
ri potest solui & soluens consequitur liberatio-
nem vt supra de admi. tut. l. constitutionem. cum
ibi notatis. Item tutor habet loco dñi vt ff. de iu-
di. l. interdum. §. qui tutelam & facit pro hoc. ff.
de verb. obl. l. qui Romæ. §. calimacus. q̄ potest
pro vtraq; parte induci. & facit. ff. de admi. tut. l.
tutor. §. ad vtilitatem. Sed cōtrium de rigore, quia
ꝓpter prædictam cessationem solutionis res cō
missa est ipso iure, & acquisita est pupillo. vt su-
pra de iure emphy. l. 2. & fi. ergo rem pupillo ac-
quisitam pupillus non amittit propter perceptā
solutionem sup. de prædiis minorum. l. non solū
& l. 1. & quia sine decreto res minoris alienari
non potest, vt dicta l. non solum. & l. ob æs alie-
4 num. Item tutor non habetur loco domini, cum
pupillum damnificat. vt ff. pro emptore. l. q. fun-
dum. §. si tutor. Item remittere est dare. vt ff. de re
gu. iur. l. si quis obligationem. & de cond. ob cau
sam. l. si mulier. sed tutor dare nō potest rem pu-
pilli. vt ff. de admi. tuto. l. non oīm. & dicta. l. non
solum. Item talis alienatio, quū est tacita vel expres
sa vt ff. de verb sign. l. alienationis. Item facit ad
præmissā. ff. de admin. tuto. l. Lucius Titius cura
tor. §. fi. & de cura. furiosi l. ab agnato. & de tran-
sac. l. cum hi. §. prætor. non ob. in contrarium al
le. quia pro vtilitate pupilli potest solutionē re-
cipere, & talia facere pro commodo ipsius. sed
eius factum vel negligentia, non debet pupillo
5 damnum afferte. vt etiam in hac l. patet. Hæc. l.
patrimonialis in fi. facit contra tutores & cura-
tores q̄ exceptiones legitimas vel allegationes
omittunt,

A D D I T I O.

a Negligentia iudicis. Adde q̄ negligentia in iudice facit eū
puniri in causa criminali tanquam conscium criminis ita no
ta Bald. in l. non solum supra de commer. & merca. Aduerte
tamen q̄ iudex non dicitur negligens si non facit quia pars
non petit ita not. gloss. in l. cum seruum. supra de ser. fugi. Bal.
in l. mancipia. eodem titu & in l prima §. magistratibus. sup.
de magistra. conue. & in cap. iudices columna 3. de pace iur.
fir. in vers. seu.

omittunt, deinde petunt restitutionem in nomi neminorum ꝙ ipsi teneantur aduersario in expensis. vel si alias eorum culpa vel negligentia negocium differatur ff. de leg. 2. l. qui solidum. §. etiam. Iacob. Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota an possit petere remissionem pensionis ratione sterilitatis.*

2 *Directum dominium an possit alicui per rescriptum tolli.*

3 *Adiectioni non est locus in venditione patrimonialium, vel ciuitatis.*

Quicunque Possessiones. emphyteota ob sterilitatem nõ petit remissionem mercedis, & rescriptum impetratum per obreptionem non valet. Item fundus fiscalis in emphyteosim perpetuam ab emphyteota nõ potest auelli, licet alius offerat meliorem conditionem. h. d. Et not. hic casum in quo emphyteota ob sterilitatem non potest petere remissionem, licet secus sit in colono. Sed an hoc sit verum simpliciter dic vt no. in authẽ. de non alie. § hoc igitur. & per Ia. de Belloui su. eo. tit. §. qui vero leonis. Bart. de quo etiam colono simplici habetur. ff. loca. l. si vno anno. Itẽ not. ex hac. l. ꝙ vnum iudicatur pro me & aliud
2 contra me. sic. ff. de iureiur. l. cum qui. Item nota casum in quo nil operatur rescriptum. vt dixi su pra de peti. bo. subla. l. 1. li. 10. Quarto not. ꝙ per rescriptum non potest alicui euelli directũ dominium. vt supra de fide instru. & iure hastæ fi. l.
3 fi. nec vtile vt hic in fi. Quinto not. ꝙ non est locus adiectioni in venditione siue locatione fundorum patrimoniliũ sicut nec ciuitatis sed fiscalium sicut hic. & supra de vend. re. ciui. & infra de diuer. præ. in l. eos. & hoc nisi fiat locatio fun di patrimo. ad tempus vt infra de loca. fundi ei ui. l. congruit. & intellige hoc vt dixi in eo. tit. l. fi. & 2. An. In tex. possessiones. s. patrimoniales. ad refundendum. idest remittendum canonem remanere, intellige si soluatur annuatim quod sol ui debet. Iacob. Rebuffi.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Pacto potest conuenire fiscus, vel ecclesia, vt per cessationem triennii res non cadat in commissum. ex quo infertur ad statutum montis Pessulani. nu. 2.*

Fundi. Si fundi patrimoniales principis in emphyteosim conceduntur ap posito pacto vt ratione canonis non soluti non incidatur in commissum, ob hoc non releuatur emphyteota a solita præstatione canonis hoc di
1 cit. Et nota text per quem patet ꝙ eũ ecclesia & fiscus pari passu ambulant vt l. fi. C. de sacrosan. eccl. ꝙ sicut fiscus concedere potest fundum in emphyteosim pacto apposito vt non incidat in cõmissum ita ecclia. So. habes ꝙ p istud pactum non tollitur quin emphyteota teneatur soluere canonẽ. Bar. In tex. ibi cedunt. i. pertinent. qa eis concessi sunt. nõ possit. i. non poterit esse metus ꝯfiscationis. & hoc verum si pẽtio soluatur alias secus vt. J. sequitur dñi. s. vtilis. vt ff. si ager vecti. vel emphy. pet. l. 1. & 2. ita tñ vt ea. q. d. sunt vera prædicta si pro his fundis soluatur principio qđ
2 olim solui consueuit. Facit. l. ista secundũ intelle ctum Bar. Odoff. An. Dulij. & aliorum notatorũ p statuto municipali mõtispesu. incipiente, & talem tenorem continente, si quis cessauerit solue re canonem pro domo vel pro quolibet honore suo, q a dño mõtispesu. vel eius fertalibus teneatur etiam lõgissimo tpe nõ habet locũ periculum incursionis sed cẽsum debitũ solummõ soluat. vel põt intelligi hæc. l. ꝙ nõ loquatur de aliqua pactione, sed dicat ꝙ nõ dẽt fundus aufer ri emphyteotę si pensionẽ solitã ex integro soluat. vt supra eo. l. qcunq; in fi. & maxime si talis emphyteota aliquid dedit pro rata. ad qđ facit. sup. ne fiscus rem quã vẽdidit euincat. l. 1. & sup. de iure emph. l. 2. & sic põt hæc. l. intelligi qñ pactio non interuenit, & quando emphyteota nolebat soluere pensionem, sed a solutione se pror sus abstraheret.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Absentis res immobilis an possit vendi prohiberi per statutum pro talia imposita.*

Si qui. Suscipiens a perequatore fundũ desertum seu ab alio derelictũ possidebit ipsum ppetuo. h. d. Bar. In tex. destitutum. id est desertum seu derelictũ. possideant. s. noui em phyteotæ. secundus sub. cuius nunquã fuit prædiũ accedat. i. admittat ẽt si plus offerat. nec ob. s. de omni agro deser. l. agros. & l. locorum. qa loquitur de antiquo possessore q quãdoq; infra bienniũ, qñq; infra sex menses põt recuperare pdiũ derelictũ iuxta modũ ibi traditum. hic autẽ de
1 eo cuius nunquam fuit prædium. Et sunt hic in arg. ꝙ si secũdum statutum ciuitatis res immobiles absentiũ possint vendi pro talia sibi imposita ꝙ si vendita fuerint possit dñs eam vel ea recuperare soluendo taliã & expẽsas: infra tamẽ tpa in illis legibus statuta. Sed alius non possit eam ab emptore auferre. ad qđ sup. de iure do. impetrã. l. fi. vt sic tale statutum interpretetur, & per hæc iura. Iacob. Rebuffi.

LEX VI.

In quibus. Donatarius principis rẽ sibi donatam possidet incon cussam, & eam in aliũ potest transferre. h. d. Bar. q. d. siue in vltima voluntate siue inter viuos. vẽdere aũt nõ poterit dño irrequisito, vt fuit dictũ s. eo. l. 1. an. Vñ no. ꝙ licet hæc. l. sit localis, tamẽ idẽ in aliis alibi sitis vt. s. eo. l. 1. Et ꝓpterea intellige ꝙ possit quocũq; titu. alienare eo mõ quo fuit dictũ d. l. scilicet donare & legare sine cõsen su principis saluo canone annuo. vt ibi. & ff. de leg. 1. l. nihil. & de superficie. l. 1. §. quod ait. & hæ redem instituere. vt ff. de verbo. signific. l. in con uentionibus. & si ager vecti. l. prima. & de ali.

mu.iudi.causa.fac.l.ex hoc edicto.§.si hæredem & scripsi plene dicta.l.1. supra eo. & de prædiis curia.sine decre.non alie.l.si.lib.10.Iac.Reb.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia reuertitur in caput negligentis.*
2 *Pensio an sit minuenda ratione sterilitatis.*
3 *Fideiussores dandi sunt, vbi facultates non sufficiunt.*

Quicunque Accipiens in emphyteosim a fisco debet cauere de non deserendo sub hypotheca suorum bonorum si est idoneus facultatibus alias satisdare tenetur: quam satisdationem si magistratus obmiserit, ad suum redundabit periculum. hoc dicit. & est arg. ꝙ vbi ex forma statuti aliquis tenetur satisdare antequã acceptet officiũ alicui⁹, ꝙ si ẽ idoneus creditur soli cautioni cum generali hypotheca bonorum suorum. Bar. In tex. redundãtia.
1 idest abundantia. Dy. solicitat idest ad quorum officium pertinet locatio. Not. ex ista l. negligẽtiam reuersuram in caput negligentis. vt supra de agrico.& censi.l.fi.& supra eo.l.2.& ibi not. in fi. & propterea baiuli thesaurarij & alii arrendatores redditũum regiorum aut aliorum dominorum tenentur si munus non idoneis arrenda-
2 uerint vt hic,& dictis.ll. Item no. ꝙ pp sterilitatẽ non dimitiĩt pensio nec ob. sup. locati.l.licet.qa ibi loquitur in simplici & temporali cõductiõe. hic in ppetua pẽsione, quæ debetur rõne rei emphyteoticariæ. Item nec ob. sup. de allu.& pallu. l.2. Sed dic vt no. sup. de iur. emphi.l.1. in gl. pe. & fi. No. tamen vnum ꝙ sicut nõ diminuitur pensio propter sterilitatem: sic nec augetur propter
3 fertilitatem. vt infra de fundi. rei priu.l.2. Itẽ no. ex l. ista secundum Odoff. casum in quo sunt dãdi fideiussores, vbi non sufficiunt facultates sic. ff. qui satisda.cog.l. 2. supra de omni agro deser. l. quicunq; alias quisquis. Sed si non sit bene permissum potest deserere predium. sic intelligitur. sup. de omni agro deser.l.2.l. qui vtilia.& l. q̃squis l. qui fundos.& etiam per Odoff. supra. eo.l.1.

LEX VIII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, non debet audiri, an impediat litis ingressum.*
2 *Res non est auferenda ei, cui primo fuit concessa.*

Omnes. Fundi limites militibus assignati etiam per rescriptum vel annotationem in emphyteosim vel iure dominii in alium transferri non possunt,& translati reuocãtur. hoc dicit Bar. In tex. ibi penitus audiunt. No.
1 de hac exceptione introducta per statutũ ꝙ qs non debeat audiri: nam impedit litis ingressum
2 vt hic. supra de legi.l.leges. & per Barto. Not. ex hac. l. ꝙ non licet alicui auferre rem illi cui primo erat concessa. in authen. de referen.§. præterea. etiam si per principem sit hoc cõcessum. ad quod supra ne fiscus rem quam ven. euin.l.1. supra de testa.l. ex imperfecto. faciunt quæ habentur.& no. per Dy. extra de reg. iur. c. mutare consilium.& c. quod semel. lib.6.

LEX IX.

Vniuersi. Odoff. ponit sic casum. Quidã habebat prædium fertile in emphyteosim a priuato non debet cogi a perequatore suscipere prædium sterile fisci desertum. h. d. secus si haberet prædiũ fiscale fertile & aliud prædium fiscale sterile & desertum. quia tunc illud cogeretur suscipere vel fertile dimittere. & sic intelligatur. supra de omni agro deser.l.1.& l. vtilia.& l. quicunq;.& l. qui fundos & l. q per potentum.& l. iubemus.& l. prox. infra eo.& no. sic compensationem nõ admitti nec admitteretur supra de omni agro deserto. l. hac diffinitione. sicut nec admittitur. 14. dist. c. quod ait. sm Odoff. Sed Dulius dicit, ꝙ ista. l. facit differentiam inter patrimonialia pdia,& tributaria, quæ emit priuatus a priuato saluo tamen canone. & illa patrimonialia quæ quis directo accepit a principe in emphyteosim, quia primo nõ poterat adiici desertum prædium a perequatore. & si quis cõtrarium fecerit erit graui mulcta feriendus. secundum Dulium. & ista positio bene cõsonat cum positione glo.& cum positione casus. An.& Barto.& Iacobus Rebuff.

LEX X.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio fit de prædio sterili cum fertili.*
Valor qualis debet attendi in impositione tributorum.

Fundos. Si aliquis habet prædium patrimoniale principis fertile i emphyteosim, si vacat aliud sterile illud cogitur suscipere. h.d. & facit de omni agro deser.l.1.& qđ
1 not. supra l. proxima. Not. hic compensationẽ admitti sterilis & fertilis. quia de vno prædio ad aliud compensatio fiet. Odoff. & idem sentit gl. Dulius. An. Not. hic esse speciale in principe: qa secus de priuato ad priuatum vt supra l. proxi. facit ꝙ si aliquis habens prædia fertilia acquisiuit aliqua sterilia seu hærema sic deuenta propter mortalitatem vel guerras, ꝙ debeat contribuere in collectis etiã ꝓ istis hæremis ꝓ valore quo contribuere solebant. sed verius est vt debeant
2 æstimari in valore, in quo de præsenti [a] & secundũ redditus q nunc percipiuntur. sup. de ope. pu. l. oẽs. sup. de immu. ne. ꝯce.l 2. de apo. pub.l.1. ff. de vaca. mu.l. his oneribus.§. cunctis.& de mu. et ho.l. cum extruendum.§. inopes. Iac. Reb.

ADDITIO.

a In quo de præsenti sunt Adde Bal in .l.3. col pe. sup. de rescin. vendi.& in l si seruum. ff. ad l. aqu.

LEX XI.

SVMMARIVM.

1 *Pacto an possit conueniri, quod venditor soluat canonem.*
2 *Lex ista diuersimode interpretatur, & nu. 3.*

Pen-

4 *Pensionem petendi ius an possit longo tempore præscribi.*
5 *Principis authoritas plus valet, quam pactio contrahentium.*
6 *Venditor quando & non possessor præstat censum.*

Ius emphyteutici prædij.

Hæc l. diuiditur in duas partes, vt patet ex litera.
& prima pars legitur tribus modis. Primo modo in gl. 1. huius l. Alijs duobus modis in glo. vlti. secundum primam lecturam. Istud principiū
vr dicere ꝙ pensio emphyteutici prædij a fisco
defenditur per emptorem non ob. pacto, ꝙ vē
ditor soluere debeat nisi principis iudicio fuerit
firmatum. h. d. Verba autem hæc expone vt inf.
dicam. & hæc lectura placet & est vera & nota-
2 bilis. Ex qua habes ꝙ possidens fundum patri-
monialem vel fiscalem, si ipsum vendit pacto
apposito, ꝙ ipse venditor teneatur canonē sol-
uere, & non emptor; tale pactum nullam obli-
gationem inducit: qm̄ ius percipiendæ pensio-
nis immutabile est, nisi fuerit firmatum iudicio
principis. & secundum dictam lecturam expo-
ne verba hoc modo. ius. i. pensio. quod. i. ꝙ pen-
sio. sine obligationis vinculo. Ideo dr̄ quia non
inducitur obligatio, ꝙ venditor teneatur ad so-
lutionem pensionis, & non emptor. retētatum
est. i. retenta. mutabilibus. in incōmutabile sub.
nisi talis pactio sit iudicio principis firmata, vt
2 in litera patet. Aliæ vero lecturæ quæ ponuntur
in gl. vlt. recipiunt potius vltra responsum quā
prin. huius l. possessionem, est secunda pars hu-
ius l. & legitur tribus modis hic versus. Primo
modo qui emit prædium patrimoniale emphy
teuticum non iuuatur ex vetustate tēporis, quo
venditor soluit canonem, quominus ipse em-
ptor soluere teneatur. Secundo modo legitur,
ꝙ ille qui possidet prædium emphyteuticum,
non emit nec in eo habet aliquem titu. sed ip-
sum prædium malitiose quæsiuit: & ideo nō iu-
uatur ex vetustate temporis, quin ipse teneatur
soluere canonem, licet non soluerit. & secundū
secundam lecturam verbum, vitiosa possessio q̄
sine obligatione & titu. fuerit non iuuatur tpis
vetustate. secundum vero primam lecturam est
adiectum nominis vetustate. q. d. possessio quæ-
sita sine obligatione. l. cum pacto de quo fit mē
tio in prin. l. ꝙ emptor non teneatur ad pensio-
nem, quæ pactio non parit obligationem vt di-
ctū est non iuuatur vitiosa vetustate tpis, quo-
minus emptor teneatur soluere canonem, licet
3 per vetustata tpa non soluerit. Tertio modo le-
gitur hic versiculus secundum Azo ꝙ non lo-
quatur de præscriptione libertatis ꝯ pscriptio-
nes canonis, sed loquatur de iure ipsius fundi
emphyteutici vt ipsum ius non præscribatur lō-
go tpe. i. 30. annis, ꝙ non soluit canonem certe
possum agere ꝯ te in rem non obstante præscri
ptionis exceptione. Sed hæc lectura reprobatur
per Acc. quia nō est verum ꝙ hæc l. loquatur in
fundo priuati emphyteutico; sed in fundo patri
moniali, & istud apparet quia rubrica dicit de
fundis patrimonialib. & sic hæc l. vr̄ loqui de eis
vt ff. de in diem adiect. l. imperatores. & quæli-
bet istarum lecturarū pōt esse vera pp plenitudi
nem literæ, & secundum omnes lecturas. hæc l.
hoc intendit, tenens fundum emphyteuticū pa
trimonialem non mutat pacto ius præstādæ pē-
sionis, quin eam soluere teneatur, nisi fuerit iu-
dicio principis firmatum, ēt si per vetustata tpa
ipsam pensionem non soluerit. §. emptor. Item
habens ius prædij emphyteutici non perdit ip-
sum vetusto tpe. h. d. secundum vnam lect. Bart.
In gl. fi. ante fi. ibi nam in rubric. &c. No. ꝙ hæc
l. dēt intelligi secundum materiam tituli vbi est
situata. & est casus in l. imperatores. ff. de in diē
4 adiect. Quod autem hæc l. dicit ius præstandi pē
sionem non præscribi longo tpe, intellige nisi
emerserint. 40. anni. vt inf. eo. l. fi. & inf de fund.
rei pri. l. fi. Bar. Itē no. ex l. ista casum in quo non
currit præscriptio vt dixi sup. de fundis limitro.
l. fi. in fi. Item no. ex prin. ꝙ onus concomitatur
5 rem vt dixi. sup. de anno. & tribu. l. 1. li. 10. Item
no. in prin. secundum vnum intellectum, ꝙ plus
valet authoritas principis quam pactio cōtra-
hentium: interdum tamen æquiparantur. sup. de
decurio. l. vacuatis. Item not. casum in quo est
necessaria principis voluntas, de quo dixi. supra
6 de iure fisc. l. prohibitum. An. Item secundum
Odof. no. hic casum in quo possessor non pstat
censum, sed venditor: regulariter contra. vt sup.
de prædijs nauicula. l. fi. Iac. Rebuffi.

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an habeat dominium, Et an possit compelli a domino emere ius dominij, nu. 4.*
2 *Ascriptitij sine dolo alienari non possunt, possunt tamen manumitti.*
3 *Princeps potest in emphyteusim dare nullo recepto pretio.*

Possessores. Qui habet fundum patri-
moniale ē in emphyteusim
a principe ex eius liberalitate, non compellitur
ipsum emere, sed perinde est securus ac si emis-
set a principe vel ab alio, aut ex successione vel
alio titulo acquisiuisset libertatesque tanquam
dn̄s potest præstare mancipijs ascriptis in hoc
1 fundo. h. d. An. No. hic casum expressissimum
a ꝙ emphyteuta habet dn̄ium, [a] vt patet hic in fi.
In alijs vero legibus non dr̄ ꝙ sint domini, sed
bene dr̄ ꝙ habent actionē in rem vt in l. 1. §. qui
in perpetuum. ff si ager vecti. & alibi etiā vocan
tur dn̄i. inf. de fun. rei pri. l. 1. ad quod. inf. de lo.
2 præ ciul. l. fi. Item no. ꝙ licet ascriptitij non pos
sint sine dolo alienari. vt l. quemadmodum. pn̄t
tamen manumitti, & hoc fauore libertatis, vt
3 hic. & d. l. quemadmodum. secundum An. Item
no. ꝙ princeps potest dare rē in emphyteusim
nullo pretio recepto pro intrata, & ēt donare
& largiri, vt inf. de diuer. præ. l. 1. sup. si socius li-
be. impe. l. 1. in auth. de non alien. §. fuimus. & ꝯ.
4 de bo. vac. l. si qn̄. Item no. secundum Barto. ꝙ
em-

ADDITIO.

a Emphyteuta habet dominium Adde tu inquantum hic, & in tex. dicitur emphyteuta habet dominium esse intelligēdū de vtili secundum Bal. in rubr. sup. de iure emphy. alias secus vt no. idem in rub. sup. de contra. emptio. in 11. q per gl. ordi. in l. cum manu facta. §. nemo. ff. eo. ti. de contrah. empt.

emphyteuta non poteſt compelli a dño emere
ius dominij. Item no. recipientem rem ad acca
pitum eſſe ſecurum, ſicut ſi alio titulo acquiſi-
uiſſet. Et ſic no. accapiti dationem eſſe ſimilem
venditioni: quod prodeſt ſcire ad multa & ſpe-
cialiter ꝙ dans ad accapitum teneatur de eui-
ctione, eſto ꝙ hoc non ꝓmiſit, vt dicitur de ven
ditore in l. nō dubitatur. C. de euic. vt ſic ad om
nia teneatur dans ad accapitum, ad quæ vendi-
tor reperitur tenere maxime dato aliquo pro
intrata, vt in iſtis legibus.

LEX XIII.

Nulli. Prædia patrimonialia hic nomina-
ta alienari non poſſunt pœna con-
trafacientibus imminente. Et eſt localis hæc l.
vt dicit gl. regulariter autem prædia emphyteu
ticaria poſſunt alienari, vt ſup. l. proxi. Barto. In
tex. ibi limitrophos. & eſt ratio: quia milites cu-
ſtodientes & ſtantes in limitibus imperii pro vi-
ctu eorum, & depaſtu equorum illis fundis indi
gebant. In tex. ibi ſaltuenſes. & poteſt eſſe ratio:
quia princeps indigebat illis ſaltibus ſitis in illis
regionibus pro depaſtu equorũ, vel forte erant
aliqua ſpecialia in illis fundis tangentia iura re-
galia. ſ. vt ſunt ſalinæ argentifodinæ & ſimilia.
de quibus dicitur. ſup. de metallarijs. & in titu-
lo, quæ ſunt regalia. & in multis alijs locis. Iac.
Rebuffi.

LEX XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei patrimonialis quo tempore præſcribitur.*
2 *Emphyteuta qualem poſseſſionem habeat, & quotuplex ſit poſseſſio.*
3 *Prædium dominicum vel templorum etiam ex principis beneficio non alienatur cum pacto, ne canon ſoluatur.*
4 *Solutioni canonis an poſſit præſcribi 40. annorum ſpatio. & quid de dominio rei patrimonialis. nu. 5. & 6.*

Iubemus. Qui per 40. annos fundũ pa-
trimonialem vel templorũ
poſſederit vel alterius cum titulo vel ſine, nullã
pro ipſo moleſtiam vel quæſtionem pati põt, ſi
ſoluerit debitum canonem, ſi vero ab initio titu
lum probet poſſeſſor dempto canone a princi
pe fuiſſe conceſſum a canonis præſtatione etiã
1 ſecurus eſt. h. d. Et ſic non ob. ſup. e. l. ius emphy-
teutici. quæ dicit præſtationem canonis nõ præ
ſcribi tempore vetuſto. quia non 30. ann. vt ibi.
ſed 40 ſic vt hic. In tex. ibi vel locorum. no. con
tra rempu. etiam contra templa præſcribi ſpa-
tio 40. annorum. Sed hoc eſt verum, ſed hæc iu-
ra in quolibet templo. ſed hodie falleret in Ro
mana eccleſia, vt in auth. quas actiones & in
cor. vnde ſumitur. Item hoc eſt verum in rebus
emphyteuticis templorum aliquando, vt ſupra
2 ne rei dominicæ vel templorum. In tex. ibi cor
poralis no. quod dicit corporalis. & inf. ſubiun-
gitur iugis poſſeſſionis. Et ſic apparet ꝙ hic lo-
a quatur de corporali poſſeſſione, [a] & appellant
hic corporalem naturalem admixtam cum ci-
uili. quod apparet quia ex ea reſultat præſcriptio
vt hic, cum ex ſola naturali non poſſit reſultare.
vt l. acquiritur. in fi. ff. de acqui. rer. domi. Vnde
non videtur vera doctrina dicentium, ꝙ poſſeſ-
ſio corporalis eſt illa quæ parit effectum domi
nij i. acquiſitionem fructus: nam hic erat corpo
ralis poſſeſſio, & tamẽ parit effectum dominij.
& ideo dicas prout glo. dicunt quod non acqui-
ritur poſſeſſio corporalis ſeparata a naturali.
b Sed quadruplex eſt poſſeſſio, [b] ſcilicet natura-
3 lis & ciuilis. In tex. ibi hoc etiam, per hunc verſi
culum patet quod prædium dominicum vel tẽ
plorum etiam ex principis beneficio non alie-
natur cum pacto ne canon ſoluatur. Et expreſ-
ſius probatur inf. de fun. rei pri. niſi tale benefi-
4 cium ſpatio 40. annorum ſit confirmatum, vt
hic. Et aduerte bene quia quod non ſoluatur ca
non non præſcribitur ſpatio 40. anno. niſi duo-
bus concurrentibus. Primo ꝙ poſſidens acquiſi
uerit rem cum titulo. Secundo ꝙ tempore acq-
ſitionis imperator conſenſerit ꝙ canõ non ſol-
uatur. nam ſi poſt acquiſitum prædium tale be-
neficium concederetur tunc præſcriptio 40. an-
norum non prodeſſet, vt no. hic gl. Bart. doctor
egregius. In tex. ibi ſaltu i. paſcuo. templorum i.
eccleſiarum. agonetici i. labore colentium fer-
tiles factos. Dy. publico i. a republica. formida-
re. i. timere. Hic etiam incipit ſecundus caſus
adijciendo. i. addendo alium caſum. dempto. i.
remiſſo. datos. i. conceſſos a principe adempti. i.
5 remiſſi. proflagitari. i. ab eis aduocari. No. quod
dominium rei patrimonialis præſcribitur ſpa-
tio 40. annorum non longo tempore. ſic con-
trarium vbi ſupra ne rei do. vel templorum. per
totum. Contra autem priuatum præſcribit mi-
nori tempore. quod dic vt ſup. de omni agro de
ſerto. l. qui agros. & l. qui locorum. Item not. ꝙ
licet præſcribatur dominium rei patrimonialis
non tamen ſolutio cautionis vel tributi. vt ſup.
de præſcript. 30. annorum l. comperit. Et ſic
collige arg. ꝙ non præſcribitur iuri vel ſeruitiũ
feudi. vt in l. comperit. Item no. de continuatio
ne poſſeſſionis, vt hic, & plene ff. de acquir. poſ.
6 in l. Pomponius. In vltimo dicto no. quod licet
ad præſcriptionem dominij rei patrimonialis
vnum ſufficiat. ſ. præſcriptio ſola vt eſt dictũ:
in præſcriptione tamen canonis ſunt duo ne-
ceſſaria. ſ. præſcriptio & conceſſio: quorum al-
terum per ſe non ſufficit concord. ff. de adop. l.
poſt mortem. ſup. de teſta. l. ſcimus. ff. de tranſa.
cum hi. §. ſi prætor. cum multis ſimilib. & de iti.
actuque pri. l. 3. §. hoc autem. cum ſimili. An. de
materia huius no. plene per glo. & Dyn. dicta l.
comperit. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. Et per
Spe. in titu. de loca. §. nunc vero aliqua. verſ. 40.
& verſ. ſequentib.

ADDITIONES.

a Loquatur de corporali poſſeſsione quæ eſt apud emphy-
teutam. Vt no. Bar. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus in vlti. verſic. ff.
commo. gl. & idem Bar in l. 3 §. ex contrario. colu. 4 in fin. ff.
de acq. poſ. Bal. in l. 1. ſup. commu. de vſucap. Spe. in titu. de
emp. & vendi. §. 1. ver. ad euidentiam paulo poſt princip. &
Alex. pleniſs. in alle. §. ex contrario.

b Duplex eſt poſſeſsio. Ego dicerem eſſe triplicem addẽdo.
præd. duabus ciuiliſsimam, vt not. glo. in l. ſtipulatio iſta § hi
qui. ff. de ver. ob. & in l. 1. ff. de acq. poſ. Et aliam trimembrem
poſſeſsionis partitionem vide per glo. in § quod autem. in-
ſti. de vſu.

De

De mancipijs & colonis patrimonialium, & saltuensium & emphyteuticorum fundorum.

Rubrica.

Visum est. Sup. de fundis & saltibus seu pascuis in emphyteusim cõcessis & locatis. nunc videndũ est de personis q̃bus cõceduntur in emphyteusim, vel locatis & de colonis & mancipiis per quos gubernant & coluntur, & in eis morantur. ita de ipsis prædijs, & personis dicitur, & sic de vtrisque vt in eis nihil ignoretur. secundum Odolfredum.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Territorij & prædiorum appellatione an veniant siluestria.*
2 *Colonus an teneatur de malo substituto.*
3 *Princeps non vult derogare emphyteutis, nec eorum ius vsurpare.*
4 *Dominus concedens subditis vsum sui nemoris, potest etiam concedere hominibus alterius castri.*

Emphyteuticarios. Cum prædia cuiusdam villæ fiscus locasset pro certa mercede in pecunia constituta, & ea p̄dia postea in emphyteusim alteri concessisset & dicti coloni sic volebant oẽs agros vsurpare, & illos quos nullis culturis erudierant, & nil dicto emphyteutæ relinquerent. quare l. ista dicit q illa pñt vsurpare, q̃ cultura propria addiderunt vt vineas, & oliueta. fontes vero aquarũ non nisi q̃tum sufficit ad irrigationem agrorum. reliqua vero sint ipsorũ
1 emphyteutarum. h. d. An. Et sic vr̃ hic casus, q si dñs villæ vel castri locauit cultoribus territoriũ seu prædia alicuius villæ, non videantur venire alia loca siluestria ad culturam penitus inhabilia, nec illa quæ non sunt consueta culturari nec fontes nec riui aquarum nisi inquantum aqua
2 est expediens ad culturam. In tex. ibi quos nullis culturis erudierunt. no. directe text. ꝯ colonos q faciunt culturari arbores, vel vineas, vel arare terras per ineruditos cultura: nam si p̄dia p hoc
a sunt effecta deteriora tenentur dñis.[a] quia imputatur eis cur ineruditos ad culturam admiserũt.
3 Bar. No. ex l. ista q princeps non vult derogare emphyteutis, nec eorum ius permittit vsurpare sic. s. de oĩ agro deser. l. quicunq;. de pascuis pu. l. fi. de preci. impe. offe. l. quotiens. Non ob. l. emptorem s. loca. & ibi no. Et ẽt potest esse, q aliq fundi fiscales fuerint primo locati, & postea fuerint alia bona ibidem cõtigua in emphyteusim
4 data vt sunt nemora prata & similia. Et facit l. ista in fi. q si dñs concessit subditis vsum & spletam in nemore suo, q postea ẽt hoc possit concedere hominibus alterius castri. In ꝯrium tamẽ facit. sup. de seruitu. l. aquam. & ff. de aqua pluu. ar. l. in concedendo. Sed distingue aut tale munus potest sufficere oĩbus, q tunc valeat concessio, alias q non valeat in præiudicium subditorum quibus prius concesserat. pro quo facit. ff. de aqua quotid. & æsti. l. Lucio. & de serui. rust. prædi. l. 2. §. si aqueductus. & §. seq. Rebuffi.

ADDITIO.

a Tenentur dominis. Adde Bal. in l. non ideo in 1. col. ver. & nota quod lex. sup. de accu. Bar. in l. si merces. §. conductor. ff. loca ti & in l. 3. ff. de an. lega.

LEX II.

Libertates. Colonus simplex mancipijs fundorum patrimonialium libertatem præstare non põt, & si præstiterit non tenet. quia nõ est dominus: secus in emphyteuta qui potest, vt supra tit. 1. l. possessores. An. & Iac. Rebuffi.

LEX III.

Cognouimus. Emptor fundi patrimonialis tenet stare colono, quem si expulerit, possessione priuatur. h. d. Et no. q emens a fisco vel in emphyteusim accipiens rẽ, tenetur stare fiscali colono. Et est rõ ne colonus fiscalis habeat recursum ꝯ fiscũ, vt hic no. quare secus est ĩ emptore priuati. Bar. de quo per gl. & Cy. in l. emptorem. in gl. alleg.

LEX IIII.

Super. Coloni patrimonialium fundorũ si relicta cultura ad aliquam militiã conuolauerint, sunt ad conditionem agri & p̄priam culturam reuocãdi, & ad hoc facit quod dixi inf. de cohorta. l. si quis cohortalis. Secũdo dr̃, q veteranus honestè vel cã militiæ facto solutus sub. qui primo fuerat ascriptus, non debet ad agriculturam reduci. quia tela. i. arma militaria non debent in vsum vomeris & ligonis conuerti. Et no. ꝯ milites nostri temporis, qui dant operam culturæ agrorum, & litibus quib. plus se implicant q̃ factis armorũ & defensioni reipu. iuxta ea quæ no. in l. pe. ff. ex qui. cau. ma. secundum An. & Doct. Item fallit lex in militib. quibus est arare permissum, vt l. agros. s. de fundis limitro. Barto. No. ex l. ista ꝯ multos milites derelinquentes facta militaria, & se dedicantes alijs negotijs non militantibus. & etiam ꝯ doctores, & magistros qui derelicta lectura se dedicant alijs negotijs dehonestando sanctissimi ac nobilissimi iuris scientiam iuxta l. 1. §. proinde. ff. de var. & extraor. cog. & etiam contra sacerdotes exercentes vilia ministeria in dedecus ordinis clericalis, vt in c. 1. ext de vi. & ho. cler. lib. 6. cum concor. Iac. Rebuffi.

De fugitiuis colonis patrimonialibus, & emphyteuticis saltuentibus.

Rubrica.

Visum est. Sup. de colonis & mancipijs p̄rimonialib. & emphyteuticis, verum quia tales coloni q̃nq; fugiũt culturã relinquendo; idcirco videndum est de ipsis fugitiuis colonis, quid iuris sit, & qualiter debeant reduci ad culturam.

LEX

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Filij rusticorum sunt ad pristinum statum reducendi, & sequuntur conditionem patris.*
2 *Officium suum nemo debet relinquere.*

Quicunque. Quidam colonus patrimonialis cuius pater & auus culturæ patrimonialium fundorum fuerat astricti transtulit se ad aliquam militiam vel officium & stipendia recepit, dr̄ q̄ non prosunt ei percepta stipendia, quin ad culturam agrorū re
1 uocetur. h. d. An. No. l. optimam. p̄ rusticos, qui filios suos a paruitate ponunt cum magistratibus, qui sunt omnimodo ad statum pristinū reuocandi.. Item no. q̄ filij sequuntur condōnem sui patris sic l. exemplo. quīque tamen sequūtur conditionem maternam. s. de murileg. l. hi qui,
2 & ff. ad munici. l. 1. Item nō. quod quis non dēt suum officium relinquere concor. sup. de metal. l. cum procu.

LEX II.

Quisque. Suscipiens vel occultans colonum patrimonialem compellitur ipsum restituere, & pœna hic inserta punictur. h. d. Bar.

LEX III.

Cuiuscunque. Coloni patrimoniales q aufugerunt nullo ob. principis rescripto sunt reuertendi ad iudicium p̄sidis prouinciæ, vt culturæ restituantur agrorū. cōcor. s. e. l. 1. & no. casum in quo rescriptū nō valet & dixi. s. de pe. bo. subla. l. 1. An. In tex. in fi. ibi mittent. vt eos restitui faciant culturæ pristinæ agrorum secundum Dulium & An. Hæc l. facit in arg. q̄ si aliquis requiratur per iudicem vt sibi remittatur rōne criminis, q̄ hoc facere debeat iudex sine aliquali informatione
a vel aprisia [a] & ita no. 3. q 6. c. 1. circa mediū magnæ gl. & ff. de noxa. l. fi. Sed vr̄ q̄ nō debeat hoc fieri sine informatione, vt in auth. de mand. principi. §. sed etiam. ff. de cu. reorum. l. non est dubiū. & de hoc no. per Io Cardi. ext. de for. compet. c. Romana. § cōtēes. Et dic circa hoc q̄ summaria informatio dēt fieri & ostendi, sed solennis inquisitio non requiritur. & facit ad præmissa. supra de agric. & censit. l. omnes profugi. Iacobus Rebuffi.

ADDITIO.

a Sine aliquali informatione vel aprisia. An iudex requisitus ad mandatum iudicis requirentis teneatur remittere criminosum sine aliqua informatione vide gl. in clem. pastoralis super verbo de more, & ibi Cardin in §. denique in fin. de re iudica. vbi tenet cum illo in fin. huius l. quod debeat aliqualis & summaria cognitio fieri si deliquerit idem no. Bal. in additio. ad Specu. in titu. de compe. iud. adi. in versic. malefactor de quo vide etiam quod notaui in apostil. ad Panorm. in cap. pastoralis § præterea num. 7. In veracemilio extra de foro compe. vbi an quando & quo iure in criminalibus habeat locum remissio

De collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticariorum.

Rubrica.

Visum est. Sup. ti. 2. de fundis patrimonialib. & s̄ ti. 1. de colonis & personis qui culturæ ipsorū insistere debēt. nunc videndum est an coloni. & emphyteutæ ad aliqua alia possint astringi. Iac. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta fundi patrimonialis excusatur a muneribus extraordinarijs.*
2 *Excusandus est nemo a contributione pro reparatione viarum.*
3 *Nemo excusandus est ab eo, quod omnibus est profuturum.*

Emphyteuticarij. Licet emphyteutæ fundorum patrimonialium a muneribus extraordinarijs sint immunes, a refectione tamen viarū nō
1 sunt excusati. h. d. Bar. Not. emphyteutas patrimonialium fundorum non teneri ad extraordinaria munera. concor. j. l. proxi. Secundo not.
2 neminem debere excusari a contributione refe
a ctionis viarum [a] con cor. C. de sacros. eccle. l. ad instructionem. & inf. de fundis rei priua. l. absit.
3 & sup. de operi. pu. l. ad portus. Tertio no. neminem debere excusari ab eo quod communiter omnibus profuturum est. Et ratio est, quia vtilitas publica præferenda est priuatæ. vt hic in fin. & supra qui. mu. vel præ. ne. li. se excu. l. 1. & fin. & supra vt ne. lice. ab empt. spe. se excu. l. 1. & sup. de nauic. non excu. l. iubemus nullam. Et hæc faciunt contra nobiles monetarios, & alios priuilegiatos qui conantur se subtrahere a subsidijs & focagijs impositis pro soluendis stipendijs deputatis gentibus armorum pro defensione patriæ ab inimicis & a latrunculis patriam deuastantibus. nam cum præmissa imponantur pro defensione omnium & patriæ & reipu. quod et redundat ad vtilitatem ipsorum quod non possint se ab his excusare. de quo plene scripsi d. l. 1. supra vt nemini lice. in empt. spe. se excu. lib. 10. de reparatione viarum scripsi. sup. de immu. ne. conce. l. 2. De officiarijs an teneantur soluere collectas in l. 2. eiusdem tit. de immu. n. conce. & tetigi in l. præcepit. sup. de cano. lar. ti. de consulibus an sint excusati a collectis scripsi in l. actores. supra de exact. tri. faciunt etiam præmissa contra clericos in casu talis necessitatis imminentis. de quo plene scripsi in l. si diuina domus. sup. de exact. tri. quare hic non repilogo. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Refectionis viarum. Adde istum in l. per Bithiniam num. 4. quod ibi notaui in apostil. ad ipsum in vers. de sacrosan eccle. sup. de immu. nemini conce. li. 10. & Guil. de Cug in l. ad instructiones in prin. in ver. in via publica reficienda. sup. de sacrosan. eccles.

LEX

LEX II.

Patrimoniales. Possessor fundi patrimonialis extraordina. muneribus grauari non debet, nec etiã ꝑ capitibus in fundo constitutis dimidiam vel tertiam partem auri præstare tenetur. satis. n. est ꝙ ordinariam collectã siue in auro siue in frumento canon ille consistat, præstare cogatur. & ꝙ ꝗ facere tentauerit puniatur. h. d. secundum Dulium. No. patrimonialium fundorum possessores ad extraordinaria munera cogendos nõ esse. vt sup. l. proxi. Dulius. Item no. ꝙ emphyteutæ principis non debent pro muneribus extraordinarijs fatigari, & sic quis non debet duplici onere prægrauari: quod multum facit in vineis pro quarum fructu seu vino soluitur quartum principi: & ẽt salmæ pro quarum ẽt fructu soluitur certa quota principi debeant esse immunes a solutione aliarum indictionum: vt patet hic in ver. cum eodem. & recitatum. sup. de excu. mu. l. priuatæ. & ẽt bene facit. l. euidenter. ꝗ. eo. tit. & l. ne rusti. ad ullum ob decuo. l. 1. & hic. nisi immineret tanta necessitas de qua loquitur. l. 1. ꝗ. vt ne. in empt. spe. ll. se excu. l. 1. & fi. ꝗ. qui. mu. vel præsta. ne. li. se excu lib. 10. quod cõ itates male seruant quæ in taxatione earum deberent releuare res subiectas alijs oneribus, vt hic & iuribus sup. alle. iuncta l. proxi. ꝗ. quantum autẽ ad ea quæ per principem mandantur fieri, & solui debere hodie cõ sit l. alata in terris in authẽ. de cõsu. ad fi. habemus præsumere & tenere ꝙ oĩa cum iusta cã faciat, vt no plene per Cyn. in l. rescripta. C. de prec. imper. offeren. Iac. Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta fundi patrimonialis debet agnoscere munera ad eum fundum pertinentia.*

2 *Pertinere, verbum quid importet.*

Omnes. Emphyteuta fundi patrimonialis si insolidum possidet vel pro parte dẽt agnoscere munera pertinentia ad dictos fundos. h. d. No. ꝙ dicit tex. pertinentiũ qa tenetur ad ordinaria, vt sup l. proxi. & l. 1. Secundo no. ꝙ quis tenetur subire munera secundum vires patrimonij vt hic: cõcordantiæ sunt in gl. facit etiam. ꝗ. de anno. & tri. l. indictiones. Batt.

2 Item no. hoc verbum, pertinentium, qđ verbũ denotat partem & ius, quam & qđ quis hẽt in re. quod prodest scire illis qui exponunt clamores ad vires parui sigilli pro iure ad eos pertinere: ꝙ non debeant circũscribere licet tñ iustificent partem ad eos pertinen. vt hic & iuribus hic alle. de quo verbo fit mentio in l. verbum illud pertinere. ff. de ver. sig. & l. licet. ꝗ. filia. de le. 2. & l. fideicõ. ꝗ. fi. de le. 3. & in l. 1. C. de pac. inter empt. & vend. l. comp. cum simill. Iac. Rebuffi.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum solutionis partis debiti, an possit compelli facere creditor.*

2 *Canonem pro pluribus annis recipere an cogatur dominus. & nu. 3.*

4 *Legis huius prouisio est, vt res non cadat in commissum.*

5 *Notarius an compellatur facere instrumentum.*

Placuit. In tex. ibi assignent. i. soluant eodem die. No. hunc tex. ꝙ si credi tor renuat facere instrũ solutionis partis debiti quousque totum sibi solutum fuerit, ꝙ compellatur. a Gestienti. i. volenti. casus, emphyteuta fundi patrimonialis põt annuum canonẽ soluere infra annum, qñ velit & quantum velit quali bet vice, dummodo non amplius quam tribus vicibus totam pensionem soluat. Item ꝙ vsque ad dimidium Ianuarij tota pensio sit soluta. & si rationalis talem pensionẽ nolit recipere aut apochã facere possessori parato soluere a possessore vel eius procuratore pro testatione præmissa de officiali sumetur vindicta, & ẽt consu-

2 letur possessori. h. d. In fi. tex. ibi cõsultũ vt non incidant res in commissum. alias secus. su pra de fundis patri. l. fundi. not. ex hac l. ꝙ particularis solutio admittitur. de quo dic vt l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pe. Secundo no. tex. dum dicit quantum habuerit &c. nam videtur tex. ꝙ si emphyteuta voletis sibi prouidere, ne ob canonem solitum res incidat in commissum vel soluere pro pluribus annis futuris, quod possit: qđ tenet Spe. per istam l. in ti. de loca. ꝗ. nũc aliqua. ver. 32. dicit tamen ꝙ si etiam non vult recipere b non cogitur b vt no. ipse in d. ꝗ. ver. 33. & ꝑ Mattinum de Fano. in trac. de iur. emphyteotico in 10. q. & l. eum qui. alias habemus. ff. de an. leg. per Doc. in l. 2. in fi. de iur. emphyteo. & vide qđ ipsi

3 notant in c. si certis annis. ꝗ. de pact. Tertio per hanc l. tenet gl. ꝙ si est emphyteuta, sed non est actum quo tempore soluatur pensio potest soluere per tres vices in anno. Ita not. ĩ. de iur. emphy. l. 1. ꝗ. vel pœna. quod etiam tenet Spe. in d. ꝗ. ver. 18. Vel si vis tenere contrarium, Responde ad hanc l. vt no. glo. in d. l. quidam æstimaue-

4 runt. Quæro in quo est consultum possessori p huius l protestationem, dic vt res non incidat

5 in commissum vt dicit super tex. Item iste text. ibi, vel si moram fecit in chyrographo, & sic facit ꝙ notarius cogitur facere instrumentum, vt hic, de quo supra ne quis li. inuitus &c. l. 1. & ibi no. licet quandoque notarius excusetur propter multitudinem actuum, vt in authẽt. de tabellio. circa medium. colla. 4. Ray. Iac. Rebuffi.

ADDITIONES.

a Quod compellatur. No. tex. ꝙ si creditor renuat facere instrumentum solutionis partis debiti quousque totum sibi solutum fuerit quod compellatur de quo vide Saly. & Doc. in l. eum a quo sup. de sol. Lanfr. de Oria. in l. soluto. ꝗ. 1. ff solu. mat. Bar. in l. plures sup. de fi. instr. & Pau de Cast consi. 1.

b Non cogitur. Adde Bal plene in l. plures in si. in l. inter stipulantem. ꝗ. inter incertam de ver. ob. & in addi. ad Spe. in tit. de loca ver. potest solui post ipsum. vers. fi. vbi dicit posse solui pro 14 annis domino volente plenius not. idẽ Bal in l. 1. in vlt. col. sup. de iure emphyte. & Alex. in l. qui Romæ in prin col. 3. sup. de ver. ob. quod tamen limitat ubi ei facit instrumentum in quo recognoscat eum dominũ pro toto tempore pro quo vult ei soluere: quia tunc eo inuito potest ei soluere pro multis annis secundum Bar. in l. eum qui. ff. de annuis lega. Bal. in l. si quis argentum de don. & in l. Illustris ꝗ diuus ff. de leg 1. & Alex. in l stipulatio. ꝗ. si quis doli ff. de ver. ob. & in prealle. l. qui Romæ.

LEX

LEX V.

Per omnes. In tex. ibi. patrimonialiū. ſ. principis canon. i. cenſus annuus dirigatur. i. mittatur. caſus, præſides dñt per ſingulas prouincias canonem publicũ exigere, exactum ad ærarium deſtinare. nec poſſunt ad alios vſus conuertere pœna ꝯ facientib. imminente. h. d. concor. ſunt in gl. No. tex. in fi. ibi niſi maluerint. nam vř hic tex. ꝙ in maleficio ſit naturalis obligatio. cum hic dicatur maluerit. & ſic ineſt conſenſus a quo cãtur naturalis obligatio facit l. 1. §. beſtias. ff. de iureiu. & eſt text. in auth. de non alie. §. quia vero. & ibi per Iaco. de Bello viſu & ibi dixi Bar. Et no. hanc l. ꝯ theſaurarios differẽtes tradere pecunias ſuæ receptæ, quibus eſt hoc mandatum per ſuperiorẽ, qñq; cã proprij commodi. Item cũ hic tex. in fi. dicat grauiſſima ſeueritate põt intelligi de pœna deportationis & confiſcationis bonorũ, vt not. ſ. de nauicula. l. qui fiſcales. & eo. ti. l. fi. & pro hoc ſup. de his qui ex pu. coll. pec. acce. l. 2. Iac. Reb.

De fundis rei priuatæ, & ſaltibus diuinæ domus.

Rubrica.

Viſum eſt de fundis patrimonialib⁹, & de collatione ac ſolutiõe canonum eorundem. nunc videndum eſt de fundis rei priuatæ. i. fiſcalis, qui propriè principis dicuntur, vt hic in glo. dicitur. Rebuffi.

LEX PRIMA.

Vniuerſi. Ab emente rem a fiſco nõ poteſt res annotari, ſed perpetuo pœnes ipſum & eius ſucceſſores dẽt res permanere. h. d. Bar. de fiſco. i. a fiſco. No. rem venditã a fiſco non eſſe reuocandam. concor. ſunt in gl.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus an debeant augeri, aucta re cenſuali.*
2 *Debitor fiſcalis ſummatim, & ſine dilatione ad ſolutionem compellitur.*
3 *Accipiens in emphyteuſim ab officiali principis, non tenetur ad tributa præterita.*

Hi quos. Volentes prædia rei priuatæ in emphyteuſim accipere debent præſidem adire. datur tñ noĩe penſionis qđ dari eſt conſuetum, & quantum tempore conceſſionis dabatur, & ſi accipiens debitum canonẽ nõ ſoluerit, abſque dilatione cogendus eſt ſoluere. Item ſi res induſtria poſſeſſoris meliorata eſt nõ eſt penſio augmentanda. Si tñ ille qui accepit in emphyteuſim non ſit ſoluendo, ad alium idoneum ſunt danda prædia eodem iure transferẽda quæ ſunt pœnes primum. non tñ tenetur nouus poſſeſſor ad reliquas penſiones in quarũ ſo-
3 lutione primus ceſſauit. h. d. No. hic ꝙ augmentata re cenſuali non dẽt cenſus augmentari Bar.
& ſ. de paſcu. pu. l. 1. quod intellige qñ augmentatur cura & cultura poſſeſſoris, vt hic in verſ. vt ſi quid. ad idem ſup. de prædijs naui. l. 2. & eſt rõne doleant diligentes, vt ſup. de allu. & pallu. l. fi. Si vero augmentetur ex alia cã dic vt no. ext. de
2 cenſi. c. prohibemus. Secundo no. text. in verſi. ſi quid autem. ꝙ debitor fiſcalis debet ſummatim & abſq; aliqua dilatione exigi vt hic. & ſupra de exac. tri. l. 2. & ff. ad l. iul. pecu. l. ſacrilegij. in fi. in auth. vt iudi ſine quoquo ſuffr § oportet. & ſup. de conue. debi. fiſ. l. pen. ſecundum vnum modũ
3 intelligendi. & ibi dixi. Tertio no. in fi. l. ꝙ accipiens rem emphyteuticam vel tributariam ab officiali principis non tenetur ad canonem ſeu tributa præterita, vt hic. ad idem lex quicunque. ver. cæteri. ſup. de oĩ agro deſer. & l. locorum. in fi. eo. ti. Sed ad illud opp. de l. imperatores ff. de publica. gl. dat plures ſo. veritas eſt ꝙ hic accepit in emphyteuſim ab officiali principis ibi a priuato, vt plene no. ſ. de fid. inſtru. & iure haſtæ fi. l. fi. li. 10. & ibi dixi. & ff. de cenſi. l pe. Bar.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Elector tenetur de mala electione ſubſtituti vel deputati ad eligendum.*

Quicunque. Habens fundum a principe iure emptionis ad certum pretium vel iure emphyteuſis vel conductionis, ſi in alium transfert & ille ſoluẽdo non ſit alienans ipſi fiſco tenet. h. d Bar. In text. ibi priuatæ. i. fiſcalis, vt no. in rub. ppetuo. i. emphyteuticario. penſare. i. ſoluere. ſuccedaneum.
1 i. ſucceſſorem. No. ꝙ de mala electione ſubſtituti vel deputati tenetur eligens. ff. de rei vendi. l. vtiq;. §. culpa. cum ibi no. & ſup. de condi. in pu. horreis. l. 2. ff. pro ſocio. l. de illo. cum ſimil. Dullus. Quod facit ꝯ inſtituentes reuderios & leuatores aliquorum reddituum vt teneantur, ſi electi non ſint ſoluendo, vt hic. & iurib. ſup. alle. & ſup. de periculo noĩa. l. 1. cũ multis ſim. Iac. Reb.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Lex iſta dupliciter interpretatur.*
2 *Princeps an & quando de re eccleſiaſtica cognoſcere poſſit.*

1 **Vniuerſi.** Duobus modis intellige. Primo ſi tẽpla hñt aliqua prædia patrimonialia ad emphyteuſim ab imperatore per rõnales defendantur ſpãli ſtudio dicta ꝑdia, & mercedes exigẽtur a tẽplis. Scdo loquitur de prædijs tẽplorũ, q̃ pertinent ad curam rõnaliũ, vt non vexentur ab aliquo extraordinario. vt in auth. de eccl. tit. §. ad hæc ſancimus. & ẽt mercedes templis debitæ exigentur per eos. No. arg. ꝑ
2 eccleſiaſtica re põt cognoſcere princeps: qa peculiari ſtudio principis dẽt defendi res eccleſiæ. & arg. l. multis eſt incognitum, & qñq; clerici eligunt forũ principis vel alterius; dñt ꝙ hoc faciunt ad inſtar minorum, nam minorib. æquiparantur,

rantur. vt in l. inter diuinum. sed similitudo inuenitur in restitutione, vt ext. de resti. in inte. nō in fori electione. præterea non quilibet minor eligit forum, sed pupillus tantum vt in titu. quando impe. inter pu. & vi. An. Iac. Rebuffi Doctor.

LEX V.

Vsus. Qui subtrahit aquam pub. agrorum pub. irrigationib. deputatam, quia ꝑ hoc fertilitas fundorum pub. destituitur & sterilitas prouocatur, tenetur restituere ad pristinū statum nullius ipsi ꝑscriptione obst. de quo dic plene vt s. de aquæductu. l. decernimus. in prin. An. No. ex l. ista sitim esse aridam. Item not. casum in quo nulla præscriptio obijci potest. Dulius de quo no. per gl & Doc. s. de præscrip. 30. vel 40. ann. l. omnes. Iac. Rebuffi.

LEX VI.

Eum qui. Si colonus publicus vel priuatus seu cēsitus alicui curiæ per 30. ann. seruierit nec per tempu. nec per priuatam a curia poterit reuocari. Not. ad hoc ꝙ præscribatur spacio 30. anno. colonus censitus pub. vel priua. tus tria sunt necessaria, vt per aliū non seruiat solo. vt sup. de agri. & censi. l. cū scimus. in fi & ꝙ ab aliqua curia possideat. & hoc ꝙ non sit seruus principis, vt sup. ne rei do. vel templ. l. 1. si vero a nemine possideatur, sed sint in quasi possessione libertatis, nec per alium seruiuit, tune habet locum præscriptio. 40. anno. vt s. ꝑ. de præscri. 30. vel 40. ann. l. omnes. in fin. vbi de hoc. An.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio contra interdictum legis est nulla, & emptor pretium amittit.*

2 *Sumptus quandoque non compensantur cum fructibus factis circa meliorationem rei.*

3 *Emens contra interdictum legis punitur.*

Nemo. Habebat imperator aliqua ꝑdia ex quibus vel pro quib. soluebat aliquis aliquem canonem, palatinus vēdidit ista prædia dempto canone, & eo pacto vt emptor non teneretur soluere canonem. Dicitur hic primo ꝙ talis venditio non valet, & emptor qui dedit pretium amittit & fructus restituere tenetur compensatione. i. reputatione sumptuū nō admissa, quod circa rei meliorationem dixerit se fecisse. Secundo dicitur ꝙ emptor non poterit præscribere nisi spacio 40. ann. Tertio punit palatinus. quarto dicitur hoc rescriptum principis nō valere. h. d. No. in primo dicto cum aliqs 1
emit contra interdictum. l. non valet venditio, & precium amittit. & quod est mirabile venditore vendicante vt hic, & sup. de agri. & censit. l. quemadmodum: secus si emeret alienam, quia tunc pretium repetit nisi sciens emerit, quo casu perdit nisi fuerit stipulatus, vt sup. de euic. l. si
2 fundus. Secundo no. casum in quo non cōpensatur sumptus cum fructibus factis circa meliorationem rei. secus si essent facti circa fructus: quia tunc nullus casus interuenire poterit &c.
3 vt ff. fa. ercis. fundi qui. in prin. Tertio no ꝙ emptor punitur, vt hic dicitur cum emit dempto canone rem quam fiscus ab alio in emphyteusim habebat: secus si emit a priuato emphyteuta eodem pacto ꝙ valet vēditio. Sed pactum solummodo viciatur, vt s. de fun. limi. l. ius emphyteutici. & s. de diu. præd. l. pe & dic vt ibi dixi. Item no. in secundo dicto casum in quo non valet ꝑscriptio licet longissima sit. in tributis autē nec longissima valet, vt in l. comperit. & alij casus sunt s. de fun. li. l. fi. Item in tertio dicto no ꝙ punitur officialis propter negligentiam quod dic vt sup. de fun. patri. l. 3. In vltimo not. casum in quo non valet rescriptum: quod dic vt supra de peti. bono. subla. l. fi. An.

De fundis & saltibus rei dominicæ.

LEX PRIMA.

Si quis. Qui immittit animalia in saltib. l. in pascuis principis animalia ꝑdit, & procurator punitur grauissime, qui accepto pretio illi immissioni consentit. An. No. cōsensum procuratoris & iudicis sæpe esse venalem. vt sup. de decurio. l. si quid. l. 1 est expressum arg. l. ista contra caprarios omnium ciuitatum, qui vident alienas bestias in dānis rerum communium vel priuatorum & seruitio accepto nō faciunt arcere, quod sunt grauissimo supplicio puniendi, vt hic secundum Dulium. Iac. Rebuffi.

LEX II.

Si qua loca. Pone casum in terminis. Titius habebat a principe certa prædia in emphy. vel ad certum cēsum, ponamus duarum vnciarum auri annuatim, venit Seius ad Imperatorem & mentitus est dicens ꝙ Titius dabat mediam vnciam & ipse paratus est dare vnciam vnam & sic imperator ignarus facti concessit Seio & occasione illius priuilegij Seius occupauit illa prædia, & per longum tempus ipse possedit soluendo illum censum minoratum, vel prius occupauit, & postea impetrauit rescriptum, dicitur quod res debet ad primum incensum & primum emphyteutam redire nō ob. rescripto vel præscriptione temporis. & h. d. No. casum in quo non valet rescriptum. Item qui occupat solum alterius per rescriptum in possessione non defenditur, in qua ante erat. Iacob. Rebuffi.

De agricolis & mancipijs dominicis vel fiscalibus siue rei priuatæ.

Rubrica.

Visum est. Sup. de fundis & saltibus rei dominicæ, & de colonis fugitiuis, verū quia coloni in fundis rei priuatæ existentes vocantur per ciuitates qñq; ad honores & munera, ideo hoc fieri hic prohibet ſm Odo,

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Agricolæ, & vinicolæ an debeant eligi in consules, si sit ibi copia aliorum sapientum.*

Nullus. Coloni & originarij principis nõ debent eligi ad honores.nã hmõi nominationes debent fieri de florētibus viris &
1 non de infirmis.h.d. An. & Dulius. Facit hæc l. ꝙ agricultores seu fossores vinearũ & agrorũ non debent eligi in consules alicuius loci, vbi est copia aliorum sapientum: quia indecorum esset consulatui tales esse consules, vt hic. & J. de cohor.prin.l.si cohortalis apparitor. Et sic est indecorũ ecclesijs eligi minores & iuuenes qui seipsos regere non possunt, vt in c.indecorum. ext. de æta. & qualit. Iac. Rebuffi.

LEX II.

Colonos. Si aliquis colonus rei priuatæ idoneus ad agros colẽdos vel ad ratiocinia gerenda accesserit, ad negotia priuatorum retrahendus est, & nemo suscipere eũ audeat imposterum, secundum Dulium. Hæc l. facit ꝯ multos religiosos & monachos & sacerdotes qui faciunt se magnos negotiatores maxime principũ & nobiliũ & mercatorum nedũ ad obtinẽdũ bñficia, & plaruras: imo forte qñq; ad adorandũ dñas, & manutenendũ ancillas, vt debeant retrahi ad eorũ ecclesias, & de hoc dñt hīc curã epi, & cæteri pñdentes. ext. ne cleri. vel mo. c. sacerdotib. & c. sed nec pcuratores. Reb.

LEX III.

Serui. Si aliquis seruus vel colonus vel eorũ filius vel nepos de fundis imperialib. secreto discesserit, & aliquod officiũ fuerit adeptus; debet eis ensis desingi, hoc est a militia
a degradari secundum Odof. Et no. de degradatione alicuius a dignitate cum in ea delinquit. de quo ff. de his qui no.infa. l. a. & inf. qui milit. po.l.cura. & l.omnes. Rebuffi.

ADDITIO.

a A Militia degradari. Argu. est hic ꝙ Doctor, & clerici possunt degradari, de quo plene notaui in Apostil. ad istum in l. grammaticos nu 1. in versi reprobari. sup. de profess. & medi. lib. 10.

LEX IIII.

Ex ingenuo. Natus ex ingenuo & colona vel ancilla fiscali seu dñica, dēt sequi originẽ matris.h.d. No. partũ seq ventrẽ. vt l. partũ. C. de rei ven & s. de agr. & censi. l. vlt. & ibi nota. secundũ Duliũ. Ia. Reb.

LEX V.

Dominicos. Coloni dñici non debẽt compelli ad reliquã præstationem, nec eis debent extraordinariæ functiones imponi, cum talibus contra consuetudinem onera inferuntur. h. d. secundum Duliũ.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet non admittitur ad emendam.*
2 *Malum minus præsumitur de pluribus, quam de vno.*

Quotiens. Si princeps velit vẽdere aliquod pdiũ suũ alicui colonorũ suorũ vẽdat non vni tñ ꝗa posset esse multũ superbus & molestus consortib. quia rustici superbiunt cũ ditanẽ: quare dēt vẽdere princeps duo-
1 bus colonis vel trib. h. d. An. No. ex l. ista, nõ admitti quẽlibet ad emẽdũ sic. sup. ne. lice. ha. metro. l. 1. & in auth. de colla. §. si vero. Item not. ꝙ adiectio fieri dēt vt molestia euitef arg. ff. de fideiuss. l. si scitũ. in prin. Itẽ est arg. ꝙ si res cõis vẽ daẽ potius dēt duob. socijs vel ꝯsortib. vendi ꝗ
2 vni soli, ne molestus sit alijs. Itẽ est arg. ꝙ minus malũ est pſumẽdũ de plurib. ꝗ de vno, & ꝙ vnus facilius delinquit ꝗ plures arg. s. de fidei. l. si. circa fi. & qui testa. fa. po. l. hac consultissima in fi. in auth. de mona. §. cogitandũ. Dulius. In glo. in fi. ibi dudũ. Sol. hic est spãlc in colonis fiscalibus seu dñicis, ne vnus fiat molestus alijs, vt sic pdia deserant, & ita fiscus fraudareẽ pp istius malitiã. arg. ff. de rei vẽdi. l. in fundo. de quo p Cy. glo. & Doc. in d. l. dudum. & si dicaẽ ꝙ multi difficiliter conueniunt, vt ff. de liber. vni. l. 1. & de arbi. l. itẽ si vnus. §. principaliter. & ad Treb. l. ꝗa poterat, & ext. de cõcess. præbẽ. c. quia diuersitatẽ, & cõio parit discordiam. ff. de le. 2. l. cũ pr. §. dulcissimis potest dici ꝙ si difficilius consentiant multi tamen difficilius consentient vni volenti facere ma litias, & iura super hoc prouident volentibus di scedere a communione & tumultuosos & contumeliosos expelli colonos de fundo per procuratorem Cæsa. de Securo. & Doc. Ia. Rebuffi.

De prædijs tamiacis & de his qui ex colonis dominicis alijsq; liberæ conditionis procreantur.

Rubrica.

Visum est. Sup. de fundis & saltibus rei dñicæ & de colonis & mãcipijs dñicis & de colonis fugitiuis ad prædia reducendis, verum quia sunt qdam coloni in prædijs tamiacis insistẽtes qui magis tenenẽ & sunt astricti principi, quam alij, idcirco de conditione ipsorum & vxorum & liberorum ab eis genitorum est modo videndum. secundum Odof.

LEX PRIMA.

Si liber. Si colonus dñicus liber vel colona libera tamiaco vel tamiacæ vinculo mřimonij copulenẽ filij ex hmõi cõtubernio pcreati colonis dñicis socianẽ. Si autem ascriptitius vel seruus alienus colonã vel ancillã dñicã ducat in vxorẽ, vel si ascriptitia vel ancilla cũ seruo vel colono dñico mřimoniũ ꝯhat, & ex his procreanẽ filij, mřis cõdõnem sequnẽ h. d. ſm Duliũ. Et põt esse rõ spãlitatis in primo casu, ꝗa isti hẽbant ponere census in celulis seu domib. paruis, & portare postea imperatori. & sic pp tale grauamẽ priuilegiabanẽ in hoc. & ẽt hoc

hoc statuit hæc l.i fauorē fisci sic vocant tamiaci q.stabāt in pdijs tamiacis,vt nomē sit ɔsonans rebus,vt in §.est & aliud inst.de dona.fm Odo.& & Secur.& vocant pdia tamiaca quædā pdia quæ erāt principis i quibus erāt cellulæ,& mācipia ibi deputata vocantur tamiaca. An. Iaco.Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Cautela abundans non nocet.*
Confirmari an possit quod nullum est ibi.

Meminimus. Hic imperator dicit ꝙ ipse fecit ꝗdā l.ꝗ nō habemus in qua statuit ꝙ pdia tamiaca,& gomatica vēderent emere volētibus sub certo.alias soli to canone,& functionibus his impositis ita tñ ꝙ pdia redacta ex his pdijs fisco oīa inserant & liceat illa l.talibus emptoribus daret plenā securitatē nihilominus tñ imperator statuit ꝙ ipi emptores nō inquirerent, & ꝙ perpetuo sint securi
1 h.d.Ex quo n o.illud vulgare,qd habundās cautela non nocet scdm An.& Bar.Itē no pro ɔsuetudinibus priuilegiorum,quæ ante valebāt.vt hic, & infra titu.i.l.fin.& infra de silentiarijs l.3. ideo &c.& in auth.de hære.& fal §.1.nam confirmatio tribuit ius.ff.de adop.l.nā,& fœminæ de leg. 1.l.si & quando ,& qui. mo. vsufru. ami. l. 1. & de pact. l.legitima,& ad Macc.l.fi.in auth.de defen.ciui.§.1.ver.decreta ꝗ procedunt qn illud qd ɔfirmat tenebat seu hēbat aliq iuris subsistētiam ff.ad Tertul.l.1.§ pen.alias confirmatio esset nulla ff.de testa.tu. l. iure nō.na qd nihil seu nullum
a est non potest confirmari a ff.de act.& ob.l.obligationes secundū Duliū qd est verū nisi princeps id qd nullū ex certa scīa ɔfirmet l. adoptio. ff.de adop. & tetigi in l instiu. supra de iur.fi. & de quo habetur extra de transact. c. 1. & ibi per Inno.super verbo firmitatis. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Non potest confirmari.Ita no.Bal in l.3.col 4.ver.cōtractus factus pōt supra de bo.quæ libe. & ratio est quia cōfirmatio nihil operatur qn non reperit quod confirmet.Ita not. idem Bal in l.falsus col.2.in prin.supra de fur. & in addi. ad Spe in tit.de instr.edi.colū.m prin.in ver.ān valeat confirmatio,& in l.2.col.1.ver.& nota ꝙ confirmabile supra de libe. præte.

De diuersis prædijs vrbanis, & rusticis templorum, & ciuitatum, & omni reddita ciuili.

Rubrica.

Dictum est supra de prædijs Dñicis fiscalibus, & rei priuatæ, & Dñicæ, & patrimonialibus, quæ oīa iuris publici sunt, imperatoris, sequit videre de alijs prædijs quasi publicis idest templorum ciuitatum & vrbium, ideo ponitur rubrica de diuersis.&c. Odoff.

LEX PRIMA.

Proædibus. AEdificās in loco pub.soluere dēt placitā pensionē ꝓ ædificio, si expēdiat reipu.alias solum cum ædificio vendicat h.d.tex.cum glo Bar.No.ꝰ illos q ædificant in pub.loco,vt l.2.§. si quis neminē. ff. ne qd in lo.pu.Dulius.Nec ob huic l. insti. de inuti.sti.§.1.qa ibi loquitur de solo pub.qui in proprietate,& vsu est publicū,qn eius nō est cōmercū.ff.de le.1.l.apud Iulianum.§ fi. Sed si quo ad proprietatem sit publicum, & sit priuatum quo ad vsum,tunc loquit hæc l.de quo in l.sed cellus. ff de contrahen.emp.cum ibi no.placitum idest, conuentum.sic supra de pac.l.legem,& ff.eo.tit. l.ait prætor,& deposi i l. 1.§. si conuenerit.Reb.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Collegium quando sit permissum.*

Pamphilæ. Ciuitates possunt hēre propria,& legari eis potest vt ff. de le.1.l.ciuitatibus,& ad Trebel.l.omnibus.An. & idem Dulius.Et poterat esse dubitatio huius l. quia omne collegium dr interdictū, nisi sit approbatum a principe.ff.de colle.illi.l.1.§ in summa.Sed cum ciuitas sit collegium,quia homines colligunt in vnū,videbatur,quod nō posset capere nec esse de hoc comercium. ff. de colle. illi.l.1.supra de hære.insti.l.collegium.dicitur tñ hic ꝙ potest cum licitum,& probatum sit a superiore expresse intellige,vel tacite,vt quia longissimo tempore sciente principe vel superiore sic steterint:quia in dubio præsumit ꝙ ab initio cōsensus, & approbatio superioris interuenerit.ad quod supra de peti.hære.l.si putas de legibus l.de quibus §.inueterata cōmunia præ.l.venditor.§.si constat cum no.in l.2.supra quæ sit lon.consue, & tales ciuitates,& vniuersitates hō possunt acquirere,vt hic cū cōcor.positis in gl.huius l. & tales vniuersitates bene pñt habere domum, & archā communem,& sindicos,pro defensione iurium vniuersitatis.ff.ꝙ cuiusq; vniuer.l.1.circa prin.& §.quibus cum ibi no.& l. item eorū.§. sed hodie qui sindici vocantur defensores l.fi.§.defensores ff.de mu.& ho.& quia qnq; Dñi locorū denegāt constitutionē sindicorum,qd facere nō debent: vt iuribus allc.supra est consuetum, & bene recurri ad superiorem talis domini qui statim hoc debet concedere, & contra tales denegantes in simili est statuta pœna 25. libr. auri supra de decurio.l. si quos spontaneos libr. 10.& in auth.vt differentes iudi.§.si vero contigerit.oīa enim videntur permissa sine quibus,& c.ff.de iurisd.om. iud.l.2.& parum esset & c.l.2.§.post originē.ff.de origine iuris ad quod.ff.de fundo instr.l.quæsitū. §.saltuarium, & l.prætoris circa prin.& §.instrumento.& de le.3.l.quibus secundum Odof.& de Securo.Iaco.Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

Restauratio murorum non potest fieri inconsulto princ.

Restaurationi. Tertia pars ꝗ redigitur ex fundis , & locis reipub.sufficit ad restaurationē muroū. hoc dicit.
1 Et not.quod restauratio murorum nō potest fie-
a ri incōsulto principe,a de quo in l.pc.ff.de re.di. &

ADDITIO.

a Incōsulto principe. Adde Bar.in l.sacra.ff de re.di.& in l.ex hoc iur.ff.de iust.& iur.& in l.opus,& ibi Alex.ff.de ope.pu.

& hic in gl. Bar. Not. ex l. præsenti tertiam partē
pensionis redditiuum ad restaurationem muro-
rum deputari. Dulius. Licet per aliquos princi-
pes male seruetur. An. th in Regno Franciæ longo
tempore fuit obseruatum, ꝙ Rex concedebat
maioribus ciuitatibus tertiam partem Imposi-
tionum maxime pro reparatione murorū quæ
concessio ex post cessauit aduenientibus multi-
plicibus necessitatibus. Docto. Iaco. Rebuffi le-
gum Doctor.

LEX IIII.

Eos. Emptor reipublicæ, vel templorū ipso-
rū perpetuo possidebit, nec ab eo auelli
potest si alius referat meliorem conditionem h.
d. Et secundum hoc not. ꝙ habet locum substitu-
tio in rebus templorū, & rei Dominicæ: sed hoc
est correctum in rebus templorum per authen.
hoc ius porrectum supra de sa. san. eccle. Barto.
Iacobus Rebuffi. regum Doctor.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Imperator est solicitus de vtilitate ciuitatis.*
2 *Prædia ciuitatis, & Cæsaris quomodo differunt.*
3 *Onus concomitatur rem. Et imperator plus fauet ciuitati-
bus quam priuatis.*

Si qui. Ticius habebat prædia alicuius ciui
tatis ad certum redditū siue cano-
nem, puta in emphyteusim, ista prædia alienauit
mihi titulo emptionis vel donationis vel titulo
quolibet alio dempto canone. i. eo pacto, vt ego
possessor non tenerer ad canonis solutionē, sed
ille qui vendidit: dr hic ꝙ alienatio bene valet:
sed pactū non valet imo tenebor ego possessor
soluere canonē ciuitati, & maxime Cōstantino-
1 politanæ ciuitati, cui maior debet fauor. Et red-
ditur ratio in litera quare imperator est sollici-
tus de vtilitate ciuitatis, ne fraudentur a priuatis
quia sicut priuatorum iura non patitur deperire
ita multomagis præbenda sunt ciuitati, cui debē
tur. & habet locum a cōsulatu ausonii, & olibrij
& sic trahit ad pterita, de quo nō curo, & hoc vs
q; ibi, si quæ tamen, & c. Scdo pone aliqua ciuitas
habebat rem in emphy. a fisco, vendidit mihi ci
uitas dempto canone valet, vt supra dixi, sed nō
pactum. Sed non habent locum per oīa ea quæ
diximus in prima parte huius l. qa ibi teneor sol-
uere ciuitati, hic ærario publico. dnlo r. i ante in
vtroque casu apud emptorem, & suos hære-
des in perpetuum permanente. hic not. diligen-
ter vt videas aliarū legū quæ videntur repugna-
re tenorē cū quis empto canone ab emphyteu-
ticaria ciuitate, vt hic, vel fisci vt supra de fundis
patri. l. ius emphy. valet alienatio. Sed non valet
pactum nisi interuenerit principis consensus vt
in l. ius supra alle. Si vero quis emat a principe q
est emphyteuticarius dempto canone, nec valet
venditio nec pactū, & punitur emptor in amis-
sione precij, & sumptuū vt s. de fundis rei priua-
tæ l. fi. nā l. illa intelligenda qn princeps erat em-
phyteuta, vt ibi no. in gl. & ibi dixi. Si quæratur qua-
re magis damnatur illa conuētio dempti cano-
nis, qn princeps erat emphyteuta, q̄ qn emit ab
emphyteuta. Respo. plus fuit abhominabile legi
vt princeps nō possidens solueret q̄ si fisco mini
2 mę a possessore soluatur. Notandum est ergo, vt
gl. hic dicit drīam inter pdia ciuitatis, & Cæsaris
qa lex illa ius emphyt. loquit in prædio patrimo
3 niali, & tn dicitur idem quod hic. Denuo not. ꝙ
onus cōmittat rem: de quo dixi supra de anno.
& tri. l. 1. Tertio no. ꝙ plus fauet imperator ciui-
tatibus, quam priuatis, vt patet. s. de sa. san. eccl. l.
inter diuinum. An. Iacob. Rebuffi.

LEX VI.

Hac. Martianus concessit ciuitati Nicenē-
sium, & quibusdam nobilibus de terri
torio Pamenæ ciuitatis, vt de redditu seu canone
quod soluere debebat certam acciperet q̄titatē:
quod priuilegium fuit male seruatum eis a ter-
tia indictione lapsa a tpe huius l. quare mandat
imperator reuocari, qui fecit per hanc l. restitui
dictam quantitatem dictis nobilibus, & ciuitatis
prædictæ, & remoueri quicquid fuit in corū præ
iudicium attentatum. Et sic not. arg. pro priuile-
gijs renouandis, vt in auth. de hæredi. & fal. §. t.
Secundo dicitur, quod non valet decretum iudi
cis nec rescriptum principis contra prædictum
priuilegium attentatum. Tertio punit contrafa-
cientes. An. Iacob. Rebuffi.

De locatione prædiorum ciuilium vel fisca lium siue templorum siue rei priuatæ, vel Dominicæ.

Rubrica.

Visum est supra de prædiis rei priuatæ
dñicæ fiscalium, & templorū
in emphyteusim cōcedendis, & vendendis si ex-
pediat: sed quia qnq; eorū locatio plus expedit
ideo ad illam procedit quid iuris in ea seruet po-
nendo rubricam de locatione, & c. Odo.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Prædia principis idoneis & diuitibus sunt locanda, sicut
& alia munera diuitibus indicuntur.*
2 *Præsumitur pro gestis in præsentia iudicis.*
3 *Consules locorum tenentur resarcire damna data ciuitati
per officiales ab ipsis electos.*

Qui. Prædia principis quæ in perpetuū lo-
cantur sunt locanda diuitibus vel alijs
cum idonea fideiussione. & officialis prædicta
negligēs de suo resarcit omne detrimentum h.
1 d. Bar. Not. ꝙ locanda sunt prædia idoneis sicut
& alia munera idoneis, & diuitibus indicūtur, vt
s. de decurio. l. ad subeūda. Itē qđ dicit de fideius.
est verum si non habeat idonea prædia vt s. de
2 fundi. patri. l. 2. An. Item no. ex hoc text. ꝙ præ-
3 sumptio est de his quæ fiūt in præsentia iudicis [a]
quod

ADDITIO.

a In præsentia iudicis. Hinc est ꝙ decretum iudicis operatur vt aliquis non possit conqueri de dolo vel metu, vt notaui in apostil. ad istum in l. 1. nu. 5. in ver. amicorum supra de prædijs curia. sine decre. non alie. lib. 10.

3 q iuste sint facta. Dul. Hæc l. facit contra consu-
les locorum q teneantur resarcire damnum da-
tum in hospitalibus seu rebus hospitalium, vt in
aliis tãgentibus factũ publicũ seu vniuersitatis si
administratores clauarii aut alii per eos deputa-
ti seu electi non sint soluẽdo, vt hic, & s. de cõdi.
in pu. horreis l. 2. & de peri. nominatoris l. 2. & ff.
de rei ven. l. vtiq, cum concor. Iaco. Rebuffi.

LEX II.

Fundi. A colonis perpetuis fundorum pu-
blicorum non auseruntur bona, li-
cet alius meliorẽ offerat ꝯditionem. Bar. Et not.
hoc ꝯ prælatos q traditis ædificiis ruinosis post
reparationes factas volũt dicere se deceptos de
quo supra de fundis rei priua. l. 2. & de prædi. na-
uicula. l. 2. & ibi dixi Barto.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Locatio perpetua an præsumatur esse contractus emphy-
teuticus.*
2 *Emphyteuta appellatur conductor.*

Loca. Si loca reipu. sint locãda debẽt prius
edicta publice proponi: qbus notum
fiat talia esse locanda, vt eis qui offerre volũt lo-
cari dẽant, & si plus offerẽti fuerit facta locatio
licet alius plus offerat nõ debebit a primo cõdu-
1 ctore siue emphiteuta auferri h. d. Et no. in fi. ar.
q si fiat locatio perpetua præsumitur ꝯctus em-
a phyteuticus [a] cum dicatur emphyteuticarius ha
bitus perpetuus ꝯctus vt hic no. ꝯ. eo. l. fi. Itẽ no.
proponenda edicta in ꝯctibus locationũ, & em-
phyteusi celebrandis super rebus reipub. sic alias
in ecclesia, vt ĩ. de sa. san. ec. auth. hoc ius porre-
2 ctum Dul. In text. ibi perpetuariis cõductoribus
no. emphyteutam appallari conductorẽ: nã om-
nis accipiens rem in perpetuum dr̃ potius em-
phyteuta, quam conductor, vt hic Bar. Iac. Reb.

ADDITIO.

a Locatio perpetua est cõtractus emphyteuticus. Adde i quo
differat locatio ab emphyteusi Bal. in l. 1. in 1. col supra de iu-
re emphyteu. Ioan And. in addi ad Spe. in tit. de loca. §. 5. in
prin. & do. meum Decium consi. pen. vol. 2. per totum.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Scolaris præfertur aliis in locatione domus, si dat tantum
quantum alii.*
2 *Scriptores librorũ scolarium an gaudeãt eorũ priuilegiis.*

Congruit. Si finita locatione condu-
ctor primus offert tantum
precium quantũ nouus in locatione præfertur,
hoc dicit not. glo. hic posita quæ tenet q cõdu-
ctores perpetui possident secus in temporalibus
1 domus Bar. Arg. est lege ista expressum q si sco-
laris in hospicio, in quo stat, det tantum quan-
tum potest habere ab alio dominus domus, q ip
se est præferendus arg. infra eo. l. fi. in penul. vers.
& ff. de publ. l. licitatio §. 1. & extra de locatio. &
conduc. c. ex rescripto. & c. supra loca l. nemo se
cundum Dul. nunqu id idem erit in aliis inquili-
nis, & dicendum videtur q non vt supra loca. l.
ne cui. quoniam maior fauor debetur studenti-
bus quam aliis, vt est gloss. expressa in l. proxi. in
glo. quæ est super verbo maneatis, & etiam not.
2 per Inno. & Hosti. in d. c. ex rescripto. Et idẽ po-
test dici in iis qui scribũt libros studentibus ser-
uiendo eis, & etiam not. ibi Inno. sed nihil alle.
pro quo. ff. de testa. mili. l. fi. & de bo. po. ex testa.
a mili. l. 1. & l. certum nec ob. l. scriniarios [a] supra
de testa. mili. vt ibi not. Iacob. Rebuffi.

ADDITIO.

a Nec obstat l. scriniarios. Tu tene cum Bal. in all. l. scriniarios
qui tenet oppositum quod hic dicitur ex tex. per istum alleg.
qui videntur esse contrarij. solue vt per eum ibi.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Res dicitur in emphyteusim perpetuò concessa, quia quan-
diu emphyteuta soluet canonem non poterit expelli.*
2 *Factum an puniatur, si non tenuit.*
3 *Adiectioni locus non est in perpetua conductione: secus in
temporali, & quæ sit ratio diuersitatis nu. 12.*
4 *Ius habens in re aliena, si eam donet, non rem, sed ius quod
habet donare videtur, & nu. 6.*
5 *Conducens rem in perpetuum potest eam vendere, & alie-
nare etiam in perpetuum.*
7 *Emphyteuticus contractus dicitur perpetuus.*
8 *Iudex punitur, si aquiescat iniustæ petitioni, & etiam offi-
cialis eius, quia debebat resistere.*
9 *Scolaris præfertur in hospitio aliis, si tantum dat nomine
pensionis, quantum dominus potest ab alio habere.*
10 *Differentia quæ sit inter annotationem, & pragmaticam
sanctionem remissiue.*
11 *Affectus an puniatur non sequuto effectu. Et an notarius
scribens falsum testamentũ nullũ puniatur de falso.*
13 *Imperator, an & quando possit rem immobilem alienare.*

Prædia. Lex ista habet duas partes princi-
pales. Prima loquit de locatione
fundorum publi. perpetuo vsq; ad §. iane. Secun
da de locatione temporali, & ponit differẽtias
inter eas locationes. Et in prima parte dicuntur
quatuor. Primum præmittitur aphorismus
siue regula generalis, si prædia publica in perpe-
tuũ sũt collocata apud aliquẽ in emphyteusim
erunt perpetuo apud eum idest quandiu soluet
canonem. Secundo ibi aperte enim, &c. dicitur
quòd si respu. prædia mihi perpetuo concessa al-
teri donauit, quòd non valet illa donatio vel re-
scriptum, & comes rerum priuatarum puni-
tur si illius donationis literis aquiescens mei
prædij possessionem turbauit iubendo eum
de possessione exire, licet ille iussus nullam
hubuit firmitatem. Tertio ibi, sed nec &c. dici
tur quòd nec ab emphyteuta, nec a successo-
ribus suis erit dicta possessio substrahenda occa-

sione maioris precii ab alio oblati. Quarto ibi
sane quia dr̄ ꝙ impera. licet non possit donare al
teri extraneo rem quã mihi locauit, tñ bene po-
test donare, & si donet rẽ, dare dr̄ ius illius qđ ha
bet in ipsa re.s.directum dñium, & remittere pẽ-
sionem. in scđa parte ibi, sane si quis dr̄ ꝙ si loca
tio fuit tpalis, & põs iperator donare cui velit, &
admittet licitatio qñque infra tp̄s plus offerẽtis
& res auferetur mihi nisi velim tñ dare quãtum
ab alio fuit oblatum., & hoc vsq; ibi si vero &c.
vbi reddit ad primum dicens si perpetuam con-
cessionem merui, qñque res apud me perpetuo
1 durabit. Nota in primo dicto; quare dr̄ res in em
phyteusi perpetua, quia q̃diu soluit debitum nõ
est ei res auferenda, vt insti. de loca. §. adeo. In se
cundo dicto no. ꝙ impera. non potest rem mihi
perpetuo acquisitam donare alteri, & sic dñium
per rescrip. principis non tollitur, vt dixi supra
de agri. & censi. l. origi. & est rõ quia est immuta-
bile vt insti. de iure naturali. §. pen. & ne iniuria-
rum nascatur inde occasio, &c. vt in l. meminе-
2 rint. Itẽ no. ꝙ punit factũ, & si nõ tenuit, vt ff. ad
Sille. l. si qs in graui. §. si qs codicillos cũ si. & op
time infra qui mili. non po. l. his arg. cõtra. ff. qđ
3 cuiusq; vni l. 1. in fi. cum si. dic vt ibi. In tertio di-
cto not. ꝙ in perpetua locatione reipublicæ nõ
est locus adiectioni precij sub. nisi semel in ipso
contractu, vel infra tempora præstituta, vt infra
4 eo. l. 2. & 3. Sed in locatione tpali, qñq; sic vt pa-
tet supra l. proxi. Quarto not. qui habet ius in re
aliena, & dat eam, non eam rem, sed ius donare
videtur, idem si vendidit, vt ff. de contrahen.
emp. l. si tabulas. Item si legauit, vt ff. de lega. 1. si
domus. §. fina. Item in eo qui donat ecclesiam:
quia videtur donare iuspatronatus, quod habet
in ea, & episcopus dicitur donare episcopalia si
aliud habet temporale, vt donatio aliquid ope-
retur, videtur donare spirituale, vt extra de do. c.
5 pastoralis. An. Item ex primo dicto huius l. not.
hic gloss. quæ est super verbo retrahenda, quòd
conducens rem in perpetuum potest eam ven-
dere, & donare etiam in perpetuum, & ad poste-
ros transferre in tex. ibi vel spõte donauerit; not.
casum in quo princeps rem pleñe concessam
vni non potest alteri concedere etiam motu
proprio: & hoc nisi dicat non ob. tali conces-
sione facta vt in cap. si motu proprio extra de re-
scrip. lib. 6. in textu ibi concedere pensionem.
6 Nota ꝙ si detinentitrem quandam habens ius in
ea donat eam simpliciter intelligitur donare so-
lum ius quod habet. idem est in legato in l. si do-
mus. §. fin. ff. de leg. 1. & not. in l. rem alienam su-
7 pra de lega. Bar. Item not. ex prin. huius l. quòd
contractus emphyteuticarius dicitur perpetuus
contractus, & in hoc est arg. quòd locationes re-
rum immobilium quæ perpetuo fiunt loco em
phyteutici contractus habentur argum. extra de
alie. re. eccl. c. nulli. §. alienationis, & supra eod. l.
locati, vbi dicit perpetuarius, & supra de excu.
8 mu. l. priuatæ. Item no. ex vet. nam si forte ꝙ pu-
nitur iudex si acquieuerit iniustæ petitioni. argu.
supra de pe. bo. sub. l. fi. de fundis pa. l. pen. & quo-
rum appella. non reci. l. quicquid. Item no. quòd
etiam punitus officialis iudicis eadem pœna, vt
supra de episc. & cler. authen. generaliter circa
fin. & l. si quenquã de procura. l. si & infra de si-
lentia l. decurionibus. Et ideo quia debebat resi-
stere iudici pertinaciter infra de metatis l. deno-
tum, & supra de appel. l. qui. & de decurio. l. om-
nes, & ff. de admi. tu. l. q plures, & supra, vt nemo
9 priua. in prædiis suis vel alie. &c. l. 2. circa finem.
In tertia parte not. arg. ex præmissis quod gloss.
hic ponit super verbo maneat, pro scolaribus,
vt si scolaris in hospitio in quo stat velit tantum
dare nomine pensionis, quantum dominus ho-
spitij potest ab alio habere, quod debeat præfer-
ri, vt supra l. proxi. & extra de loca. c. 1. secundũ
Dulium In text. ibi aperte idest manifeste hoc
edicto idest hac l. a perpetuario idest emphyteu-
ticario., qui perpetuarius dicitur. exoratus idest
10 rogatus, vel sponte idest proprio motu. annota-
tione. Quæ sit differentia inter annotationem, &
pragmaticam sanctionem, dic vt no. notabiliter
§. de rescrip. l. fi. & scripsi supra de pe. bo. sub. l. 2.
prope fi. In glo. 3. in fi. ibi sed arg ɔ̃. ff. ꝙ quisq; iu
ris l. 1. in fi. Sol. ibi loquitur de quadã recompen
satione ciuili fienda quæ non potest fieri per il-
lum, qui non fuit passus damnum: quia nõ fuit
secutus effectus: hic de pœna quæ imponitur cõ-
temnenti principis prohibitionem, qui delictũ
consumauit quantum in eo fuit, & ideo contem
ptus regiæ maiestatis vindicatur ff. de iurisd. om.
iud. l. si familia ibi, & contẽpta maiestas, &c. Vel
11 dic quòd, quando lex punit affectum punitur
faciens, & si non sequatur effectus, vt hic prout
not. per Doct. & recitatur per Cyn. supra de epis.
& cler. l. si quis non dicam rapere. vel dic ꝙ co-
natus punitur, & si non sequatur effectus, ne res
prohibita fieri trahatur in exemplum propter
impunitatem, vt supra de peti. bo. subla. l. 1. & 2.
& ibi de hoc per Doct. Et hæc sunt in arg. ꝙ nota
rius qui scribit falso aliquod testamentum. ꝙ tũc
erat ipso iure nullum, ꝙ nihilominus punitur de
a falso * & pro hoc. ff. de fal. l. si quis legatum, nec
ob. ff. de pœnis l. si quis aliquid. §. testamentum,
quia ibi loquitur in subscribente, in quo est aliud
quam in scribente, vt ibi dicitur. Dyn. Item con-
tra hanc l. op. & videtur ꝙ non teneat remissio
canonis nisi sequatur præscriptio temporis vt su
pra de fundis patri. l. fina. Sol. ibi ab initio con-
tractus fuit facta remissio, quæ non tenet quia
sufficere debet emphyteutæ, ꝙ habeat rem arg.
ff. de fund. instru. l. fundus, qui. sed hic p̃cessit con-
tractus, & postea facta fuit donatio seu remissio
pensionis, quæ debuit in aliquo operari in l. si qñ.
ff. de le. 1. vel forte potest dici ꝙ hic fuit facta do
natio per principem adiecto in ipsa donatione
seu remissione ꝙ non ob. prædicta l. fi. & nõ ob.
supra de fun. rei pri. l. nemo. voluit valere ipsam
donationem seu remissionem, quia princeps
non posset sibi legem imponere a qua non lice-
ret sibi recedere, vt dicitur de testatore. ff. de leg.
3. l. si quis perduinam, & de pe. bon. sub. l. 2. Sed
12 circa l. istam quæro quæ est ratio diuersitatis
inter locationem perpetuam, vt illa non possit
reuocari, & temporalẽ vt illa per maiorẽ adie-
ctionẽ reuocetur? dico quòd maius præiudiciũ
fieret emphyteutæ si reuocarent cõducta in per-
petuum.

ADDITIO.

a Notarius q scribit falso aliquod testamentũ qđ erat ipso iure nullũ punit de falso Adde Bar. in l. qđ ergo. §. cum aut. ff. de iosa & in l si quis legatũ & ibi Alex ff de fal Bal. in l. melius su pra de sella. & eundem, & Saly. in l. s. supra de sepul. viola.

petitum ꝙ quæ ad tempus arg.ff. de iud.l.ſi debi-
tori,& princeps non vult ex toto abſorbere ius
alterius,vt ſupra de preci. imper. offe.l.quotiens
13 iuncta l.nec damnoſa.ſ.eo.tit. Dñs Dul.de gar-
bairinis mouet hic, ꝙ ſi imperator donauit ali-
cui aliquod caſtrum an valeat donatio,argu.ab
vna parte, & ab alia tenet ꝙ non pōt alienare rē
immobilē,iuxta ea quæ habentur,& no.in auth.
qūo oportet epi.circa prin.coll.1.& in l.1.g.mo.
te.infir.§. fi. niſi ratione publ & euidentis, vtili-
tatis imperii in auth.de non alie.§. finimus, & in
auth.vt oēs obe.iudi.prouinci.§.arripiant,& tūc
eſt neceſſe ꝙ interueniat pragmatica ſanctio ,&
ſcda iuſſio, vt in auth.de man.prin.§.deinde, &
tunc forte ad tempus, vt ſupra de his qui a prin.
vaca.acci.l.vni.& arg.ff.de off.præ. Barbarius de
euic.l.Lucius d̄ reli. & ſump.fu.l.ſi qs ſepulchrū,
& ſupra pro qui.cau.ſer.pro præm.li.acci.per to-
tum de quo etiam not.per glo.& Ia.de Bellouiſ-
ſu in auth.quomodo oportet epi.coll.1.in prin.
& in decre.96.diſt.c.conſtituimus.Iaco.Rebuffi.

De conductoribus ſiue actoribus prædiorum fiſcalium,& domus auguſtæ.

L E X PRIMA.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo iuris eſt ſeruandus in cauſis fiſcalibus.*
2 *Pœnitentiæ locus non eſt poſt commiſſum delictum.*
3 *Offenſa familiaris principis grauior eſt quam extranei, & acrius punitur.*
4 *Domus appellatione veniunt, hi qui ſunt de domo: vt ſi teſtator ſubſtituat domum bardorum, quia omnes de bardis videntur ſubſtituti.*
5 *Ordinem legis quis ſeruare teneatur.*

Conductores. Duo dicunt hæc l.pri-
mo ꝙ conductores,&
hoīes domus imperialis cum hñt aliquod litigiū,
de domo vel re principis, debent mouere,& ſu-
ſcipere actiones ad inſtar omniū hominum, qui
debent iuriſdictionem obſeruare. Secundo dr̄,
ꝙ iſti cōductores, & homines principis nō dēnt
procurationē, vel patrocinium vel executionē
accipere in cauſis aliorū,vt ſui patrocinii fomi-
te iura nō turbēt nec aliquē deferant in fiſci.Si.n.
fecerint punientur,ita ꝙ poſt delictū non pote-
runt pœnitere,& grauius puniuntur iſti ꝙ cæteri,
quia cū ſint hoīes principis magis tenentur prin
1 cipis cuſtodire mandata. Not. ad hoc.l. iſta fre-
quenter inducitur ꝙ in cauſis fiſcalibus ſeruan-
dus eſt ordo iuris,& ſic eſt offerendus libellus, &
optime hoc dr̄ ſupra de delato l pen.& ſic patet
ſolutio illius q.aliquis Baro citat a procu. fiſc.vt
oſtendat iura ſua,& ſi nō oſtendat, ꝙ ſpoliet ca-
ſtris ꝙ poſſidet,vt de facto vidi,nā non eſt ſin iu-
ris ordinē.vt poſſeſſor teneat ſuæ poſſeſſionis ti-
tulū edocere,vt ſ.de rei ven.l.fi.& ſ.de proba.ſi-
ue poſſidetis & de peti.hæred.eogi.Itē vide quæ
dixi de oblatione libelli ſ. de nautra l.de ſubmen
2 ſis.nec.n. publice prodeſt ſingulis legū admini-
cula denegari,vt ſupra de ſen.præſ.præto.l.1. Se-
cundo no.ꝙ ſero aliquis pœnitet poſt delictū cō-
ſumatum.nam tunc non eſt pœnitentiæ locus ſ.
cit.ſ.de apo.l.3.in fi.fallit in caſibus in quibus eſt
locus pœnitentiæ,vt ff.de furtis l.ea mente.Ter-
3 tio.not. ꝙ grauior eſt offenſa ꝙ facit familiaris
principis ꝙ extraneus:& ſic plus dēt puniri deli-
ctum conſanguinei ꝙ extranei,vt patet per totū
titulū de parri.& hic.qñq; tñ ꝯſāguinitas excuſat
4 vt ff.de recep.l.1.And. Item no.glo.hic poſitam
quæ incipit.i. non deferā &c.ꝙ exponit domū.i.
illos de domo.&c.ꝙ facit ad multa. Et ꝓpterea ſi ali
quis ſubſtituat filio ſuo domum bardorum ꝙ vi-
deantur ſubſtituti oēs de bardis. Item per hoc pa
tet ꝙ ſi legatum relinquit eccleſiæ S.Franciſci,ꝙ
iſtud legatū eſt nullū,ſicut ſi relinqueretur fratri
bus S.Franciſci,ꝙ iſtud legatum eſt nullum.Bar.
15 Itē no.hunc tex.cum dicit oē hominū genus te-
netur ſeruare ordinē legū,ſic in l.capitaliū.§. ad
ſtatuas ff.de pœnis.Dul.rō huius l.eſt:q̄a domeſti
ci principis propter ſui potentiam eſſent terribi-
biles,& graues priuatis,ſic ꝙ metu ipſorū cede-
rent liti,aut alias ſuccumberēt.ſic eſt in ſimili ꝙ
potentiores prohibentur in ſe ſuſcipere ceſſio-
nes actionum,vt ſupra ne lite pendente l.1.& 2.
ad quod ſupra ſi quacunque præ. po.l.1.& ff.de
alie.iud.mu.cauſa fac.l.3.Iacob.Rebuffi.

Quibus ad conductionem fiſcalium prædiorum accedere non licet.

L E X PRIMA.

S V M M A R I V M.

1 *Officia duo ſimul, & eodem tempore bene exerceri non poſſunt.*
2 *Coloni prohibentur eſſe milites.*

Nullus. Palatini milites,& curiales prohi-
bentur a locatione fundorū prin-
cipis.h.d.Bart. & poteſt eſſe multiplex ratio.Pri-
ma quia poſſent eſſe graues, & moleſti priuatis,
1 vt dixi ſupra tit.proxi.l. 1. Item quia duo officia
ſimul ex eodem tempore per eundem non poſ-
ſunt bene exerceri ſupra de aſſe. l. fin. ſupra de
decurio.l.ſi quis procurationem,& maxi. quādo
vnū eſt honeſtabile,& aliud nō.ſupra de ſuſcepr.
2 & archa.l.humilioribus.Sic coloni prohibentur
eſſe milites:quia non bene cederent in eodem
exercere facta armorum,& facta ligonum ſupra
de man.& colo.l.fi.& de fugi.colo.l.fi.Item no.
ex ſecundo dicto ꝙ licet tales non poſſunt con-
ducere, vel emere tñ per modum ſucceſſionis
poſſunt. & ſic ꝙ non poſſunt habere per ſe poſ-
ſunt tñ per alium de quo.ff.de contrahen.emp.
l.qui officij,& l.non licet.Iaco.Rebuffi.

De collatione fundorum fiſcalium rei priuatæ Dominicæ,vel ciuitatum,vel templorum.

Rubrica.

Viſum eſt ſupra de colonis rei Domi-
nicæ,& rei priuatæ,& tēplo-
rum,pro quibus pēſiones ſoluere tenentur nūc
videndum eſt per quos compelli debeant ad ſo-
lutiones penſionum prædictarum.de Securo.

LEX PRIMA.

Ordinariorum. Præses prouinciæ, & sui officiales pos sunt exigere conductores Dominicos etiam im partiri fauorem curialibus Cæsaris volentibus facere illã exactionem h.d.Bar.No.hunc tex gu bernatores, & officiarios regios dere hac curã & solicitudinem circa thesaurarios receptores, vt exigantur census,& debita principis,vt hic,& supra de anno.& tribu.l.iudi.de fund.rei priua.l. 3.supra de exact.trib.l.in fiscalibus l missi opinatores,& q si negligens fuerit tenebitur,& punietur.l.1.supra de suscep.& archa.Iaco.Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 Officium comitis rerum priuatarum quod sit remissiue.
2 Baiulo an credatur,& si committat aliquam concussionẽ inducitur hac lex contra tum nu.3.

Palatinos. Palatini trãsmissi per comitem rerũ priuatarum ad præ sidem cum literis, vt sint soliciti circa exactiõ. ẽ pensionum fiscalium non debent inferre aliquã concussionem:contrafacientes puniuntur facta
1 relatione de hoc præfecto prætorio.h d. In tex. comite rerum priuatarum quod sit officiũ eius dic vt dixi supra de susc.& archa.l.duos. And.cũ publicis literis,concor.supra de exact.tri.l.missi opinatores, ibi cum delegatores, & decurio.secundum vnam lect. Item per hanc l. dici potest
2 q cum ipsi Palatini obtineant vicem quorundã baiulorum,vt ibi dicitur,q baiulo debeat dari li tera ad hoc, vt ei credatur,ª & hoc est verũ qñ dictus baiulus non est notus, vt d.l.missi opinatores.Si autem baiulus esset notus, tunc deberet ei credi sine litteris, & ita not. glo.in l.sed interpellatur.ff.de arbi & pro hoc facit l.4.ff.de dam. infec.§.totiens ibi libellum,&c.vel dic q si baiulus inde grauaret aliquem grauiter,& tunc requi ratur litera.quia agitur de magno præiudicio, vt d.l.missi supra de iure fisci l.facultas aut vult citare verbotenus, vt compareat coram iudice, & tunc si est notus non requiritur litera, vt d. l. sed interpellatur. si vero non est notus sic. nam hic
3 transmittebatur de vna prouincia in aliam. Vltimo not.hanc l.contra baiulos committentes ali quam concussionem Batt. Item facit hic tex. in secundo dicto,ibi ad sublimitatem tuam referri per ordinatios,&c.q si commissarii aliqui deputati ad exigendum collectas, vel alios quoscunque actus grauent subditos excedẽdo metas suæ commissionis, q ordinarij iudices facta super hoc informatione mittent eos ad superiorem cum informatione,vt vidi quandoq, heri etiam manibus ligatis. ad quod etiam bene facit infra de excu.& exactoribus l.contra nostra mandata &l.1.& 3.Iacob.Rebuffi.

ADDITIO.

a Vt ei credatur. Adde quod notaui in apostil. ad istum post cum in l.probibitum in princip.in apostil in vers.cognoscantur supra de iure fisci li.10.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 Non priuilegiati res quando perueniũt ad priuilegiatum, an sit immunis a collectis,& econtra.

Omnia. Principis antiqua,& ea quæ in fisc cum ex cõfiscationibus vel alias sunt deuoluta licet ab extraordinariis, & sordidis muneribus excusentur, tamen debent annonarias,& ordinarias functiones,& censuales præ stationes soluere.Doct.etiam per multos Doct. ponitur casus iuxta l. 1. & 2. supra ex qui. mu.ne
1 li.se excu.Et sic facit quid iuris sit quando res nõ priuilegiati peruenit ad priuilegiatum, an sit immunis a collectis,vel econtrario.de quo dixi, & scripsi supra de exact.tribu.l.si diuina dom.Iacob.Rebuffi.

De priuilegijs domus augustæ, vel rei priuatæ, & quarum collationum excusationem habeant.

Rubrica.

Visum est supra de fundis patrimonialibus,& colonis principis, & domus augustæ: nunc videndum est de quibus muneribus fundi principis, & coloni sui, & domus augustæ excusentur secundum Odofredum.

LEX PRIMA.

Priuatas. Priuatæ possessiones principis a sordidis muneribus sunt immunes nec coloni conductores earũ ad extraor dinaria munera vel superindictiones poterant conueniri.hoc dicit secũdum Dul.quæ sunt sordida dic vt supra de excu.mun.l.maximarum,& esset hæc l.bona,& eius concord.pro Pagesiis, si seruaretur,videlicet q emphyteutæ principis essent immunes a talijs, de quibus loquitur hæc lex.Iacob.Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 Leuius portatur,quod a pluribus portatur.
2 Prouinciales sunt tributarii.
3 Translatio ad loca proximiora est facienda.

Rem priuatam. Mãdat imperator vt prædia sua non excusentur a transuectione publica, imo conferant prædia sua sicut alia prædia prouincialium: & hoc causa leuandorum, & releuãdorum prouincialium.Secundo dicit q quadam occasione ista fuit iussio prætermissa,& erat occasio talis: qa quibusdam tpibus species, & frumenta publica fuerunt translata ad loca remota valde, & sic pdia fisci cœperũt excusari.vnde vult imperator vt hodie fiat translatio ad loca proxima, vt antea fiebat, & sic prædia fisci non excusabuntur h.d.

1 h.d.Et not.ex l.ista ꝙ leuius portatur quod a plu-
ribus portatur, vt hic & supra de exact tribu.l.
2 actores.Secũdo not.ꝙ hic colligitur,ꝙ soli pro-
uinciales sunt tributarij: quod dic.vt supra sine
cen.vel reliquis l. omnes. Tertio not. ꝙ transla-
tio debet fieri ad loca proximiora quam magis
3 fieri potest,vt supra de anno.& tribu.l. pro locis
Quarto not. illa pulchra verba excessit occasio
iussionem,&c. An.de Ber.not.hanc l.contra do-
minos, & officiarios; qui compellunt subditos
ad portandum, ligna, frumenta, & alia multa in
eorundem subditorum magnum grauamen:
ad quod faciunt iura in gloss.hic allega. Iacob.
Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum fratribus alicuius cõuentus, debetur etiã his qui nondum sunt professi.*
2 *Sponsa gaudet priuilegio vxoris.*

Pro tyronibus. Hic dicit imperator, ꝙ cum certus reddi-
tus assignatur tyronibus certæ militiæ pro eorũ
stipendiis exsoluendis, ꝙ nedum prædia prouin-
cialia tenentur conferre ad præstationem dicto-
rum: sed etiam tenentur ad hoc prædia principis
1 secundum And.Dul.& Ray.Facit hæc l.ꝙ si lega-
tur cuilibet fratri talis cõuentus; ꝙ etiam illi qui
nondum sunt professi debeant habere legatum
cum hic dicantur tyrones noui milites infra de
tyro.l.1.& quibus debeantur stipendia sicut mi-
2 litibus, vt hac l.Sicut dicitur de sponsa quæ gau-
a det priuilegio sicut vxor, * vt l.4.ff.de fundo do-
ta.ad quod ff. de aur.& arg. lega. l.& si non sunt
§. quid ergo cum in tali loco videatur plus fuis-
se habitus respectus ad ecclesiam seu religionẽ,
quam ad personas,vt l.annua. §. Titia.ff.de ann.
lega.Et quia in testamento vbi agitur de proui-
sione animæ,& in fauorabilibus debet fieri lar-
ga interpretatio.ff de regu. iur.l.in testamentis l.
Ticia §.Seya de auro, & arg. lega.l.cum quidam
de lib.& postu.cum concor.de Securo Iacobus
Rebuffi.

ADDITIO.

a Sponsa gaudet priuilegio sicut vxor. Vide de huius dicti veritate Barto & gloss.fin in l.1.ff. de feudo dota. eundem in l. quod seruis.ff de condi.ob causam Bald.in l.1.ff.solu.matr.& in l eos post glo in versi.competunt qui po.in pig.hab.& in l.si sponsus de iure do. & in l. cum non soluen. & ibi plene Doct.de bo.quæ libe.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Via, & strata ponuntur tanquam species differentes ad quarum reparationem tenentur etiam princeps, & ecclesia, an & ad murorum instructionem teneatur nume. 2. remissiue.*

Absit. Instructio viæ publ.põtium,& strata-
tarum inter sordida non numera-
tur:& ideo nemo excusatur ab eo, vt dicit Bart.
1 Et sic patet quod via, & strata ponuntur in hoc
tex.vt species differentes concor. ff. de via pu.l.
1.in fi.Bar.& sic princeps,& ecclesia tenentur ad
talem refectionem viarum publi. & pontium
2 An autem ad instructionem,& reparationẽ mu
rorũ dic,vt no.per glo.& Doct.in l.ad instructio
nẽ supra de sa.san.ecele. & supra ex qui.mu, vel
præsta.ne.li.se ex.l.fi.lib.10.& ibi scripsi,& in qui
bus casibus ecclesia teneatur scripsi plene l.fi.di-
uina domus de exact.tribu.Iacob.Rebuffi.

LEX V.

Excepto. Nullus a superindicto excusa-
tur excepto principis posses-
sore.h.d. Bar. & no.verbum quod sæpe consue-
uit poni in instrumentis absq; vllius priuilegii ex
ceptione secundum Dul.Iaco.Rebuffi.

De grege Dominico.

Rubrica.

Visum est supra de rebus immobilibus principis.s. de fundis Dñicis nunc vero de rebus mobilibus ipsius principis.s. de animalibus eiusdem secundũ Odo.Iac.Reb.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Subtrahens quandoq; tenetur alia pœna quam dupli, vel quadrupli.*
2 *Pœnitentia an locus sit post furtum consumatum.*

Propositis. Subtrahens equum de gre-
ge Dominico in eius restitu
tione,& vna libra auri punitur. Subtrahens autẽ
de grege priuati punit in media libra auri a qua
pœna releuatur subtrahens,si eũ obtulerit spon
1 te.secundum Bart.An.& Docto. Et nota hic ca-
sum in quo subtrahens punitur alia pœna quam
2 dupli,& quadrupli.Et ꝙ in furto consumato lo-
cus est pœnitentiæ,vt supra de his qui se deferũt
l.1.& ff.de alie.iudi.mu.causa fac.l.3.in fin. & su-
pra ad l.Iuliam maiest.l.quisquis.regulariter con
tra,vt ff.de furtis l. qui ea mente.Barto. Iacobus
Rebuffi.

De palatijs,& domibus Dominicis.

Rubrica.

Visum est supra de rebus immobilibus ruralibus principis,& de prædijs eiusdem principis postea visum est de rebus mobilibus nunc de domib.& palat.eius.

LEX PRIMA.

Consecratas. Non debent priuati in palacijs principis habi-
tare hoc dicit Bart. consecrata quæ ideo dicun-
tur consecratæ: quia sunt principis,qui est sacra-
tissimus.Iaco.Rebuffi.

De cupressis ex luco Daphnensi vel Perseis per Ægyptum non excindendis, vel vendendis.

Rubrica.

Super tit. proxi. visum est de quadam prohibitione ne habitare liceat in domibus principis, nunc in isto tit. tractatur de quadam alia prohibitione, videlicet, vt nemini liceat scindere vel vendere nec emere arbores, cypressos in certis regionibus hic expressatis existentes. Vnde sciendum est quòd vltra mare in terra Aegypti est quoddam flumen magnum vocatum, Nilus, de quo habetur supra de nili agge. non rumpend. l. 1. & illa terra est calida, & sicca, & vix ibi pluit: sed aliquando parte anni illud flumen sic crescit, q tota illa terra inundatur, & postea agricolæ colunt agros, & habent multos fructus inde. vnde in illis locis sunt multæ arbores cypressi, in ripis retinentes terrã ne ripæ labantur tempore illius inundationis: & quia illa loca hic nominata indigent illis arboribus, vt conseruentur nec destruantur illæ ripæ: ideo ponitur hic titulus ne tales arbores sic ram necessariæ excidantur, nec vendantur nec emantur. Iaco. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Pœna imposita vendenti, an etiam ementi imposita censeatur.*

Si quis. Ementes, & vendentes arbores cypressos in locis hic nominatis puniuntur hoc dicit Bart. Et est hæc lex in argum. quòd eo ipso q imponit pœnam ementi etiam imponitur vendenti secdm Bar. quia quos par facinus coinquinat eos par pœna conuincat, vt supra de episc. & cleri. l. si quemquam cum ibi nota. in fin. & ff. ad l. Pomp. de pari. l. verum, & de his qui no. infa. l. librorum. § notatur. Et hæc iura faciunt quòd si fuerit proclamatum sub pœna 10. librarum, vt nullus audeat vendere equos nisi euntibus ad exercitum, q etiam pœna extenditur ad emptores contrafacientes pro quo. ff. de act. emp. l. veteres supra de malc. l. culpa, & 264. 3. cap. aliquanti arg. contra. ff. ad municip. l. con stitutionibus: quia statuta municipalia sunt stricti iuris pro hoc. ff. so. matri. l. si vero. § de viro. Sed credo q incidant pœnam emptores sicut venditores, per superius alleg. de securo Iacob. Rebuffi.

LEX II.

Omnes. Auctoritate propria nullus potest in luco daphnensi incidere cypressos nec tales arbores colapsas alibi transportare, & contrafacientes puniuntur. Item plantans cypressum non potest ob hoc aliam incidere: sed pro tali plantatione à fisco vnam libram auri consequetur hoc dicit Bart. Nota ex l. ista quòd prius quando vnum indicitur contra aliquod aliud est indicendum pro eo: ad quod l. eum qui in princip. ff. de iureiur. secundum Dul. Nec obst. supra l. proxi. vbi imponitur minor pœna: quia ibi in emente, qui non tantum delinquit. Item non ob. supra de iudæis l. nemo: quia hoc est speciale fauore reipublicæ, & cultu ræ. Item not. ex l. ista quædam licere maioribus quæ non licent minoribus sic supra de spor. l. 2. & supra ne sine iussu princip. lic. cer. iud. bo. consul. l. 1. Item not. quòd quædam possunt concedi per seneschallum quæ non possunt concedi per alios iudices secundum Dominum Berengarium de Securo.

Explicit lectura super 11. libro codicis compilata ab egregio legum comite Domino Iacobo Rebuffi in alma Montispessulani vniuersitate. Anno a Natali Domini. 401.

DO-

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS

Incipit Liber duodecimus.

De dignitatibus.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatum quot species, & quae. nobilitas quid sit.*

SVper glo. Rubricæ ibi ideo de digni-
tatibus dicit, vel dic, dictum est su-
pra de multis qualitatibus persona-
rum: sed quia dignitas est quædam
qualitas inhærens personæ, idcirco
ponit hic de dignitatibus. Circa hoc quæro quid
differunt tractatus huius libri à tractatu primi li-
bri codicis, & digesti veteris, nam in his tracta-
tur de dignitatibus, sicut hic. Respon. in primo
tractatur principaliter de officiis, in quibus se-
quitur dignitas: hic tractatur principaliter de
ipsa dignitate, & de priuilegiis quæ quis habet
propter ipsam dignitatē, propriè enim loquen-
do aliud est officium, & aliud est dignitas: quod
patet, nam potest quis habere dignitatem sena-
toriam, & consularem licet non sit senator nec
consul. vt videbitur in l. t. huius tit. Item potest
quis habere officium senatoris & cōsulis, & non
habere dignitatem, vt dicam. j. eo. l. quotiens,
& sic patet ꝙ sunt separata secundum Bar. in re-
1 petitione huius. l. Et quia hic incipit tractatus
de dignitatibus sciendum est ꝙ quatuor sunt di-
gnitates principales. Primo dignitas superillu-
stralis. Secundo descendendo dignitas illustralis.
Tertio spectabilis. Quarto clarissima. vnde istæ
quatuor dignitates dicuntur nominatæ de qui-
bus loquitur hæc materia, quoniam dignitas se-
parata ab officio, & administratione est idem
quod nobilitas, prout nobilitas facit quem dif-
ferre à plebeis secundum Bar. in repetitione. l. t.
a vbi latius declarat quid sit nobilitas [a], & quid
dignitas, & quot modis dicitur. Sunt autem qui-
dam magistratus non habentes merum impe-
rium, nec dignitatem sed aliquam coertionem,
& modicam iurisdictionem, vt sunt defensores
ciuitatum, magistratus municipales, pedanei iu-
dices: vt de istis latius habetur in materia offi-
ciorum. C. & ff & fit mentio insti. in proœmio.
§. cumque, & ibi not. in glo. super verbo illustri-
bus, & in authen. vt ab illustri. circa prin. colla. 5.
Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Quid sit nobilitas. Adde Panorm. cap. sicut el 3. in fi. versic. glo. nobilis extra de homi. Paul de Cast. consil. 22. colum 1. vers. posset etiam adhuc, & consil. 126 alias 127. colum 3. & Bar. Cæpò. consil. 14.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatem an debeant habere mulieres.*
2 *Dignitas, quæ venit a patre an sit excellentior, quid sit dignitas, & quæ præferatur.*
3 *Dignitas paterna, vel auita qualiter descendat ad filias, & neptes ex filio, & num. 6.*
4 *Filiæ an retineant dignit. & nobilitatem patris. & nu. 8.*
5 *Consul & Consularis an differant.*
7 *Viri nomen qualiter sumatur.*
9 *Comite decedente pluribus relictis filiis, an omnes sint spectabiles, & comites.*
10 *Baronia an sit diuisibilis, & qualiter plures filij succedunt. ibi.*

Si vt proponis. Nobilitas mulieris
quæ habet ex pro-
genie retinetur, si nubat nobili etiam minoris
dignitatis non plebeis. h. d. in summa. modo po-
no casum in terminis, & causa solatij duæ soro-
res fuerunt in quodam cōuiuio inuitatæ, & non
fuerunt positæ inter dominas cōsulares, & præ-
torias; ideo fuerunt ad Imperatorē proponen-
tes ꝙ habuerunt auum consulem & patrem præ-
torem, & ꝙ ipsæ sunt mixtæ nobilibus viris, licet
non tantæ dignitatis, quæritur nunquid debent
poni inter nobiles dominas in mensa respectu
nobilitatis maritorum? respondet Imperator ꝙ
si vera sunt quæ proponuntur, retinent dignita-
tem & nobilitatem generis. l. parentum. h. d. in
1 termin. secundum Bart. in repetitione huius. l.
a Not. mulieres habere dignitatem [a], quod est ve-
rum, dignitatem quæ est sine administratione.
Et ista dignitas secundum ꝙ not. hic Barto. nihil
aliud est, quam quædam nobilitas sibi obueniēs
vt hac. l. dignitatem autem cum administratio-
ne habere non possunt, & sic loquitur. l. 2. ff. de
reg. iur. fallit tamen in quibusdam excellentibus
mulieribus. de quo in l. fi. supra de arbit. & in c.
dilecta extra de arbi. Et in abbatissis, quæ habent
administrationem in suas monachas, vt hic not.
per Bar. in repetitione huius. l. in secunda opi. &
per Cy. in d. l. fi. de quo plenius in Spe. tit. de arbi.
§. 2. vers. 2. & vers. 1. Qualia autem munera per-
sonalia, & quales honores possunt indici mulie-
ribus, scripsi & posui aliqua exempla. §. de mu-
lie. in quo lo. l. 1. lib 10. prope princ. versi. sed an
possit concedi mulieribus, & in versic. venio ad
2 tertium. Item nota hic dignitatem generis quæ
venit à patre esse excellentiorē, & præferri digni-
tati

ADDITIO.

a Mulieres habere dignitatem. Adde istum in l. 1. nom. 5. & quod ibi notaui in apostil. ad eum in versi. mulieribus supra de mulie. & in quo loco lib. 10.

tati seu nobilitati eidem mulieri obuenientis ex
parte mariti. Et propterea si filia Regis nubat
alicui Duci vel Comiti dicetur Regalis, & etiã
si filia Ducis nubat alicui militi simplici dicetur
Ducissa, etiam hoc aperte probatur per hanc. l.
vnum tamen est, q si dignitas seu nobilitas ob-
ueniens mulieri ex parte mariti est maior quam
dignitas seu nobilitas, quam talis mulier habet
ex parte patris, q tunc vti poterit dignitate à no-
bilitate viri, vt si filia Ducis nubat Regi q dica-
tur Regina, & si filia militis nubat Comiti q di-
catur Comitissa. iuxta. l. mulieres. j. eo. & l. fi. su-
pra de incolis. cum si. iura enim multum fauent
honestis mulieribus, vt habetur, & no. supra de
vesti. olobe. l. 1. & 2. & supra nemini lice. in fre-
nis. l. 1. §. nulli & in eis plenè scripsi. Iac. Rebuffi.
3 Item not. qualiter dignitas paterna vel aui pa-
terni descẽdit ad filias, & ad neptes ex filio con-
cot. ff. de senator. l. liberos, non autem econ-
trario: quia dignitas filij non trãsit ad matrem,
vt ff de sena. l. 1. in fi. & potest esse ratio: quia di-
gnitas, & nobilitas non sic veniunt retrorsum:
quia filius non sequitur conditionem matris in-
quantum ad honores & dignitates. l. 1. ff. ad mu-
nicipales: demptis quibusdam causis no. d. l. 1. in
4 fi. de sena. Reb. Item no. ex. l. præsenti. & ex prin.
glo. filias retinere dignitatem & nobilitatem pa-
tris, & aliorum parẽtum quibus attinent, ex par-
te tamen patris, vt l. cum legitimè, alleg. in prin.
glo. & declaratur bene in l. liberos. ff. de sena. &
sic expeditur prin. primæ glo. Rebuffi. In glo. ibi
exponit consularem. i. consulem, quod non vi-
detur procedere, quoniam aliud est consul, sci-
licet qui habet dignitatem cum administratio-
ne. Et aliud est consularis. s. qui habet dignitatẽ
sine administratione vt est filius consulis, & filia
consulis; & etiam vxor consulis, vt l. 1. & l. libe-
5 ros. ff. de sena. & l. mulieres infra eo. Et quod sit
differentia inter consulem, & consularem hoc
probat tex. ff. de arbit. l. 5. §. fi. Glo. tamen mate-
riam possumus bene saluare, quoniam glo. dicit
consulem, vel de genere consulum, &c. Item in
tit. de dignitatibus quantũ ad dignitatem est pa-
ritas inter consulem & consularem: vnde debe-
mus intelligere tex. & glo. secundum materiam
in l. si vno anno. ff. loca. & idem dicendum est de
prætore & prætorio, vt d. l. Super ea. glo. ibi su-
pra de quæstioni. l. diuo. tamen gl. ibi quæ est su-
per ver. pronepotes videtur extendere vltima. si
ad liberos pronepotum per. l. motis. §. liberos. ff.
de pœnis. de quo per Iac. de Ra. quem sequitur
Cy. in d. l. diuo. Bar. hic dicit sic, q quando illud
ex quo sequitur nobilitas transit ad posteros, vt
Regnum, Ducatus, Comitatus, & similia tunc
etiam vsq; ad infinitum erit ille nobilis ad quem
transit non ex persona parentum: sed quia ha-
bet illud ex quo nobilis est, quandoq; illud non
6 transit vltra pronepotes secundum Bar. Pro de-
cisione Bar. bene facit. l. priuilegia. ff. de reg. iu.
vbi dicitur q quando propter causam conce-
duntur, ad hæredes transeunt, & propterea no-
tanter hæc glo. loquitur de honore & dignitate
seu nobilitate, quæ venit per accidens vt tunc
non extendatur vltra pronepotes a. g. sumpto
de casu. l. diuo. quæ loquitur tantum in priuile-
gio ad quos successores transeat. s. in maioribus
dignitatibus ad pnepotes, ita intelligitur. l. diuo.

etiam, & l. moris. §. liberos, cum concor. in mi-
noribus tamen seu inferioribus transeunt tãtum
ad filios de quo supra de pœnis. l. honor. & ff. de
excusatu. sed & militcs. § non solum alias in ver.
Verecundus cum concor. diuersis tamen modis
qui habentur supra de quæstioni. l. milites, & de
aduo. diuer. l. laudabilem. circa prine. & infra de
protect. & domr. l. fi. de nobilitate autem seu no-
bilitate quæ non venit per accidẽs nec per mo-
dum collationis officij: sed venit ex parte gene-
ris vel gratiæ nobilitationis cõcessæ a Principe,
tunc succeditur in infinitum, istum intellectum
notabiliter ponit vna glosella. ff. de sena. l. libe-
ros. super verbo liberis. In glo. ibi, vbi exponit
7 virum id est hominem. Super hoc Bart. dicit, q
nomẽ viri quandoq; ponitur respectiuè ad vxo-
rem, & tunc ponitur nomen viri pro marito, vt
l. si vero. §. de viro. ff. sol mat. & de iure dot. l. vir
ab eo. & supra de do. inter vi. & vxo. in rubrica,
de iure do. l. si inter virum. cum si. quandoq; no-
men viri ponitur respectiuè, & ponitur cum ad-
iectione denominata, vt sic vir alicuius mulieris
vt dicendo vir seye, aut si dico vir tuus & simi-
lia: tunc etiam in dubio intelligitur vir pro ma-
rito, vt supra de secun. nup. l. 1. & in auth. si qua
mulier supra ad Velley. Si autem vir ponitur si-
ne alia adiectione, tunc intelligitur vir & homo
vt hic, & ff. iudica. sol. l. vir bonus, pro socio. l. so-
cietatem. §. arbitrorum. cum si. aduertendũ ta-
men est q nomẽ, viri denotat hominem altum.
Sed cum nominatur homo pot intelligi de quo-
libet, vt ff. de leg. 3. l. cum quis decedens. §. codi-
cillis, & ibi not. q potest facere ad multa secun-
dum Bart. in prima opi. in fi. glo. de hoc dicetur
8 plenius infra tit. 2. Super glo. fi. quæ est super ver-
bo priuatæ. Not. q filiæ retinent dignitatem &
nobilitatem paternam, dum tamen nubant no-
bili quantumcumq; ille maritus nobilis sit mi-
noris nobilitatis quam paterna: innuitur ergo hic
quòd si filia nobilis nubat alicui ignobili perdit
dignitatem, & nobilitatem paternam, q secus
est in nobilitate quam mulier cõsequitur a ma-
rito: quoniã si eo mortuo nubat alteri minoris
nobilitatis licet nobili, & non plebeio perdit
nobilitatem, & dignitatẽ, quam consecuta fue-
rat a primo marito, vt l. fœminæ. hic alleg & in
vlt. gl. quæ voluit hoc dicere licet succinctè: ad
qđ l. mulieres in fi. j. eo. concord. & hoc not. per
9 And. de Barulo. Iuxta hoc potest quæri si aliquis
comes decedat relictis pluribus filiis an omnes
tales filij habebunt dignitatem spectabilẽ, quo-
niam comes habet imperium, in feud. de cleri.
vio. pa. §. si ministrales, & dignitatem spectabi-
lem infra de comi. consisto. l. 1. & 2. & in authen.
de appel. §. simili modo. colla. 4. Aliqui tamen
comites sunt illustres, vt infra de ero. mili. anno.
l. prouincialium, per supradicta potest dici q ille
solus filius, qui succedit in comitatum habebit
dignitatem, & dicetur comes, vt est expressum
in feudis, quis dicatur Dux, Comes, Marchio.
c. 1. & arg. dictæ l. priuilegium. ff. de reg. iur. & ad
exhi. l. de eo. & si qua. pau. fecisse di. l. 1. in fi. quo-
niam talis dignitas conceditur ratione loci, &
administrationis infra de comi. qui pro. re. l. 1.
ad quod supra de decurio. l. quilibet, ibi propter
10 loci dignitatem & c. lib. 10. Et maxime quia co-
mitatus nõ debet diuidi, vt est tex. in feu. de phi.
seu.

feu. alic. per Fre.§.propterea Ducatus. Sed quid erit in Baronia, dic per prædicta quòd ille solus
a erit Baro qui succedit in Baronia[a]. Alij tamen filij non vocabuntur Barones: sed bene habebunt dignitatem honorariam, vt est hic casus in l.ista, si bene attendatur, pro quo ff. de sena. l.1. & l.3. in fi. ff. de arbi. Sed pone q multi filij succedunt in Baronia quis eorum dicetur Baro, & habebit dignitatem paternam? potest dici quòd ille qui succedit in capite Baroniæ pro hoc in simil. supra de agric.& censi. l. quemadmodum, & ff. de dam.infec.l. quod conclaue. & de relig. l. cum in diuersis. Sed quid erit si diuidatur caput Baroniæ videtur q sit inutile, & q nullus habeat nomen Baronis.ff.de seruitu.[l]. pro parte.dic tamen quòd vbi iure successionis inter filios fit diuisio capitis Baroniæ quilibet potest dici Baro, & potest esse ratio: quia licet tale caput possit dici indiuiduum iure constitutionis tamen vtiliter pôt diuidi, & nomen Baronis penes vtrumq; in solidū remanere: pro quo in simili. ff. de seruitu.l. viæ. de seruit rusti.præ.l.partem.fa. ercisc. hæredes.§.an ea.& in feu.de gradi. success.in feu. c.1.& maximè, quia Baronia non est prohibita diuidi. per.§ propterea Ducatus.s.alleg. Ia.Reb.

ADDITIO.

a Qui succedit in Baronia. Adde an Baronia quæ de iure pertinet ad primogenitum debeatur duobus pariter nascentibus Bal. in l. ex duobus in fi. p.in & ibi Ang.ff de vulga.& pupil. quod sic, & in l.Aretusa ff de sta.ho.idem in authen.ex testamento col. fi. versic. decimumoctauum capitulum supra de colla.cum concor per do.Alex.allc. in d.l.ex duobus versic. item inducitur per Bal.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Infamia siue facti siue iuris sit repellit à dignitate habita & habenda.*

2 *Infamia cognitione pendente an debeat electus administrare.*

Neque famosis. Infamia facti vel iuris notatis por-
1 tæ dignitatis non patent. h. d. Nota q quælibet infamia siue iuris siue facti repellit quē à digni-
a tate[a], & intellige siue iam habita siue habenda, vt infra eo. l. iudices, & sic magis impediunt infamiæ quam valetudines quę non reiiciunt iam promotum, vt ff.de postu l.1.§.casum,secūdum And.de Barulo, & est ratio: quia vbi lex aliquid prohibet, & vltra non progreditur,tunc factum tenet vt in simili. ff. quando appell. sit. l. 1. §. biduum ,& de interdic.& relega. l. relegatorum. §.ad tempus, vbi autem. l. aliquid inhibet, & factum prohibet, tunc factum non tenet, vt supra de legi. l. non dubium , & l. humanum,& dicta l. iudices.§.eo.& supra de assef. l.nemo. & de pro-
2 fesso. & me. l. reddatur. Item potest quæri si aliquis fuit electus ad dignitatem ,& ei obiiciatur quòd est infamis an pendente lite super infamia
b debeat administrare[b]? quidam dicunt quod infra annum desistat à dignitate, & si probata causa infamiæ non fuerit remaneblt in honore. ff. de mu.& ho. l. reus delatus, sic videtur q sit admittendus ad dignitatem nisi obiiciens offerat se promptum facere fidem de eius infamia, vt tunc audiatur, vt ar. ff. vt in possef.le. l.si is à quo. Item per hoc in simili. s. si ex fal.instru.l.fi.& de fal.l.satis aperte, pro quo supra quando prouo. non est ne. l.1. vel dic , q desistit a dignitate tres menses, & nisi causa tunc probata fuerit admittitur ad dignitatem, & obiiciens repelletur. pro quo in auth. de san.episco.§.si quis autem ad ordinationem, vel saltim desistat per duos menses. ar.l.1.C.de tempo.appel. & eligitur tale tempus ne ille electus habeat vagari ab administratione, & respublica sit sine gubernatione, & pro hoc. l. in simili. C. de no: oper. nunc. l.1. & de materia huius l. qualiter infamia priuet ab honore, & munere scripsi. supra de infa. l.1. & l.infamia, & l.nec infames supra de decurio.& habetur.& no. a.q.5.c.presbyter. & per Innoc. extra de accu. c. accedens, & plenius de Symo.c.accusatum. vbi istas dilationes remittit arbitrio iudicis , de quo etiā per Bar. & Doct.in d.l.reus delatus. Ia.Reb.

ADDITIONES.

a Repellit quem à dignitate. Adde quod notaui in apostil. ad istum.l 1.num.1.in vers. ab honoribus,& dignitate , supra de infa. lib.10.

b Si aliquis fuit electus ad dignitatem , & ei obiiciatur q est infamis an pendente lite super infamia debeat administrare. Adde Imo. & Abb.in c venerabilem,& ibi notaui in apostil. ad Panor. in fi. extra de elect.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas minor adueniente maiori confunditur, & an minor tollatur per maiorem.*

2 *Dignitates duæ possint se compati, & simul haberi.*

3 *Notarius factus præses an deposito officio possit instrumenta conficere. Idem de notario facto decurione, & quòd maior dignitas non facit præiudicium minori.*

4 *Officia duo habens an debeat habere duplex premium vel beneficium. & nu. 5.*

Maior. Si aliquis est in aliqua dignitate , vel militia constitutus ex qua est aliquod priuilegium consecutus, si postea maiorem dignitatem adipiscatur, nihilominus retinet priuilegium, quod habebat ex prima dignitate, concordantiæ sunt in glo. secundum Dul. Circa intellectum huius.l.quidam dicunt q non facit præiudicium eum per superiorem dignitatem confunditur prima quo ad rem & effectum
1 remanent tamen priuilegia. Et per hoc lex in simili q confunditur minor dignitas adueniente maiore. ff de fideiusf.l.generaliter,& de act.emp. l.non est nouum. Item per hoc q tollitur minor per maiorem : quia habent se per oppositum,& ea quæ se habent per oppositū non possunt concurrere in persona vnius,sic est hic,ergo &c.arg. à simili.ff.qui.mo.vsufr.amitti.l.si cui. & quemadmo. seruit. amit. l. 1. Tu dic q maior dignitas non facit præiudicium minori aliquod in dignitate immittendo,sed in administratione : vnde hoc videtur dicere lex ista quæ cū simpliciter loquatur, indistinctè eam intelligimus ,& pro hoc facit supra de excu.mu.l.eos cōcor.alleg. in glo.

pro quo; quia Imperator eligitur à senatoribus, & tamen retinet dignitatem senatoriam, vt infra eo.l.ius senatorum, ad quod in proemio digestorum. in fi. non ob. cōtra quia vbi sunt duo, quæ se habent tanquam principale, & accessorium tunc bene vnum tollit aliud, vt est in obligatione accessoria & principali. Secus tamē est in dignitatibus: quia in eis quilibet est principalis, & per se arg. ff. de procur. l. licet. non ob. alia ll. quæ dicunt quòd maius & minus non possunt concurrere simul in eadem persona; verum est quando non possunt se compati in eadem per-
2 sona, vt ff. de vsufruct. l. quod nostrum. Item duæ dignitates bene possunt se compati in persona eiusdem: quare non ob. sed contra præmissa facit. ff. ad l. Iul. de ambi. l. 1. & sup. de mu. & ho. inter pa. & fi. non. ⁊c. l. 1. & 2. & de accu. l. fi. vbi habes quod duæ dignitates non possunt in eadem persona cōcurrere. Sed dic quod plures dignitates possunt considerari cum administratione, & tunc non possunt concurrere in persona eiusdem, vt d. l. 1. C. de assess. pro quo. j. de agen. in re. l. pe. §. illi. & qui mili. possunt vel non. l. eis quidam. §. impositum de proxi. sa. scrin. l. hac parte, & verum nisi administratio vtriusque dignitatis ad vnum concurreret: quia tunc posset alias exercitium vtriusque retinere, vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. illud. Sed quandoque possunt considerari plures dignitates sine administratione, & tunc possunt concurrere circa personam eiusdem, vt supra de no. C. compo. § 1. & qui te. sa. possunt l. hac consultissima circa prin. Item etiam possunt accipi plures dignitates vna cum administratione & ceteræ sine administratione, & tunc etiam possunt concurrere, circa personam eiusdem, & sic potest loqui hæc lex
3 cum l. alleg. in glo. Circa l. istam potest quæri si notarius sit factus præses, vt sæpe contingit de facto, an deposito officio præsidatus possit conficere instrumenta, & officium notarij exercere videtur quod non per l. vniuersos supra de decurio. lib. 10. Sed credo cōtra vt hic. s. quòd possit conficere vt hic, cum dicit quod maior dignitas non facit præiudicium minori. nam notarij videntur in l. præclaram. j. de primic. pro quo. s. de aduo. di. iudi. l. aduocati. nec ob. l. vniuersos: quia verum est quòd durante officio decurionatus non potest conficere instrumenta. sed post sic, & sic intelligitur lex, si quis decurio. s. de falsis, ad quod supra de aduoca. di. iudic. l. si quis de togatis, &
4 de assesso. l. fi. Item quæritur pone quod Rex concessit omnibus doctoribus huius studij, vt quilibet eorum haberet quinque sestaria salis in salinis Regis. Item hoc idem concessit officiariis suis; doctor est factus officiarius quæritur an debeat habere quinque sestaria salis. an. 10. Et videtur quod solum. 5. per l. alimenta. §. Basilicæ. ff. de all. le. & videtur. l. in ratione supra de lega. l. cum quæstio. §. fi. dic contra. s. quòd habeat. 10. per l. istam. quia illud quod est inductū in honorem alicuius non debet ei nocere supra de legi. l. quod fauore. Item videtur lex expressa. ff. de an. le. l.
5 qui marito. Item quia ista sunt compatibilia & non contraria: ergo &c. & per hoc in ratione supra de bo. dam. l. fi. §. 1. ad quod. ff. de sti. seruo. l. 4. nam ibi sunt duæ prouisiones diuersæ nō tamen ad adinuicem contrariæ possunt simul in eiusdem persona concurrere. ff. si cui plusquam per. l. fal. l. 1. § interdum. pro quo. ff. de adi. leg. l. pater inter filios, & in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. § illud. nec ob. §. Basilicæ: quia ibi testator volebat prouidere ductus ad certum quid; tunc non possunt cōcurrere circa eandem personam illæ prouisiones, quia ad eandem viam vadunt. secus est in casu nostro. Ia. Reb. legum Comes.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas data rebus, an intelligatur data hominibus.*
Rerum appellatione continentur homines.
2 *Senatores à quibus muneribus excusentur.*
3 *Priuilegium concessum alicui ratione dignitatis, videtur concessum eius hominibus.*
4 *Priuilegium concessum militi ne teneatur soluere pedagium in certo loco, an extendatur ad homines subditos militi.*

Senatorum Substantiæ Senatorū habēt immunitatem à muneribus sordidis & extraordinariis. h. d. Bar. Vel sic res senatorum, & homines ipsorum vassalli seu familiares sunt exempti seu habent immunitatem a muneribus sordidis seu extraordina-
1 riis. h. d. Ex hac. l. no. quod appellatione rerum continentur homines [a], immunitas data rebus, & hominibus data videtur. An. de Barulo. Et sicut est arg. ad q. quæ erat inter Prælatos & Regem, qui Prælati immunitatem concessam terris ecclesiæ volebant extēdere ad vassallos seu ad terras suorum hominum, puta vassallorum secun-
2 dum Bar. & An. de Barulo. Circa l. istam quæritur à quibus muneribus senatores sint immunes, dic quod sunt immunes a personalibus, de quibus habetur. ff. de munc. & ho. l. fi §. personalia. & est ratio, quia talia munera personalia indicuntur municipibus, sed senatores non sunt municipes. ergo &c. ff. ad municipa. l. municeps, & supra de inco. l. eiucs. Item sunt immunes a muneribus personalibus quę indicuntur personis pro rebus, cuius est ratio, quia etiam indicūtur solum municipibus, sed isti non sunt municipales, vt supra dixi. pro quo. ff. de mu. & hono. l. rescripto. §. fi. Item sunt immunes a muneribus realibus extraordinariis tamen vt hæc. l. & supra de sacrosanc. eccle. l. placet. Munera autem realia & ordinaria habent subire senatores, prout supra dixi de naufra. l. pro his cum glo. Et præmissorum est ratio, quia cum datur immunitas alicui non videtur data a muneribus patrimonialibus, vt sup. de mu pa. l. qui immunitatem, cum ibi not. & de
3 iudi. l. 1. & de exact. tri. l. diuina. Item no. ex l. ista quòd concesso priuilegio alicui ratione dignitatis videtur concessum & eius hominibus, pro
4 quo. j. de comi. consisto. l. 2. Et sic facit ad aliā quæstio. quæ est in facto. Rex cōcessit cuidam militi, vt non teneatur soluere pedagium in aliquo

ADDITIO.

a Continentur homines. Adde Panor. in cap. omnes nu. 2. & quod ibi notatur in apostil. ad eum in versic. incorporalia extra de regul. iur.

quo certo loco, ille miles habebat castra; numquid tale priuilegium se extẽdit ad homines ibidem existentes? & videtur ꝙ sic per.l.istam. pro quo.ff.de precario.l. cum precario. & supra si quacumque prædi. po.l.1.ad quod in simili.ff.de priuil.cre.l.4.§. 1. Et videtur. l.cum glo.supra de aduo.diuer.iudi.l.restituendæ. 2. respon. Sed dic contra ꝙ non extendatur ad homines suos tale priuilegiũ, & est ratio: quia fuit concessum personæ non dignitati vel officio. & sic hæc. l. nihil facit, vt ff.de iur.immu.l.2.& 4.& no.ff.de regul, iur.l.priuilegia. ad quod. j. de proxi. sacro.scri.l. in sacris. in princ. Nec ob. contra quia hic concedebatur priuilegium personæ: ibi autem personæ ratione officij & dignitatis, & sic bene trãsmittitur, & sic videtur distinguere.l.cum glo.ff. de censi.l.forma.§.quamquam, & l.ætatem. nec ob. l.restituendæ: quia ibi præcedebat talis interrogatio.ff.de interro.ac.l.si defensor.§. 1.& insti. de inuti. stipu.§. præterea. Et pro hoc ꝙ ex simplici responsione trahatur ad vtraque supra de diuer. rescrip. l. 1. Iaco. Rebuffi.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Principis autoritas in quibus casibus est necessaria.*
2 *Factum per curiam videtur esse per iudicem ordinatum.*
Substantialia iudicij quæ sint, ibi. eod. vers. fin.

Nemo. Prohibẽtur præfecti aliquod munus sine cõsensu Principis iniungere senatori, sed solus Princeps iniungat, vel de eius mandato iniungatur senatori: nã tunc non est dignus sed dignitas, ꝙ ab Imperatore man-
1 datur. h.d. Et no. notabilem.l.ꝙ quicquid iniungitur à Principe est dignitas. Secundo no. casum in quo est necessaria Principis auctoritas, quod dic vt supra de iur.fisci.l.prohibitum. An. de Barulo. Item no. ꝙ vbi aliquis est immunis ab aliquo munere, si illud munus per Principem indicatur ꝙ non gaudeat illa immunitate: quia tunc non videtur munus immo magis honor & dignitas, vt hic in fi.ad quod supra ad l. Iul. maie. l.
2 nullus. Item not. ex. l. ista. ꝙ illud quod fit per curiam videtur esse ordinatum per iudicem, sicut ponitur quotidie in processibus. pro quo in feu. de milli. vassal. qui contumax est. c. dominus: sed an sufficiat ꝙ sic dicatur in processu ꝙ sit ita per curiam ordinatum; distingue aut illa verba ponuntur circa ea quæ specialiter sunt per iudicem ordinata, & tunc non sufficeret vt est in sententia & similibus. pro quo. de accu. l. libellorum. in princ. vbi habes quòd debet offerri libellus corã iudice, & nominatim, vbi præsertim sunt plures iudices, vt supra de decurio. l. nominationum, & argum. ff. de libe. & posthu. l. 2. Si autem talia verba apponantur circa ea quæ non requirunt præsentiam iudicis, & tunc obtinet quòd seruatur in curiis vt sufficeret dicere, quòd fuit ordinatum, vt talis fuit citatus per curiam. Quæ autem sunt substantialia iudiciorum habetur. C. de sen. & interlo. omn. indi. l. prolatam, & extra de proba. cap. quoniam contra falsam. Iacobi Rebuffi.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Artes vilissimæ quæ appellantur.*
2 *Conditioni propriæ quilibet debet deseruire.*
3 *Ascendens altas arbores per pecuniam an possit admitti ad dignitates.*
4 *Electus cum est insufficiens, quis habeat in eius locum alterum subrogare.*

Ne quis. Negotiantes artes vilissimas ad dignitatem non aspirãt, & aspirantes repellẽtur ab ea, & iubentur redire ad pristinam vilitatem. h. d. secundum An. & Bar. In tex. ibi ex vltimis negotiatoribus, vt venditores carniũ & tabernarij abiectis, vt pistores & cloacarij & caprarij & similes: secundum Odoffr. &
1 Dulium. Et no. appellari artes vilissimas eorum qui stant ad custodiam porcorum, & eorum qui vendunt oleum vel sal. vt dicit glo.l.arg. vel sunt
2 tales qui vendunt cepum vel lardum. Item not. quòd quilibet debet conditioni propriæ deseruire, vt infra de cohor. l. si cohortalis. & ibi de hoc An. Sed quæ potest esse ratio quare vel quo iure isti negotiatores repelluntur a dignitatibus, & videtur quòd repellantur: quia infames supra eo.l.neque. pro quo in auth. de testi.§.sancimus. in fi. quæ ratio non videtur procedere, aliàs non pateretur eorum negotiatio si essent infames.ff. de offi.præsi.l.illicitas.§.neq; illicita. de pœnis.l. moris.§. 1. & 2. & quia tales non repelluntur, vt infames, vt ff.de decurio.l.eos qui vtẽsilia, dic tamen ꝙ aliqui prohibẽtur a dignitatibus propter pœnam non vt infames, vt supra eo.l.2.ad quod ff. de interdic.l.relegatorum. §. fi. & de decurio. l. ne quis, vbi habes ꝙ aliqui prohibẽtur a dignitatibus propter pœnam, alij propter insufficientiam, & ratione fragilitatis & vilis mercimonij, quod exercent. vt supra de decurio. l. ad subeunda. & arg. ff. de testi. l. 3. §. 1. & supra de incest. nup. l. humilem. Et sic loquitur ista. l. nec ob. l. eos qui vtensilia: quia illud ꝙ ibi dicitur in princ. l. corrigitur per fi. & quod dicitur in princ. dicitur arguendo, vel aliter dic ꝙ isti tales de quibus loquitur ista. l. non debent vocari ad illa vbi est copia sufficientium, tamen in subsidium bene vocarentur. arg. ff. de mun. & hon. l. ad rempublicam.
3 Circa qđ potest quæri an illi qui ascẽdũt altas arbores data sibi pecunia pro nucibus, & aliis fructibus excutiendis, vel pro ipsis arboribus putandis sint repellendi a dignitatibus vel a testimonio? & videtur ꝙ non, quia istud edictum est prohibitorium, & tales non reperiuntur prohibiti, ergo &c. ff. de testi. l. 1. supra de app. præcipimus. in fi. & de iure fis. l. certa forma. Itẽ quia erubescimus &c. in auth. de trien. & se. §. consideremus, ad quod supra de scrils. l. omnes, iũcta. l. Principes. j. de princ. ag. in rebus, vbi videtur ꝙ tales debeant magis præmiari cum collectores fructuũ sint priuilegiati, vt infra de castren. omnium pala. pecu. l. 1. Credo contra ꝙ non debent admitti. quia videntur infames. Item quia officium tale est vile & abiectum, & ideo repelli debent vt hic, & quia exponunt corpus periculo accepta pecunia. ff. de postu. l. 1. §. bestias. pro quo ff. de testi. l. 3. §. 1. quia hoc verũ, nisi in causa

consimilis

consimilis socij, quia nil Iudeus Iudeo, &c. arg.
supra de lega.l quoniam, & de inoffic. testa.l.in
arenam. Nec ob.quod dicitur, ꝙ debet præmia-
ri: quia immo contrarium, quia exercuit mer-
cimonium contra l. prohibitionem, ideo repel-
lendus supra de agri.& censi.l. quemadmodum,
quod intelligo procedere quantum ad dignita-
tem in ciuitatibus, vbi est copia honestorum vi-
4 rorū, alias secus vt dicta l.eos qui vtensilia. Item
circa fi. huius l.pone aliquis est electus in consu-
lem Montispesulani, post reperitur insufficiens,
quæritur quis habeat in locum istius alium sub-
rogare: an gubernator vel consules antiqui qui
eum sibi præsentauerūt. circa hoc potest distin-
gui aut vacat locus propter mortem, & tunc illi
qui primo eum elegerunt alium subrogent. aut
remouetur, quia insufficiēs tunc deuoluitur ele-
ctio, & ordinatio ad superiorem. arg. ff.de testa.
tu.l.si quis sub conditione, & quia tales consules
antiqui omnes sunt priuati sicut habetur in iu-
dice: quia functi sunt officio suo. ff. de re iudi.l.
iudex. Item quia hoc non dicit constitutio eo-
rum, quia non debent nisi in fine anni. arg. ff. ad
municipal. l. quæstionibus. in fi. & de testa. ar. l.
3.§.fi. Et ideo sequitur ꝙ deuoluatur ad superio-
rem; in aliis tamen officiariis electis seu institu-
tis per istos consules si reperiantur insufficientes
tunc subrogabitur per eos qui illum creauerint:
quia adhuc remanet eis ius eligendi, vt potest
poni exemplum in consulibus mariis operariis
clauariis presbyteris, & aliis qui sunt consueti
eligi consules Montispesulani.arg.supra quo. &
quando iudex l.præses, & de accu.l.4.pro quo in
authen. de iudi. si vero iudex col.6. Iac. Rebuffi.

LEX VII.

Quoniam. Iudex volēs ædificia in vrbe cōstruere senatoris substantias non vexat. h. d. Bar. vel si aliquando indicitur collecta ob murorum extructionē in aliquo loco ad huiusmodi munus senatorum possessiones minimè teneantur. h.d. concor. supra eo. l. senatorū, & infra eo.l.proxi. Sed si ad extructionem, & reparationem viarum, debent conferre vt supra de priuil.do.Aug.l.abūt. Odoff.hic possunt cadere illa quæ dicit Bar.in repetitione.l.si. supra ex qui. mu.vel præsta. ne. li. se excu. & ibi aliqua scripsi de hac materia. Ia. Rebuffi. Comes.

LEX VIII.

Ius senatorum. Dicit Imperator ꝙ nos sumus de numero senatorum, & volumus omnes senatores ab omni iniuria defendi. hoc dicit An. de Barulo. Iac. Rebuffi legum comes.

LEX IX.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati quam dignitatem habere dicantur.*

1 Libertorum. Filij libertorū possunt habere dignitates. h. d.
An.& Odo. Quærunt Doct. quam dignitatē ha-
bent aduocati. & videtur ꝙ habeāt clarissimam
supra de aduo.diuer.iudi.l.1. Sed per l.istam po-
test dici ꝙ nullam habeant dignitatem, quia li-
bertus non potest habere dignitatem vt hic not.
& est expressum in l. hic in glo. alleg. Sed liber-
tus potest esse aduocatus ergo, &c. supra de po-
stul. l.3. nec ob. l.contraria. quia ibi non conce-
ditur per modum dignitatis, sed per modū pri-
uilegij: quia domini laborauerunt ar. j. de pro-
fess. qui in vr.constan. l.1. Item notant quod ex
l.illa doctores legentes hodie per biennium ha-
beant priuilegium, quod habebāt olim post. 30.
annos, & supra de decurio.l.Alexandrinis. vnde
dic ꝙ aduocati non habent certam dignitatem
nec nominatam, sed remanent sub generalitate,
sicut dicitur de militibus infra de eques. dig. l.1.
& in contrario. j. de aduo.diuer. iudi.l.aduocati.

LEX X.

SVMMARIVM.

1 *Tormenta qualiter accipiantur, & quis videatur pati tormenta.*

2 *Confessio facta per eum, qui de facto fuit tortus cum torqueri non posset, an præiudicet.*

Aduocati an possint quæstionari. circa finem.

Seueram. Viri clarissimi non debent subiici tormentis.h.d. An.&
1 Dulius. Not. hic accipi tormenta siue trahatur
cum cordis siue detineatur ligatus vel in mani-
cis ferreis. quia istis modis videtur pati tormē-
ta. pro quo. ff.de iur.fi.l.2.§.diuus. & ad silleI.l.&
si percussor.& l.lege Cornelia.& de custo.rei.l.2.
Item pro hoc ꝙ videatur pati tormenta eo ipso
ꝙ est ligatus, facit. ff. de iniur. l. item apud La-
beonem. §. quæstionē. quare dic ꝙ tales de qui-
bus loquitur. l.ista non debent ligari. sed nūquid
saltim poterūt terreri per iudicem verbotenus,
quod non videtur: quia generaliter hic prohi-
betur quæstionari, ergo &c. & supra de quæstio.
l.milites. & l.diuo Marco, & ad l. Iul. maie.l.nul-
lus, dic contra ꝙ immo poterunt. pro quo.ff.de
offic. præfec. vr. l.1.§.cum patronus, & de offic.
præfec.vig.l.3.§.cognoscit, & de quo. l. 1.& d.l.
2 Item apud Labeonem. §. quæstionem, cum si-
mili. Item quæritur si de facto in casu prohibito
sicut dicitur de hac.l.fuerit quæstionatus, & per-
seueret in quæstione post tormenta iuxta. l. 1. §.
sed vltro. ff. de quæstio. nunquid præiudicetur
tali quæstionato. & videtur ꝙ sic sicut est in sen-
tentia.ff.quando app.sit. l.1.§.biduum, & de in-
terdict.& relega.l.relegatorum. §.ad tempus.di-
ci potest contra ꝙ talis confessio ei non præiu-
dicet. ad quod. l.in simili. ff. de quæstio. l. 1. §.
diuus, & l.maritus. Item cum non tenuerit causa
vel aliquid aliud quod ex ea sequitur. ff.de legi.l.
non dubium. Item quæritur nunquid saltim post
sententiam condemnatoriam cum alias quam
per tormenta crimen fuerit probatum, poterit
quæstionari? & videtur ꝙ sic ad hoc vt reuelet
participes, vt ff.de pœnis. l. qui vltimo. Itē quia
amisit priuilegium propter delictum. j. eo. l.iu-
dices, & supra vbi sena.vel clari.l.1.§.2.dic quód
commisit delictum cōtra naturam sui officij vel
dignitatis, & tunc est quæstionandus, & sic lo-
quitur.

quitur. l. iudices. si autem alias deliquisset non contra naturam suæ dignitatis, & tunc non est quæstionandus etiam post sententiam. ff. de quæstioni. l. fi. & arg. ff. de solu. quamuis, alias incipit Calepodius. Item quæritur in casu in quo potest haberi quæstio de tali, nunquid in causa ciuili, & criminali poterit quæstionari? dic ꝙ in ciuili nõ potest quæstionari, nisi prout est ratione testimonij vaxillati. ff. de quæstioni. l. ex libero. & supra de aboll. l. fallaciter. §. 1. si autem loquamur in criminali, ibi distinguunt aliqui Doct. in libero & in seruo. Sed eam non approbo, vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. illud le darier. & est circa me. ti. Item pro hoc ꝙ non sit facienda distinctio, an sit crimen publicum vel priuatum, videtur. l. quæ indistinctè loquitur. ff. de app. recipien. l. ante sent. Item facit hæc. l. ꝙ aduocati non possunt quæstionari, quia habent clarissimam dignitatem, vt supra de aduo. diuer. iudi. l. 1. contrarium credo, quia liberti non possunt habere clarissimam dignitatẽ, vt supra l. proxi. & tamen possunt esse aduocati supra de postu. l. 2. quare, &c. etiam. l. contra. loquitur in aduocato fisci, licet alij aduocati aliqualẽ honorem habeant. s. de aduo. di. iudi. l. aduocati. Et quando sunt in ciuitatibus non in castris. ff. de excus. tut. l. allegatæ. §. a. & l. propter magistratũ, & in proœmio digestorum. §. illud supra de stu. li. vr. Ro. l. 2. Ber. Iaco. Rebuffi.

LEX XI.

SVMMARIVM.

1 *Senatorum filij nati ante Senatoriam dignitatem, an habeant aliquam dignitatem vel priuilegium.*

2 *Primogenitus an sit, si rex filium ex concubina habuit, & post contraxit matrimonium cum alia, qua mortua contraxit cum concubina.*

Si senator. Secundum veriorem modum sic pone casum: filij nati antequam pater esset senator, sunt priuati nec habent dignitatem senatoriam. Secũdo dicitur ꝙ nati post senatoriam dignitatem patris etiam ante concepti sequantur dignitatem paternam. h d. An. & sic sunt ibi duo dicta. Primo quando partus nascitur ex patre non senatore, qui senatum postea adipiscitur. Secundo de eo qui nascitur post senatum, & concipitur ante se-
1 natum: secundum Bar. Quæritur iuxta intellectum huius. l. vtrum filij senatorum nati ante dignitatem habeant aliquam dignitatem vel priuilegium? & videtur ꝙ sic per. l. fi. supra de decurio. & ff. de pœnis. l. moris. §. istæ ferè. & de decurio. l. 2. §. in filiis, dic ꝙ habebunt clarissimam dignitatẽ, vt in fi. istius. l. concluditur, & pro hoc supra de nupt. l. fi. Item qui sunt in clarissima dignitate non quæstionantur supra eo. l. seueram: sed tales filij nati ante dignitatem patris nõ quæstionantur vt dicto §. in filiis, ergo &c. nec ob. l. senatoris filium. hic alleg. In glo. quia ibi loquitur in filio adoptiuo: & est ratio in illo, quia siue ante siue post consequatur dignitatem propter fragilitatis vinculum cum de facili possit desierere esse filius supra de adopt. l. cum in adoptiuis, Sed in filio naturali est secus: quia naturalis non potest ita tolli, ergo. &c. arg. ff. de reg. iur. l. iura sanguinis. Item pro hoc in simili. ff. de iur. do. l. adoptiuum. §. 1. iũcta. l. dos a patre supra de iur. do. Item quid erit si quis susceperit filium ex concubina, & ita sequitur conditionem matris. ff. ad municip. l. 1. & de sta. ho. l. cum legitimè, post ille contraxerit matrimonium an habilitetur, vt sequatur dignitatem patris? & videtur ꝙ non sed matris. pro hoc in auth. qui. mo. na. effi. le. §. filijs. colla. 6. Item pro hoc ꝙ sequitur conditionem matris, facit in feu. si de feu. fu. ꝯtro. inter do. & agnatum vassal. §. naturales: sed videtur contra ꝙ immo sequitur priuilegium patris per. l. cum quis supra de natura. li. & in auth. de incest. nup. §. pen. & fi. colla. 2. dic ꝙ iste filius habebit illustralem dignitatem, & clarissimam si fuerit filius senatoris. Sed hoc non vr̃ posse stare: quia sic sequeretur, ꝙ maius priuilegium haberet quàm si esset natus, vt legitimus, & naturalis ab initio, tunc non haberet nisi clarissimam, vt hic, & sic plus haberet luxuria quàm castitas: quod fieri non debet. s̃ de reuoc. dona. l. his solis. in auth. de resti. & ea quæ parit. §. pe. & fi. Sed dic ꝙ habebit illustralem dignitatem tanquam adoptiuus: & clarissimam tanquam naturalis, ꝙ probatur quia nõ debet plus permitti extraneo penitus quàm filio naturali, sed si esset extraneus haberet illustralem dignitatem per adoptionem, vt s̃. probaui ergo &c. & pro hoc in simili. ff. de contra ta. l. cum emancipatis. §. fi. iuncta. l. senatoris filium. ff. de sena. igitur &c. Item probatur, ꝙ habeat clarissimam, ꝙ omnia iura per matrimonium confirmantur quo ad istum filium, ac si esset ab initio natus, quia iura signãt eum natum ab initio, vt dicta l. cum quis, & §. pen. & fi. de incest. nup. nec ob. contra. quia loquitur de legitimatione quæ fit per rescriptum Principis vel per oblationem curiæ. Sed nos loquimur de legitimatione quæ fit affectione naturali, vt patet in dicta l. cum quis, vt ibi loqui-
2 tur. Et ex his arguitur ad. q. præsupposito quòd primogenitus succedit in regno: pone ꝙ Rex habuit filium ex concubina post contraxit matrimoniũ cum alia, & postea mortua ea contraxit matrimonium cum concubina. quæritur an talis filius tanquam primogenitus succedat in regno, & videtur glo. quòd talis nõ mereatur dici filius Regis supra de nup. l. Imperialis §. his illud & sic quod non habeat regnum: distingue aut iste pater fuit factus Rex ex successione aut ex accidenti. Si accidenti & tunc quòd non habeat regnum talis filius, nec dicatur filius Regis, & est ratio quia non erat Rex tempore quo fuit conceptus. Si autem fuit Rex ex successione, & tunc dic quòd talis filius contributarius dicatur primogenitus, & quòd habeat regnum, & est ratio quia cum suscepit talem filium ex cõcubina erat spes succedendi in regno, & solum deficiebat administratio. ff. de libe. & posthu. l. in suis, & pro hoc. ff. si ex nox. causa agatur. l. pe. & fi. Item alia ratio, quia ea quæ in dubio sunt, si existant trahuntur retro ac si ab initio fuissent. ff. qui poti. in pig. habean. l. potior. pro quo. Infra de consuli, l. 1. & ff. de testamen. milit. l. in fraudem §. testamentum, & l. tribunus. §. 1. & l. Titius. Iacobi Rebuffi.

LEX

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcatio an totum vel partem complectatur. priuilegiū meretur amittere, qui ſibi cōceſſa abutitur poteſtate.*
2 *Licentiam obtinens extrahendi centum ſommatas bladi non obſtante prohibitione, an ſi extrahat ducentum, tota ducentum publicentur.*

Iudices. Si iudices & alij in dignitate poſiti conuicti fuerint, & condemnati de aliquo crimine pura furti vel alio ſcelere ab illa deponuntur dignitate, & ad eandem redire non poſſunt: quia ſe fecerunt indignos. h. d.
1 Not. ꝙ infamia priuat quem a dignitate etiam habita vt hic, nedum reiicit ab habenda, vt ſ. eo. l. 2. Secundo not. depoſitum ab officio ad illud iterum redire non poſſe, vt ſupra ſi quacumque prædi. po. l. 1. Tertio not. ꝙ priuilegium meretur amittere qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate vt ſupra de Iudæis. l. Iudæos. An. & ibi Dulius, & alij doc. In tex. ibi plebeios. Ex hoc apparet ꝙ iudices, & doct. dicuntur eſſe nobiles, quoniam exuti dignitate inter priuatos & nobiles habentur. Bat. allegat hanc. l. ad dubium quod mouet
2 alibi Ia. Bannum fuit appoſitum ꝙ de ſeneſcalia non extraheretur bladum; quidam impetrauit a rege ꝙ poſſet extrahere cētum ſommatas, ipſe non ſolum extraxit centum, immo ducentum quæritur an tota ducenta publicentur, an ſolum centum, & videtur ꝙ omnia ducēta: quia fecit contra bannum. de quo ſupra de nauti. fœno. l. cum proponas, & ff. de publi. l. eorem. §. dominus, & pro hoc facit hæc l. vbi perditur tota dignitas etiam propter vnum furtum. Sed dic contra, ꝙ ſolum centum publicabuntur, & eſt ratio quia talis prohibitio erat contra ius cōe, & permiſſio ſecundum ius cōe, & ideo ampliāda. arg. ff. de pac. l. ſi vnus. §. quod & in ſpecie dotis, & de re mili. l. eius militis. §. militia miſſus. Item pro hoc in ratione. ff. de aqua quoti. & æſt. l. 1. §. item quæritur. §. Trebatius, quæ ſic concordantur. Item ad hoc. ff. de publi. l. ſi publicanus. §. de rebus, & eſt. § t. nec ob. contra quia loquitur in mercibus indiuiduis, & ideo committuntur in totum, vel aliter dic. ꝙ illæ vſuræ nauticæ vel earum priuilegium ſunt contra. ius cōe, & ideo hic non operatur ad ea quæ ſunt ſecūdum ius commune. Doct. Iac. Rebuffi legum comes egregius,

LEX XIII.

SVMMARIVM.

1 *Vxor mei hominis efficitur mea fœmina.*
2 *Conſcius an & quando contra conſcium teſtificari poſſit. Vir & vxor eandem perſonam repræſentant, & vituperium vnius eſt vituperium alterius.*

Mulieres. Nuptæ hominibus magnę dignitatis communicantur honoribus maritorum, & eorum domicilium ſequūtur. Sed poſtea ſi nupſerint homini inferioris loci prima dignitate depoſita, Secundi retinent libertatē. h. d. An. de Barulo. Nec ſuperfluit hæc. l. cum illa. l. fi. ſupra de incol. cum quælibet faciat ad ſuum tractatum. illa enim quantū ad hoc vt ſciamus domicilium vxoris, iſta eidem quantum ad hoc, vt ſciamus dignitatem. An. Argum.
1 eſt. l. iſta ꝙ vxor mei hominis efficitur mea fœmina. Tamen Dulius determinat contrariū. per. l. fi. ſ. de agric. & cenſi. & ſ. nec vxor pro marito. per totū, & in auth. vt nulli iudi. §. illud. nec ob. hæc. l. & ſimiles: quia mulier mariti fulgore dēt ſplendere vt hic, & ſupra de nup. l. fi. & inſortunio. vi ſ. de do. inter vir. & vxo. l. res vxoris, & l. ſed & ſi moris. ad quod. ff. de ſenato. l. emācipatum. §. fi. & multominus nocebit viro ſi meā accipiat in vxorem, vt ſ. de li. cauſa. l. ſi liber. & C. de furtis. l. ancillæ, & ſ. de agric. & mācip. l. ex ingenuo. lib. 11. ſecundum dnm Dulium de Gambayrinis: Quæritur qualiter intelligitur. l. iſta. quia videtur fruſtratoria cū mulieres non poſſint habere dignitates in publico, & ff. de reg. iur. l. 2. ſed dic ꝙ intelligitur. l. iſta de honore ſiue adminiſtratione, habebit mulier iſta nomen quo ad honorem & nobilitatem. arg. ſ. de quæſtio. l. 2. & de in ius vo. l. 1. iuncta. l. aduerſus. ſ. de cri. expila. hære. & ſupra de nup. l. fi. Et ex his poteſt determi-
2 nari dubium, ita eſt ꝙ in ciuilibus conſcius non poteſt teſtificari contra cōſcium, ſupra de liber. cauſa. l. ſi filium, cum ibi not. & de accu. l. fi. pone igitur duo cōmiſerunt delictum, poſt vnus producitur in teſtē vna cum vxore ſua, & deponūt contra illum: nunquid talis poterit quæſtionari vigore teſtimonij vxoris illius; licet teſtimoniū viri ſui non valeat cum ſit correus, cum vnus teſtis faciat ſemiplenam probationem, ex qua poteſt procedi ad quæſtionem. ff. de teſti. l. 3. §. lege Iulia. & l. ex eo. vbi habetur ꝙ mulier poteſt teſtificari iuncta. l. vt iureiur. ſupra de teſti. Sed dic cōtra. quia vir & vxor eandem perſonam repræſentant, & vituperium vnius eſt vituperium alterius, & ꝓ hoc in auth. de alie. & emphi. §. œconomus, & ſupra ꝙ me. cau. l. ſi per impreſſionē: nec ob. contra. quia hic verum eſt quia mulier poteſt teſtificari in criminibus, niſi alia lege repellatur: ſic eſt hic. & ſupra dictum eſt. igitur &c. Iaco. Rebuffi legum profeſſor.

LEX XIIII.

Præcipimus. Senatori in ꝓuincia quaIiber ꝯſtituto nulla munera publica indicuntur. h. d. An. & Iaco. Rebuffi.

LEX XV.

Clariſsimis. Clariſſimi, & ſpectabiles poſſunt proficiſci ſine licentia quo volunt. h. d. ꝯcordatur. j. eo l. fi. Bar. in aliis ſecus, vt ſ. de manda. princ. l. 1. ſic eſt in milite ignominia miſſo, qui poteſt morari vbi vult præterquā Romæ, & in locis vbi eſt Imperator. j. de re mili. l. 3. Odof. Ia. Rebuffi legū profeſſor.

LEX XVI.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ illuſtres an & pro quibus criminibus ſint in carceribus detrudendæ.*
2 *Crimē grauius qualiter accipiatur. Et an perſona illuſtris poſſit loco ſui alterum in carcerem ſubſtituere.*
3 *Illuſtres an poſſint accuſari vel conueniri officio durante, & per quos poſſint puniri. num. 4.*

Si grauius.

Si grauius. Illustres de criminibus gra
uiotibus irretiti In carcerē
non intruduntur : sed committuntur custodiæ
militari, & per aliquē iudicem non pnniuntur.
sed commissis per eos relatio fit principi cōsti-
tuti vero In dignitate minori puniuntur per præ
fectum prætorio hoc dicit Barto. Ista autem re
latio de qua supradictum est liabet locum dnrā
te dignitate illustri. sed si per facinus esset ea pri-
uatus tunc absque relatione posset fieri de ęo pu
1 nitio. vt infra eod. l. proxi. Bar. Not. ex. l. præsēti
ꝙ in graui crimine personæ illustres non ponun
tur in carcerem, sed in leuibus criminibus com-
mittuntur iuratoriæ cautioni vt infra l. prox. Se-
cundo no. casum in quo crimina remittuntur
sic infra de re mili. l. tribuni. & l. nemo. in fi. & ff.
de pœnis. l. diui frēs in fi. & sup. si quis imperato
ri maledi. l. 1. & ff. quando app. sit l. 1. in princ. &
supra vbi sena. vel clau. l. quotiēns. Tertio not.
apud quem iudicē oēs milites de militari crimi
ne vel communi accusentur de hoc not. sup. de
iuris. om. iud. l. magisteriæ. sed l. ista tractat de po
sitis in dignitate et facit ad hāc l. supra vbi sena.
l. quotiens. In alijs autem personis non ꝯstitutis
in dignitate in grauib. ctimiuibus ponuntur in
carcerem. in leuibus committuntur fideiussoriæ
cautioni. vt ff. de custo. re. l. Diuus. regulariter nō
referuntur crimina sed de hoc supra. de off. præf.
præto. otien. & illi. l. si quos. cū simili. fin An. de
2 Bar. Item no. secundum. l. istam, ꝙ crimē graui*
hic accipitur vbi non potest cōparere per ꝓcu-
ratorē. supra de iniur. l. fi. vbi sena. vel. clari. l. quo
tiens Item quæritur iuxta l. istā, an intelligat, ꝙ
iste illustris possit substituere loco sui in carce-
rem? quod videtur quia substitutio est in locum
alterius positio. & pater potest substituere filiū.
argum. ff. de lega. l. sciendum. §. legati. pro quo
supra de epic. & cleri. l. quisquis & ff. de testa. l. oc
cides. Sed dic contra scilicet ꝙ non sit licitum da
re talem substitutum sed habet locum, dare fide
iussorem. arg. ff. de cust. re. l. 1. item quia esset ꝯtra
ius commune cum pœna debeat tenere suos au
ctores: quia carcer est ad pœnam saltim quādiu
ibi moratur. supra de exact. tri. l. 2. iuncta. l. sanci-
mus. sup. de pœnis. Item talis de se obligaret ad
speciem seruitutis, quod est contrarium iuri cō
muni. ff. de condi. & demon. l. ticio centum. §. Ti
cio centum & quarum rerum actio non datur.
l. 1. § quæ onerandæ. & de li. ho. exhi. l. 2. Nec ob.
contrarium. quia ibi loquitur in honore & mu-
nere pub. & ibi non est onus, sed magis honor in
fra eo. l fi. cum ibi no. & supra eo l. nemo præfe-
ctus in fi. & ideo dic subiectione. i. data fideiussio
3 ne. Item opp. ꝙ non possint accusari vel conue-
niri tales illustres officio durāte. ff. de accu. l. hos
accusare & de iudi. pars literarū. distingue aut ta
les erant magistratus qui erant in dignitate sine
administratione & tūc pāt cōueniri ēt durante
dignitate. s. ne li. po. l. 1. in fi. in auth. vt iudi. sine
quoquo suf. §. quos autem. circa me. Aut erāt hñ
tes administrationē, & tunc aut erant ꝑpetui, &
tūc poterūt ꝯueniri. vt hic & ī. l. ꝓxi. & ff. de in ius
vo. l. 2. & si cer. pe. l. ꝑsidis. aut ipales & tūc aut cō
ueniuntur de his quæ fecerūt ante administratio
a nem, * & eo casu subdistingue aut illi fuerūt per
uenti super illis ante magrātū tunc poterūt pro
ficisci durante. officio vt d. l. hos accusare. §. 1. &
talis delatus potest vocari ad honores si nō fuit
perfecta infra annū. ff. de mu. & ho. l. reus delat*.
Aut non erat peruentus & tūc nō pōt conue-
niri durāte officio. vt d. l. hos accusare in princ.
Aut quæritur de his qui commiserant durante
officio & tunc aut sūnt magni magistratus, & ta
les non pāt conueniri durante officio: minores
aūt magtatus bene possunt cōueniri. de iniuriis
4 l. nec magistratus. Et de in ius vo. l. 1. Sed qui hñt
punire iudices: distingue: aut sunt illustres, & tūc
puniuntur per principem vt hic in princ. & sup.
vbi sena. vel cla. l. quotiens. Aut sunt spectabiles.
& tunc puniet eos præfectus prætorio. vt d. l. si
quos. & e. tit. l. de ordinario. Aut sunt minores
iudices vel magistratus, & tunc si creantur im-
mediate per illos superiores, & tunc punientur
per illos. in auth. de manda. prin. §. festinabis. de
pœnis. l. si quis forte. §. si quos comitum. Aut nō
creantur immediate per superiorem, & tunc pu
nientur per præfectum vt in auth. de defen. ciui.
§. interim. Iac. Rebuffi, legum comes.

ADDITIO.

a Ante administrationē. Adde Bar. in l. qui officij & ibi omni
no Alex. ff. de contrah. emp. & vendi.

LEX XVII.

SVMMARIVM.

1 *Acta iuditij an & quando debeant in scriptis redigi.*
2 *Absuerit, qualiter accipiatur & citatio num possit fieri absque literis, per nuntium.*
3 *Conuenire qualiter ponatur.*
4 *Periurus priuatur sua dignitate & an sit infamis numero 6.*
5 *Libellus in causis ciuilibus olim non offerebatur.*
7 *Appellari an possit ab annotatione bonorum.*
8 *Annotatio bonorum hodie non fit.*

Quotiens. Illustres conuenti ciuiliter
vel criminaliter ad satisda-
tionem iudiciariam non vrgentur, sed eorum
committitur iuratoriæ cautioni, qua neglecta
ꝑ eos vel corū ꝓcūratores corū bonis in ciuili
i crīali vero tāq periuri de dignitate spoliantur
& absque relatione per iudices puniuntur. Item
illustres c timinalitet nō possunt conueniri sine
1 scriptura hoc dicit Bar. In tex. ibi vel corū pro-
curatores ex hac litera patet, ꝙ si dominus pro-
misit stare iuri sine scriptura & procurator cita-
tus non sistat, ꝙ ex hoc committitur stipulatio.
Nam hic cauit de iudicio sisti & procurator cita
tus fuit & absuit & ratione absentiæ ꝓcuratoris
fit missio in bonis domini. In tex. ibi sine scriptis
no. casū in quo semper est necesse ꝙ acta iudicij
redigantur in scriptura: ꝙ idem est regulariter ēt
hodie c. qm̄ contra extra de probati. sed fallit qñ
que vt in auth. nisi breuiores. supra de sen. ex pi-
reci. & infr. de ꝓxi. sac. scri l. pen. s̄ de man. prin.
l. 1. In gl. super verb. fideiussionis. not. casum in
2 quo nō possidēs immobilia nō cogit satisdare
iudicio sisti, sed cōmittit suæ iuratoriæ cautiōi,
regulariter ꝯ. vt l. sciēdū. ff. qui satisda. cog. &
hoc verū sm hæc iura. hodie vero null' suo noīe
ꝯuētus cogit satisd. vt insti. de satisda. §. sed hodie

In tertiã gl. no.bene de hoc verbo adfuerint. qa
aut scribitur per b. & notat absentiã sine dubio
aut per d. & notat præsentiam regulariter. Sed
causa contrarietatis vitandæ ẽt scribatur per d.
vt no.absentiam vt hic.& de hoc est gloss. nota.
in auth.de desen.ciui.§.sed neque. In glo.quæ in
cipit Ipso iure.in fi.no.bene ꝙ periurus est infa-
mis & ipso iure quando venit ꝯ pacta & sacra-
menta. sed qñ ꝯ sacramentũ tãtũ tunc ꝑ sen-
tentiam.concor.sunt in glo. In glo. quæ incipit
commonitoria. ex hoc apparet ꝙ citatio appel
latur sententia vt hic.& hoc etiam tenet gl. in l.
quotiens.j.de priui.scola.ibi glo.tenet ꝙ oẽ ꝓce-
ptũ iudicis faciens ad causam hẽt vim interlocu
toriæ,seu dr̃ sñia interlocutoria.& est illa gl. sin-
gularis.& alia glo.in authen.de litigio. §. ad ex-
cludendas.colla.8. Item ex hac glos. coniuncto
text.patet ꝙ citatio de comparendo possit fie-
ri per nuncium absque literis.vt l.sed interpella-
tur.§.1.ff.de arb.s.dixi.de colla.fun.fisca.l.palati
nos.& supra de exac.trib.l. missi. tñ hoc fallit in
clarissimis.nã illa citatio non valet nisi fiat per
scripturam. Bartol. Not. ꝙ regulariter qui non
possidet immobilia satisdat iudicio sisti. vt in l.
facti. fallit hic infra de prin.agen.in re.l.militis.
& de priuil. scola.l.fi.in princ.& de epi & cleri.
l.cum clericis. Secundo not.hic quòd conueni-
re ponitur pro accusare sic.ff.de iureiuran.l.præ
tor. §. 1. & ar. supra de eden. qui accusare. Ter-
tio not.ꝙ propter periurium quis priuatur sua
dignitate. sic & propter furtum.supra eo.l. iudi-
ces. & propter infamiam.supra l.2.licet nõ qui-
libet periurus sit infamis.vt no. ff. de Infa. l. Lu-
cius.vel dic ꝙ piurus repellit̃ ꝑp infamiam.quia
venit ꝯ suã promissionẽ procurando. Quarto
no.ꝙ cũ quærit̃ de delicto & de pena eius impo
nenda sit intuenda personæ conditio qualis erat
tpe commissi delicti.vt ff.de pœnis.l. 1. Fallit tñ
hic propter periurium qa hic illustris eo tpe quo
delinquit non poterat nisi a principe condem-
nari.hic nũc a quolibet iudice. Quinto ꝙ priui-
legium meretur amittere,&c. vt dixi.s.e. l. iudi-
5 ces. Sexto no.ꝙ in causis ciuilibus olim non of-
a ferebatur libellus [a]nisi ex voluntate.vt ff.de edẽ.
l.1.§. editiones.fallit in priuilegijs illustrium, vt
hic:in criminalib. autem olim erat necessarius
vt in l.libellorum.ff.de accu. immo videtur ꝙ
olim erat voluntarius etiã in criminalibus cau-
sis.vt j.de prox.sacro.seri.l.1.hodie vero in qua-
libet causa dẽt offerri.vt in auth. sententia vero
ẽt olim erat ferenda in scriptis vt sup.de senten.
ex periculo reci.l.1. In text. ibi cum dicit in cri-
minali.in qua per procuratorẽ potest procedere
vt in actione iniuriarum.vt sup.de iniu.l.fi.secus
in alia criminali in qua nõ põt procedere ꝑ ꝓcu
ratorẽ qa tunc teneret̃ dare fideiussorẽ. vt no. s.
l.ꝓxi iuncta.l.quotiẽs.sup.vbi sena.vel cla.super
6 glo.quæ dicit periurũ esse infamẽ. Pro declara-
tione huius puncti sic distingue aut tale iuramẽ-
tum non concernit læsionem tertii: & tunc aut
iurando deierat de præsenti, & tunc non est
infamis. vt ff de his qui no.infa. l. Lucius. cũ gl.
& pro hoc in simili.ff.de crimi. stellio.l. 2.& fin.
aut iste iurando non deierat & tunc est infamis.
vt si iurem tibi soluere 10.in festo Paschæ, si nõ
soluam sum infamis. vt hic.& supra de transac.
l.si quis maior.& hoc idem dicit glo. in dicta l.
Lucius. sed per alia verba. Sed Iac.subdistinguit
cum iuratur de futuro: quòd aut interuenit con
uentio vel pactum, & tunc si pactum vel con-
uentio est liberatorium & veniat cõtra iuramen
tum est infamis. Si aũt pactum sit obligatorium
quia tunc periurus non est infamis,sed fustigabi
tur,& ita extraordinarie punietur.ff.de iureiur.l.
si duo. §. fi. & est ratio diuersitatis inter pactum
liberatorium & obligatorium, quia infamatio
est odiosa & ideo restringenda.ff.de liber.& po-
sthum.l.cum quidam. Sic lex si quis maior loqui
tur in pacto liberatorio, ergo non est extenden-
da ad pactum obligatorium. Si autem iuret̃ non
interueniente conuentione & de futuro,& tunc
non est infamis vt dicta l.2. Tamẽ ista distinctio
non est vera cum Ia. facit differentiam inter pa-
ctum liberatorium & obligatorium. quia nõ est
differentia si bene attendat.l. si quis maior. & ꝓ
hoc est casus. Item non ob.§.fi.d.l. si duo patro-
ni.quia fustigatus est infamis cũ fustigatur ex cã
quæ infert infamiam.ff. ex quib.cau.irro.infam.
l.ictus fustium. Sed quæ est ratio diuersitatis ꝙ
non sit infamis cum iurat de præsenti vel de ꝓ-
terito non lædit partem nec rumpit cõuẽtionẽ.
quia iudex habebit sequi suũ dictũ ex quo repe-
rit eũ deierasse solũ vr̃ religionem Dei offẽdis-
se,& iõ Deũ solũ hẽt vltorẽ.& sic sequitur d.l.lu
cius.& s.de iureiur.l. iurisiurandi. secus cũ iurat
de futuro & ꝓcedenti cõuentione.qa tunc offen
dit Deũ & patrem.& ideo magis punitur. ꝓ quo
ff.de his qui no.infa.l.athletas. §.Pomponius.&
7 l.Imperator.Ber.& Doc. Super glo. quæ incipit
exercere, ibi bona adnotentur. Sed an a tali ad-
notatione bonorum possit appellari.& vr̃ quòd
non,quia adnotatio fit contra contumacem ab
sentem.Sed talis contumax non appellat ergo,
&c.supra de iudi.l properandũ §.cum aũt.ff.eo.
ti.l. post edictũ. Item pro hoc quia aut vult ap-
pellare infra annum, & tunc non est necessaria
appellatio,quia tũc audit̃ de iure cõi per totum
annum. & iõ nõ dẽt implorari extraordinariũ
auxiliũ.sup.de thesau.l.1 aut vult appellare post
annum elapsis 10.diebus,& non põt. in authent.
de app.& Intra q̃ tpa.§.1.& sup.de app. auth. sed
hodie.Nec ob.si dicat̃ ꝙ non hẽt 10. dies ad ap-
pellandum, quia sñia fert̃ sub conditione. s.nisi
venerit infra annum. & tunc non est necessaria.
Dic ꝙ ibi etiam computantur. 10. dies a tpe ꝓ-
8 lationis. ff. qñ app.sit.l.1.§.biduum. Item no. ꝙ
hodie non fit ista adnotatio sicut est de iure: qa
de iure auditur post annum super crimen,quòd
non seruatur de consuetudine. supra de requir.
reis.l. 1. & 2.bene dic ꝙ potest appellari ab an-
notatione sicut potest fieri de iure,quia nõ plus
potest tacitum quam expressum.Sed auditur su-
per crimine,ergo & super bonis.ff. loca.l.qui ad
certum, pro quo.ff.de app.l.non tantum.& sup.
si pen.ap.mors interuene l.2.nec ob.ꝯ.quia recu
perat tunc cũ redit infra annum. & quando ap-
pellant infra 10.dies pro tunc extinguitur pœni-
tus pronunciatum.ff.ad Turpil.l.1.§.fi.Iac. Reb.
legum comes eximius.

ADDITIO.

a Non offerebatur libellus.Adde Lanf.de Oria.in c.qm̃.cõtr
§.petitiões in pri.& qđ ibi notaui in apos.ad ipm ext. đ pba.

LEX XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Honor fit ei, qui per principem vocatur ad curiam. Item data licentia alicui libere veniendi an censeatur etiam data remeandi.*

2 *Iudices prouinciarum an, & quando possint ad vrbem venire aut redire sine licentia principis.*

Iubemus. Oēs habentes magnam dignitatem vel minorem cum administratiōe vel sine recedētes ab hac Regia vrbe, idest a curia principis cum licentia principis, vel sine, vt supra. eod. l. clarissimis. volentes redire ad curiā possunt sine aliqua reuocatione principis saluo tñ honore sacræ reuocatoriæ.
1 h. d. No. esse honorē illi qui per principem uocatur ad curiam. An. de Baru. & exponit Dulius saluo honore sacræ reuocatoriæ. quia poterunt per principem reuocari ad curiam, & tunc talibus reuocatis seu euocatis erit honor. & hoc secundum dominū Dulium de Ganbayrinis. Vel sic secundum Bartol. vocati per principem ad aliquam dignitatem maiorem, vel minorem, possunt de vrbe & de prouincijs absq; licentia principis ad comitatū adire h. d. In tex. ibi petere maluerit, quando discessit vel proprie quādo de sua prouincia vel illud accedere de nouo. Odoff. comitatum idest curiam. sic. supra qñ imperator inter pu. vel vi. l. 1. & de his qui per me. iu. non app. l. 1. reuocatoria idest dato ꝙ imperator non mittat pro eo Dy. In gloss. quæ incipit, vel etiam sine consensu. in fin. vel dic hic illustribus qui debent esse iuxta eum cum sint pars sui corporis. supra ad l. Iul. ma. l. si quis ibi aūt in alijs clarissimis. Glo. fi. ibi perpetuis. vbi adhibeē seruitus quædam si non possent exire de loco in quo habent administrationem. ff. de li. ho. exhi. l. 2. de ꝯd. & de. l. Titio. §. Titio. In gl. q̄ incipit, sed cū venerint ibi nō recedāt. per hanc gl. patet euidenter ꝙ illi cui datur licēia veniendi libere nō datur p hoc licētia remeādi. & hoc est verū hoc casu quia. l. specialiter hic disposuit, regulariter autem contra vt not. supra de nauicula. l. 1. & ff. de leg. l. sciendū. de sepul. vio. l. vlt. & ad Treb. l. de eta. & in l. 1. ff. ad l. iul. ma. & dixi. in d. l. 1. ff. ad l. Iul. ma. Bar. & scripsi in d. l. 1. supr. de nauicula. Odoff. dicit ꝙ lex ista difficilis est. In text. tñ leuis est, si aduertatur eius intentio. & dicit duo hæc. l.
2 In primis tamen hoc præmittere oportet, ꝙ imperator quandoque iudices prouinciarum vocat ad se ex causa, vel reuocat qñq; cū de curia ad prouinciā missi sunt. & hoc iudicibus honor est ꝙ vacantur vel reuocationem habent a principe isto honore reuocationis vel euocationis saluo & durante, quādo necessitas erit in primis, dicitur quód si aliquis habet maiorem vel minorem administrationem vel dignitatem in curia vel dignitatem siue administrationem honoratus dicitur si proficiscatur ad prouinciam de cōsēsu principis, vel etiam sine cōsensu: quare pōt (vt supra ea. l. clarissimis.) si vult reuerti ad curiā potest etiam sine licentia reuocatoria principis nec tenetur literam reuocatoriam expectare. hæc in prima parte. Scđo dixit ꝙ si aliquis habet dignitatem in prouincia maiorē vel minorē vbi morei si vult venire ad vrbē Romæ cā iusta, quia vult ibi venire pro negocijs suis expediendis nō expectata litera prouinciali alias principali reuocatoria potest ad vrbem venire. h. d. Prima pars durat vsque ibi. si vero in prouincijs & coniunge quod est in fin. l. siue sacra. &c. Secunda pars incipit ibi siue in prouīcijs. &c. & lege totū vsque in fine. & expone reuocatoria, & sic leuis est l. hic tamē scias, ꝙ iudex prouincialis qui venit ad curiā sine litera reuocatoria, ꝙ post vt hic dicitur, non debet recedere sine licentia principis vt supra de decurio. l. si quis decurio. in princi. Odoff. vel intellige hanc l. quod quicunque sit officiarius habet de recedēdo ab officio suo petere licentiā a principe vt hic tex. innuit, cum dicit principali præcedente consensu. & tunc cōcordabit cum l. nullus alle. in glo. & in l. illud. ff. de offi. præsi. nisi esset cā necessaria vt hic simile ī epō. vt in aut. quomodo opor. epi. §. & illud. & ar. ff. de offi. consul. l. 1. nec ob. l. clarissimis. s. eo. & simile supra vt omnes tam ciuil. quam mili. l. 1. vt intelligaē tantum in habentibus dignitatē siue administrationem: in redeūdo autem ad vrbem Romanā vel etiā ad locum sui officii vbi habet administrationem non est necessaria licētia: ita videtur loqui finis huius. l. Iac. Rebuffi.

De prætoribus, & honore præturæ, & collatione, & gleba, & claui folij & 7. solidorum functione sublata.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo in dignitate constituto alius subrogandus est.*

2 *Olim erant. XVIII. ptores, deinde sunt reducti ad tres qui habebat potestatem condendi edicta quæ pro legibus seruabantur nu. 3.*

1 Supra dictum est de dignitatibus. Sed quia mortuo in dignitate constituto ali⁹ subrogandus est: ex quo quandoq; contingebat ꝙ quis prouincialis præfecturam prætoriā alias prætorianā emebat & eligebatur, qđ erat absurdum pp dignitatē tātā ad q̄ Romanus debet eligi tm, ideo prohibet amō fieri. & iō ponit rubr. de prætoribus, &c. & qa prædictū sublatū est. sic & quædam capitatio personalis quæ olim præstabatur dum clarissimus vel spectabilis eligebatur ad præfecturam prætorianam. Odof. de ptāte horum prætorū habetur. C. de of. præto. l. 2. & insti. de iur. na. §. prætoriū. & ff. de ori. iu. l. 2. §. Diuus deinde augustus. & erant spectabiles. vt in auth. de app. §. simili quoque mō colla. 4. & erāt olim 18. prætores. vt dicto. §. Diuus. & postea fuerunt
2 reducti ad tres [a] vt d. l. 2. quorū duo cognoscebāt de causis vertentibus inter ciues ciuitatis Romanæ & tertius de causis forensium. vñ licet haberēt merū imperiū vt in aut. de leno. § pponam[b] & no. in l. 1. ff. de of. eius cui mā. est iur. tñ eo nō vtebātur

ADDITIO.

a Reducti ad tres. Tu dic ꝙ hodie in Francia & prouincijs alijs regno subditis illorū loco statuti sunt præsides & senatores parlamentorū qui Senatores vim illorū obtinēt vt notaui in apostil ad Guidonem Papæ in decis. gratio. decis. 113.

vtebatur nisi de causis ciuilibus, sed illud totaliter exercebat præfectus vrbis. vt in ti.ff. de offic.
3 præfec. vr. Item habebant potestatem isti prætores condendi edicta quæ pro legibus seruabātur. vt dictis iuribus.& ff. de iurisd.om.iud.l.si quis id quod. cum concor. Iac.Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Domus est tutissimum refugium.*
2 *Iudex in causa principali, an possit esse iudex in causa appellationis.*

Nemo. Clarissimi siue spectabiles in prouincia commorantes non debēt eligi ad præturam. secundum Odof.& Dulium. Tamen An.de Bar. intelligit hanc l. q non debeant eligi inuiti vt hic p eū. tñ tex.nō. h.d. No.
1 bene hic tex. q domus est tutissimum refugium. concor. sunt in glo. In tex. ibi degunt. idest morantur. scilicet deposito officio. Quæ est ratio huius. l. q clarissimi & spectabiles degentes in prouincia non possunt eligi prætores? quoniam videtur contra, cum gradatim sit ascendendum ad honores. vt ff. de mu.& ho.l. vt gradatim. & l. honor. §. gerendorum. sed spectabiles eliguntur in illustres ergo,&c. dicit q rō est, quia cū fit electio super aliqua dignitate debent eligi de ciuitate, vt de decurio.l. 2. melius. sup. de offi.præ. l.tres,& ideo cum isti qui in prouincia degūt nō sint ciues Romani, ergo, &c. Vel est alia ratio, prout est alia littera. quia sequeretur, prout ipsi eligerentur in præfecturam, q ipsi essent iudices in causa principali, & in causa appellationis, cū a spectabili appelletur ad præfectum. sup. de ap.
2 l.præcipi.§. 1. An autem ille qui fuit iudex in cā principali possit esse iudex in causa appellationis,& videtur q non per glo. sup. de appe. l. eos. pro hoc s. de anno. l. præfecti. Sed contra. quòd immo possit esse iudex per l. filius. ff. de inoff. te. nā non facit hic vt primus sed necessitate officij inductus.& pro hoc. ff. de vulg. l. sed si plures. §. fi. & l. fi. tamen securius est, vt committat alteri vt ff. de iurisd. om. iud. l. prætor. ad hoc. ff. quando app. sit. l. 1. §. solent.& d.l. præfecti. Iacob. Rebuffi legum doctor.

LEX II.

Glebam. Hic tractat de secunda parte rubricæ. Dul. Vnde dicit hæc l. quòd olim erāt quædam speciales functiones quæ hic nominantur quæ per hanc l. tolluntur. An. vnde dabant 7. solidos pro capite. & etiā dabatur aliquid ratione follonis. & etiam glebæ & sunt nomina officiorum quæ ignoramus & huius functiones hic prohibet præstari. Odoff. Sed ordinariæ functiones remanent. de quibus dicitur. s. de anno.& tri. in rub. lib. 10 Item facit hæc l. ad dubium, tex inducit collectā ī pria ista post qd mortuo ipso rege hrs suus remisit illā collectam seu subsidiū, quæuā vniuersitas nondū soluerat illud subsi hīrd solsi se obligauerat thesaurario de soluendo, quæritur an possit se liberare ratione remissionis? et vr q non, quia hoc translatū est in aliam speciē. ff. de noua. l. si quis delegauerit.& l. aliam. de dona. causa mortis. l. mortis. ff. de iudi. l. Nesennius. de excep. doli. l. pure. ad qd l. Sciæ. §. præ dia. ff. de fundo instru.& l. prædiis. in prin ff. de leg. 3. dic s per l. istam, cū dicit functus, &c.& præsertim, quia beneficiū principis debet ampliari. supra de bo. va. l. qā.& ff. de consti. prin. beneficium.& pro hoc quia tale subsidium indicitur p guerris: vnde cū guerra cesset dñt cessare indictiones. ff. de dona. l. q id qd & de priuil. cre. l. 2. §. parui. ad quod. s. de operis li. l. nec pronis. nec ob. ꝓriū. quia ll. alle. locū hñt qñ erat facta delegatio personæ tñ extraneæ. Sed hic non fiebat delegatio penitus extraneo, cū isti thesaurarij oīa q acquirunt, regi acqrunt sicut dicimus in seruis. ar. insti. de inuti. stip. §. ei qui. Nec ob. §. prædia. quia agebatur hic de non perdendo, sed de retinendo, qui est magis fauorabilis, quam ille qui tractat de acquirendo: sic est hic, ergo &c. ar. ff. si cer. pe. l. eius qui. pro quo. ff. de iuris & facti igno. l. 1.& l. error. Iac. Reb.

De consulibus & non spargendis ab his pecunijs & de præfectis & magistris militum & Patricijs.

Rubrica.

Dixit. supra de dignitatibus in genere, nūc in specie.& primo ponit de consulibus tanquā de dignioribus. & postea subijcit de præfectis & alijs magistratibus principum, secundum Odof. Iac. Rebuf. doc.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Prior est alijs, qui dignitatem meruit.*
2 *Ordo temporis seruandus inter dignitate æquales.*
3 *Doctor ille est præferēdus, qui prius doctoratu decoratus.*
4 *Consulares persona quæ fiat. Et cum arguitur ex temporis prioritate intelligitur cæteris paribus.*
5 *Ad consularem dignitatem si duos simul eligat Imp. & vnus ex eis post depositam administrationem iterum assumatur, quis debeat præferri.*
6 *Lex ista inducitur ad statutum, quod antiquior doctor vel tunc arguat, & sunt duo licentiati, quorum vltimo licentiatus prior est doctor effectus quis debeat præferri.*
7 *Obligatus ex pluribus causis, si simpliciter soluat in quā causam soluere videatur.*

Antiquitus. Duo dñt hac l. Primo dī q vbi sunt plures eadē dignitatē hñtes puta. asulare, ille erit prior alijs, q prius meruit dignitatē. & hoc ēt est verū, si ille q posterius habuit ꝯsulatū ante fuerat consul: quia repetiti Fasces. i. honores non augēt dignitatē, sed comprobant dignitatē illius, qui sæpe promouetur. Secūdo ibi q si aliquis &c. dī q si duo sunt consules vnus anterior & alius posterior, & posterior fuit electus in patricius præfertur anteriori cōsuli.& si ille anterior cōsul similiter honorē patriciatus attigerit, ex tūc pfert posteriori ꝯsuli licet anteriori patricio & h.d. No. q ille
1 est prior aliis qui meruit dignitatē, & erit prior in loquēdo: in eligendo: salutādo siue adorando prin-

a principem, & etiam in sedendo.[a] & hæc omnia optime leguntur. infra de præpo. sa. cubi. l. 1. & in ordine albi. ff. de albo scri. & ĩ. ti. 1. l. 1. & 2. & ĩ. de pxi. sacro. scri. l. vnicuiq; & ĩ. de decurio. l. vl. & ĩ. de offi. mag. offi. l. nemo. cum simi. q̃ no. ff. de albo
2 scri. l. 1. & ĩ. de agen. in re. l. 1. Scđo no. ꝙ hic seruatur ordo temporis, cum sint in dignitate æquali quia tunc in dubio cum sint pares scruatur ordo temporis vt hic in similibus. ĩ. dictis. & vbi sunt inæquales dignitates non seruatur ordo temporis sed ille est prior qui meruit maiorẽ dignitatẽ. vñ Patricius præfertur cõsuli anteriori, vt hic in fi. & arg. ĩ. vt dig. or. seruetur. l. 2. & ff. de mu. & ho. l. rescripta. in prin. Et hic colligit̃ notabile, & duplex est ordo prioritatis tpis vt in prin. huius. l. & maioritatis, siue æqualitatis vt in fi. huius. l. cum simi. & h. d. l. potioris gradus supra de offi. rect. ꝓui. ꝙ hẽt locũ maioritatis vt optime patet. sup. qui accu. nõ po. l. 1. & hic in fi: Quarto no. ꝙ in eadẽ dignitate præfertur prior, si dat dignitas cum administratione: alias posterior tempore qui est in actu præfertur anteriori hic vacanti vel honorario vt ĩ. de primic. l. 2. in fin. & ĩ. vt dig. or. ser. l. 2.
3 Quinto not. ꝙ ille doctor debet alijs pferri qui
b prius habuit doctoratũ,[b] & ita seruat̃ Bononiæ ꝙ intelligas, cum determinatione quam dixi vt regentes præferantur vacantibus. Sexto not. ꝙ repetiti honores virtutes sæpe meriti comprobant. nam augent, & sic conferre alicui dignitatem est comprobatio & præmiũ virtutis. Septimo no. ꝙ nil altius dignitate & est locutio yperbolica quia deus altior. ff. de pac. l. 1. vnum tamẽ nõ omitto ꝙ licet dixeri ptiorẽ tpe anteire qñ sunt eiusdem dignitatis; verum est nisi posterior plus laborauerit anteriori. vt ĩ. de proxi. sa. scri. l.
4 vnicuiq;. An. In tex. ibi consularibus viris in personis ꝯsulum quæ habent dignitatem siue administrationem. Dy. honoratos. i. dignitatem habẽtes. Dy. summitate. quia vestis illa est summi valoris & coloris. ad qđ supra de vest. olo. l. 1. pares idest pares dignitatibus. Dy. infulis. i. dignitatibus Dy. ad quod infra de primic. l. fi. augeri. i. præferri. Et no. hic. ꝙ cum arguitur de prioritate temporis intelligitur cæteris paribus. ad quod authẽ. de mona. §. ordinatione. auspicia. i. bñficia aliter sumitur sup. de ferijs l. quadragĩta hoc obseruãdo. s. ꝙ iste pferat̃ q priot fuit electus Dy. fasces. i. honores. An. vel dignitates vt ff. de off. proconsul. l. antepen. non augent. s. dignitatẽ. Dy. Patricium. erat autem posterior in cõsulatu. postq̃. i. pro co tpe quo iste qui prior meruit consulatũ
5 Circa l. istam põt quæri, imperator eligit duos simul ad consularem dignitatem, & vnus administrauit & deposuit & postea reassũpsit, quæritur quis istorũ præferatur in salutãdo principẽ vel similia? & vr ꝙ præferatur iste reassumpt[9]. qa a's reassumptio nihil oparet̃ qđ esse debet. ff. de le. 1. l. si quando Tu dic ꝙ nihil operabit̃ hæc repetitio; quia adeo est alta dignitas ꝙ non põt augeri p repetitionẽ. & iõ non erit ordo inter istos sed erũt æquales & ꝓ hoc l. in fini. ĩ. de le. l. cũ q̃st. §. fi. & ff. de le. 2. l. meuius. & in auth. de mon. §. or-
6 dinatione. Itẽ allegat̃ l. ista statutũ est in studio ꝙ antiquior doc. vltimo arguat, pone ꝙ quidã fuit primo licẽtiatus, post quidã alius fuit vltimo licẽtiatus primo tñ doctor, quærit̃ quis habet vlti-
c mo examinare[c] & videtur ꝙ ille qui primo fuit licentiatus vt hic. Item qa vĩ ꝙ birretũ debeat retrahi ad licentiã. sed dic ꝯ: ꝙ ille qui primo fuit doctor arg. & vltimo & est ratio, quia primo fuit assumptus ad gradũ quam alter. pro quo l. ex eo ff. de resta. mili. Item quia ille debet præferri qui primo cõsequitur illud quod nobilius est sed sic est hic ergo, &c. supra de rei ven. l. quotiens. cir-
7 ca hanc l. quæritur. Ita est ꝙ si aliquis est obligat[9] ex pluribus causis, si simpliciter soluat videtur in grauiorem casum soluere. ff. sol. l. in his. pone quidam debet pure c. & c. sub conditione, & sub pœna, soluit simpliciter & nondum extitit conditio quæritur in quem casum videatur soluisse & videtur in pure debitum per l. bouem. §. si sub conditione. ff. de ędi. edic. l. 1. §. annus. ff. qñ actio de pecu. est anna. Sed dic ꝯ, quia fit retrotractio. vt hic & ff. qui pot. in pig. habe. l. potior. & quando app. sit l. 1 §. biduum. Item pro hoc facit l. potior. ꝙ videatur soluisse pro debito conditionali licet vltimo extitit conditio. ff. de pig. l. lex vectigali. Et hoc multũ bũ faciũt ꝓ emphiteota, q re nebat̃ domino directo ĩ alijs debitis vt in dubio prius videat̃ soluisse ꝓ facto vsatici ne res cadat ĩ cõmissũ q̃ aliqua alia cã vt d. l. lex. iuncta cum d. l. in his. ibi cũ dicit in antigorem &c. ad quod l. si ex pluribus. §. fi. ff. de solu. & ibi tex. in fin. vbi fit retrotractio, &c. Iacob. Rebuffi. legum doctor.

ADDITIONES.

a Et etiam in sedendo Adde late Fel. in rubr. de maio. & obe. col. 4. & dignior est qui sedet.

b Doctor debet alijs præferri qui prius habuerit doctoratũ Videtur tacite innuere licentiatum antiquiorẽ factum doctorem posteriori tempore non debere præcedere illum qui ante eum doctoratum est adeptus. de quo vide plene Felin. in rubr. de maio. & obe. col. 3. ver. licentiatus & quis inter doctores habeat primum locum vide eundem vbi sup. vers. ciuiles imperiales.

c Quis habet examinare. Adde qđ notauĩ in apostil. ad istum supra ca. l. nu. 3. in versi. doctor.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Cupiditas rapiendi est auferenda.*
2 *Expensæ sine fructu non sunt faciendæ.*
3 *Consules patres nostri appellantur.*
Item prohibitum est pecunias iactare.

Ordinem. Hodie consules ꝓhibentur per vrbẽ. spargere pecuniam ne cupiditate lucri populus eos sequatur, sed eorum meritis, & pecunia quæ per eos iactabat̃ expendatur in opus aquæductus, & quilibet cõsul expendere debeat. c. põde. auri. h. d. Bar. in tex. ibi sanctionem, quam nõ habemus, sed de ea fit mẽtio in auth. de consulib. circa prin. ornamẽta de quibus hẽs tit. 2. l. fi. centena. idest centum vt. ĩ. l.
1 se. Not. Primo ex l. præsenti sedem principis appellari sellam vt hic in prin. Secundo no. cupiditatem rapiendi esse auferendam, alias capitali pœna est cupiditas ferienda. vt supra de super exact. tri. l. 1. alias dicitur prophanus ardor auaricie vt supra de episco. & cleri. l. si quenquam. alias dicit̃ ydolorũ seruitus, ex̃ de præben. c. aua-
2 riciæ. Tertio no. nõ debere fieri expensã sine fru

ctu.& sic contra eos qui non expendenda expen
dunt, vt faciunt multi scolares, vt supra de im-
pens.ludorũ.l. 1. Quarto no. prohiberi pecuniã
3 spargere, vt alibi, ad quid perditio hæc. Quinto
no. consules patres nostros appellari, vt hic vbi
dicit parentum, &c.& in auth. iusiurãdum quod
præ.ab his. Sexto no. prohibitum esse ne quis pe
cunias iactet vt hic.& ff.de proba. l. cum de in-
debito. Fallit hodie de facto, cum papa vadit ad
sanctum Petrum, vt propter multitudinem gen
tium euntium ad colligendum pecunias nõ im-
pediatur transitus. Item fallit in veris philoso-
phis, qui pecunias iactant, cum debeant eas con
temnere, vt ff.de va. mu.l.in honoribus.§. philo
sophis, ad quod supra de mu.patri.l.professio.&
quod ibi no.li.10.& ff.de acqui.re.do. l. qua ra-
4 tione.§.hoc amplius. Septimo not. vrbem Ro-
manam cõem patriam appellari. vt hic,& ff.ad
muni.l.Roma.& tractat hæc.l.de.2. parte rubri-
cæ.secundum Duliũ. In glo.quæ incipit hic cor
rigitur. vt ibi. hoc amplius, absit ꝙ hæc. l. Iusti-
niani corrigatur per l. Martiani. immo potius
ista per l.si hoc esset.sed dic qđ ibi non loquitur
decidendo, sed transitoriè & explicando Dyn.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Roma est caput orbis terrarum.*
2 *Consules quam potestatem habeant, & quid de consulibus nostri temporis, & nu. 3.*
4 *Consules constituti fuere ad gubernationem vniversi imperij, & pars corporis principis dicebantur.*
5 *Si rex statuerit, vt notarius baiuli singulis annis det certum quid regi, sint autem duo notarij vnus ex concessione, alter ex arrendamento, an ambo teneantur cõferre.*

Nemini. Nullus eligi potest Patricius ni
si prius alteram dignitatum hic
insertarum fuerit adeptus. Item habens dignita-
tem consularem absq; administratione in opus
aquæductus expendere debet. c. ponde.auri. h.d.
1 Bar. Et idem in eo qui impetrat ad annũ cum ad
ministratione.h d. No. dignitatẽ patriciatus præ-
ponendam esse alijs. nec mirum ꝙ Patricius
dicitur pater Imperatoris, vt infra l. vltima. Se-
cundo nota, ꝙ Roma est caput orbis terrarum.
concor.sunt in glo. secundum An. & Dusium.
2 Quæritur quam potestatem habeant isti consu-
les? et videtur quod nullam cum non habeant
aliquod imperium, sed causa honoris & consi-
lij eliguntur in auth. de consuli. §. 1.& non vi-
dentur habere nisi solum voluntariam iurisdi-
ctionem.ff.de offi.consul.l. 1.ad quod.ff.de con
di.& de.l.si cui libertas. & de ali.le. l. solent. pro
quo.ff.de or.iur.l.2.§. exactis. sed dic ꝙ hñt im-
perium, quia æquiparantur præsidi.ff. si inge.es-
id est a muneribus personalibus quæ tantum cõsistunt
in opera nõ in sumptus exhibitione. Item
perangariis id est a muneribus personalibus, &
realibus quæ consistunt in opera, & sumptu exhibentis
operã. Item ab his hic denominat in tex.
4 secundum Odoff. Item habetur ex l. ista. ꝙ vbi
datur priuilegium alicui speciali iure si sequatur
generalis reuocatio priuilegiorum ꝙ non extenditur,
nec trahitur ad speciale priuilegium, quòd
hic per speciem generi derogatur, & non econtra.
ff. de leg. 3. l. seruis vrbanis, & de regul. iur. l. in
toto. Et hæc faciunt ad. q. sic erat quod quicunque
extraheret frumentũ de regno solueret certum
pedagium in exitu regni: euenit quòd rex
cõcessit cuidam militi speciali priuilegio, quòd
posset extrahere certam summã frumenti nullo
dato pedagio in exitu regni, postea rex concessit
generaliter omnibus, vt possent extrahere frumentum
de regno nullo dato pedagio, postea
rex reuocauit & mandauit quòd nullus extrahat
frumentum de regno, & sic reuocauit generaliter
priuilegium: quæritur an videatur reuocasse
etiam quo ad illum militem cui primo conces-
5 serat. Et videtur ꝙ sic: quia rex dixit nullus &c.
qđ est signum vniuersale omnia cõprehendens,
ergo &c. ff. de postul. l. quod ꝓhibet. & de hæred.
instit. l. hoc articulo, quisquis. in quo etiam priuilegiati
continentur supra de iudi. l. 1. pro quo.
l. in fraudẽ. §. fi. ff. de re mili. & pro hoc videntur
duæ. ll. quæ vidẽtur ꝯriæ. ff. de ali. le. l. libertis. iuncta.
l. sibi ꝯ. l. alimenta. §. Basilicæ quæ sic cõcordat.
Item arg. ff. de diuer. & tempo præsc. l. de accessionibus.
Sed dic ꝯ. s. ꝙ iste miles sua speciali
prouisione poterit vti, nõ ob. prædicta gñali reuocatione,
& est ratio, quia huic militi cõpetierunt
duæ viæ. s. vna ex cõcessione specialiter sibi
facta, & alia gñaliter omnibus facta. Et poterit
eligere quã vellet. Ex quo ergo eligit vti ex concessione
sibi specialiter facta ex duabus viis saltim
vna debet sibi remanere. arg. ff. de ac. & ob.
l. quotiens, & de publi. l. 1. §. dixerit aliquis. de tribu.
l. quod in hæredem. §. eligere. pro hoc. l. in ratione.
ff. de verb. obl. l. doli clausula, de pœnis. l.
sanctio legum. pro quo. ff. de vulg. l. cohæredi. §.
quod si decedat. & de succ. edic. l. 1. §. quib. Nec
ob. contrarium ꝙ sub exceptione generali, &c.
dic ꝙ verum est, ꝙ omnes qui sub regula prima
veniunt sub generali exceptione, tamẽ iste miles
non veniebat sub concessione generali: sed sub
speciali quã eligit. arg. ff. de adi. le. l. legatũ inutiliter.
§. quibus ex. nec ob. l libertis. nec. §. Basilicæ:
quia ibi fuit talis voluntas testatoris quod volebat
recedere a prima voluntate: quod patet in.
§. Basilicæ, & pro hoc. ff. de annu. le. l. qui Marco.
6 alias. §. sub. l. Titia. Item facit hæc. l. & alia supra
scripta pro monetariis, qui habent speciale priuilegium

ADDITIO.

a Speciali etiam præcedenti. Adde Bal. in l. quotiens supra de sal Gul. de Cung. in l. fi. nu. 3. & quod ibi notatur in apostil. ad ipsum in versic. generi per speciem derogatur supra de feriis Panor. c. sedes col. 3. & 6. extra de rescript & Feli. ibid. col. 2. vers. clausula generalis, & Bal. consi. 260. vol. 5. & 207. eo. vol. & consi. 318. & 330. col. 2. versi. secundo sequitur vol. 2.

uilegium de non soluendo in collectis, quod si rex mandat quod omnes soluant &c. quod hæc generalitas non noceat, &c. quod facit pro ipsis & pro nobilibus nisi euenire casu necessitatis. de quo latius scripsi lib. 10. de iudi. super. l. 1. & etiã scripsi supra vt nemini liceat in emptio. Spe. se excu. l. 2.
7 Circa fi. tex. ibi. 30. numero. & sic not. quod illi qui sunt intra numerum habent priuilegium, & non alii. j. de appa. ma. mili. l. fi. per quod apparet quod si sit factum legatum canonicis sancti Saturnini, & sint aliqui vltra numerum quod illi nihil debent habere de legato. ad hoc. s. de sacrosan. eccl. l. non plures, & s. in proxi. l. vna. Ia. Reb. legum comes.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Silentiarij coram quo conueniendi. Priuilegium concessum viro prodest vxori.*
2 *Illustres sunt etiam clarissimi & spectabiles, quia maior dignitas non tollit minorem.*

Ne ad diuersa. Silentiarij & eorum vxores ciuiliter & criminaliter sunt conueniendi coram magistro officiorum. h. d. Bar. Dic circa hoc, vt s. de prepo. sa. cu. l. 3. An. Not. ex l. ista silẽtiarios conueniendos coram magistro officiorum. Secundo nõ, quod
1 priuilegium viri prodest vxori, vt j. de proxi. sa. scri. l. in sacris. in prin. & circa fi. & l. in sacris nostris supra de comi. consisto. l. vlti. secundũ Dulinum. Contra primum notabile, & sic contra. l. istam ob. silentiarius & decurio, & magistri officiorum sunt pares in dignitate. s. eo. l. 1. & tamẽ par in parem non habet imperium supra de cõsuli. l. 1. ff. de arbi. l. nã magistratus. Sed dic quod magister officiorũ est illustris, quod patet quia hẽt coertionem senatoris, vt sup. de offi. ma. offi. l. 3. & sic superior, senator autem est illustris. vt sup. l. proxi. silentiarius est clarissimus, vt in l. proxi. in princ. & sic inferior, & sic sub maiore. l. magistro officiorum. Nec ob. si dicatur si silentiarius est clarissimus, ergo non est eius dignitatis, vt est magister officiorum qd est ĵ. l. huius tit. Respondetur quod duo sunt genera silentiariorum & nouitiorum. i. ante 14. annos, & hi sunt clarissimi. j. l. proxi. & antiquorum. s. post 14. annos, & hi sunt illustres secundũ nos: sed secundũ Placentinum sunt spectabiles, supra de inoffic. testa. l. omnino: sed pro nobis est supra l. 1. & l. 3. & hi æquiparantur magistro officiorum. vnde etiam hi respondebant sub magistro officiorũ quoniam par vel
2 maior potest se subiicere pari vel inferiori[a], ff. ad Trebel. l. ille a quo. §. tempestiuam, & sic multofortius potest hoc facere Imperator ar. supra de consuli. l. fi. in auth. de hæredi. & fal. §. in omnibus, quod fit auctoritate huius l. vt & alias. j. de prin. agen. in re. l. 2. nec ob. l. omnis. §. fi. s. de mos. test. vbi dicit eos esse spectabiles, quia dico quod & spectabiles & illustres & clarissimi sunt secundũ diuersos respectus. Clarissimi sunt vt dixi vsq; ad
2 14. annos, postea sunt illustres. Et quando illustres sunt & clarissimi sunt & spectabiles sunt, quia maior dignitas non tollit minorẽ habitam, nec ei præiudiciũ facit, vt supra de dign. l. maior. Ideoq; qui illustris est dignitatẽ quam habuit. s. clarissimã retinet. sicq; & clarissimus põt dici. & per hoc est. j. de ero. mili. anno. l. prouincialium. Item cum dignitates sunt gradatim dandæ. ff de mu. & ho. l. vt gradatim, si detur dignitas illustris etiam spectabilis videtur concessa sibi dignitas, vt ordo dignitatis seruetur. arg. supra vt dig. or. ser. l. 2. & quia quod plus est vtq; tanti est. ff. de in litem iurand. l. pe. & quia cui licet quod plus est, & quod minus est debet licere. ff. de reg iur. l. nõ debet, & l. qui potest. & isto respectu habito vocãtur in l. omnino. spectabiles. Si autem vis exponere in l. proxi. clarissimorum silentiariorum. i. clare dignitatis silentiariæ, tunc non est contra aliquid, & est similis expositio. j. de princ. agen. in re. l. fi. in prin. secundum Odoff. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Potest se subiicere pari vel inferiori. Adde Io. And in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, & ibi Panorm & Feli. col. 2. versic sed contrariam opinionem extra de consti & quod ibi notaui in apostil. ad Panor. nu. 6. in versi. iurisdictionem eundem Panor. in c. significasti nu. 17. vbi, etiam addidi ad eum in ver. sed contrarium vbi tractatur an Papam possit se submittere iurisdictioni Imperatoris extra de fo. compe.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Filius aduocatus, doctor, & assessor an quod acquirit, sit quasi castrense peculium, & illud possit sibi retinere uiuo patre, vel an teneatur conferre fratribus. & nu. 2.*
3 *Filius clericus an conferat acquisita ex præbenda.*
4 *Priuilegium patris an transeat ad filios.*
5 *Paria sunt acquirere ex negotio, vel ex qualibet eius cã.*
6 *Labores aliquorum nõ debent cõuerti in fructũ alterum.*

Iubemus. Silentiarij in potestate positi quicquid acquirunt retinẽt tanquam castrense peculium, nec eis per parẽtes auferri potest, nec post parentum obitũ per fratres vel alij parentum hæredes possunt petere ea poni in diuisione, nec etiam tenentur conferre prædictis illud, quod parentes vel alij eis donauerunt ratione militiæ supradictæ. Item excusantur à tutelis & curis, & filij eorum inuiti ad præturam non vocantur, & per hanc. l. non deroga-
1 tur priuilegiis eis datis. h. d. No. hunc casum, quod filius militans inermi militia illud, quod accepit ratione dictæ militiæ appellatur peculium quasi castrense, adeo quod ipsum retinere põt inuiro patre, nec tenetur cõferre fratribus post mortem patris. Et sic videtur hic casus quod filius doctor vel aduocatus vel etiã assessor illud qd acquirit militãdo in tali militia retinet sibi præcipuum tanquam castrense peculium, adeo quod non tenetur ipsum conferre fratribus post mortẽ patris, pro quo facit supra de aduo. diuer. iudi. l. aduocati.
2 Item hac. l. est in argum. quod si pater pro filio doctorando multa fecit encenia, filius aduocatus retinet tanquã castrense peculium[a]. & patri vsufructus

ADDITIO.

a Retinet tanquam castrense peculium. Adde pro hoc dicto. & seq. s. quod pater teneatur emere libros & cattum in l. 1. nu. 2. & quod ibi notaui in apostil ad ipsum in versi. sibi prouidere supra de periculo succes. parentis lib. 10.

vſufructus non quæritur nec etiam tenetur poſt
mortem patris diuidere inter fratres per viam
collationis. An autem pater qui miſit filium ad
ſtudiũ teneatur emere libros, dic vt not.in l.Ma-
cedoniani. ſ. ad Macedonianum, & in l.qui pa-
3 ter.ff. fa. erciſc. & quod ibi no.Bar. Item collige
hic arg. ꝙ clerici non tenentur conferre fratri-
a bus acquiſita ex præbendis [a]. Item no.ꝙ non eſt
deſenſor idoneus alterius, qui ſuis rebus ſupereſ-
ſe non poteſt, vt ſupra de legi.tu.l.fi.Item no.ca-
4 ſum in quo priuilegium non tranſit in aliquo ad
filios etiam mortuo patre. de hoc dixi.j.de pxi.
ſa.ſcri.l.vnicuiq; in verſic.habeat quoque. Nam
patre viuẽte priuilegiũ patris duret in filiis, mul-
ta ſunt iura quæ dixi. j. de proxi. ſa. ſcri. l. in ſa-
cris. in prin. An.de quo etiam.ſ.de priuil.dot.l.1.
j. de priuil. corũ qui in ſacro pala. mili.l.1. Item
no. depoſito officio dignitatem retineri ſic.ſ.de
excuſ. mu. l.eos, & l.eam, & ſupra co.l. 1. Odoff.
5 Item not. ex hoc tex. ibi cum dicit, vel quālibet
eius cauſam, &c. quod non refert vtrum aliquis
acquirat ex aliquo negotio, vel ex qualibet eius
cauſa, vt hic, & ff.de incen.rui.nau. l.1.§. 2.de ca-
pti. l.poſtliminium, & l. in bello. in princ. ſ. de
le.& cõſti.l.non dubium. ibi ex eo, vel ob id &c.
& ſupra de aduo. diuer. iudic.l.fori tui culminis,
quæ iura faciunt ad determinationem multarũ
6 quæſtionum. Item no. ꝙ labores aliquorũ non
debent conuerti in fructum vel lucrum aliorum
vt ſ.de bo.quæ li.l cũ oportet.§. 1.& ſ. de inoffic.
teſt.l.omnimodo.§.vlt. ſm Dulium. Ia.Rebuffi.

A D D I T I O.

a Acquiſita ex præbendis. Adde Barto. in l.1.§. nec caſtrenſe col. 3.verſi. dico ergo ꝙ quidam.ff de colla.bono. Ang.in l.in quartam, & ibi omnino Alex.col.14.verſic. item inquantum Bar.ff.ad le.fal.Guil.de Cung. in l.omnimodo.§.imputari nu. 3 & ibi notaui in apoſtil. ad ipſum in verſi. non debet in legitimam ibi etiam Bal. 10 l. 1. verſic.ſecundo etiam præmitte. ſupra de inoffi.teſta.& do.meum do.Iaſo. May. in l. illud ſupra de colla.

De domeſticis & protectoribus.

Rubrica.

Continua ſic. Quòd non ſolum ij de quibus ſupra dictũ eſt habent officia, & dignitates in curia imperiali, ſed etiam domeſtici laici qui ſtant iuxta imperatorem, & nobiles & diſcreti, vt cum his imperator loquatur & habeat ſolatiũ, ſicut & iuxta Papam ſunt quidam templarii. Item protectores ſunt armati ante principem, vt cuſtodiant eum: ſecundum Odof. Iac.Reb. legum comes.

L E X PRIMA.

S V M M A R I V M.

1 *Lex hac inducitur ad conſuetudinem mulierum, quæ ſe inuicem oſculantur.*

2 *Sacrilegij inſtar eſt dubitare an dignus ſit quem princeps approbauit.*

Domeſtici. Domeſtici. i. milites qui ſunt in comitiua princi-
pis, quaſi dicat: ſocij & familiares & protecto-
res qui armati principem cuſtodiunt cum ſalu-
tant vicarios præfecti ſunt à vicariis ad oſculum
recipiendi, & ſi non faciunt, & non honorantur
quaſi ſacrilegium committant, cum ipſi dome-
ſtici & protectores per principem ſic digni ſunt
approbati atq; honorati ꝙ eius purpuream tan-
gere poſſunt, & habent etiam ipſum principem
1 veſtire: ſecundum Odoff. An. & Dulium. Not.
hanc.l.ꝙ ſit pro conſuetudine mulierũ quæ con-
ſueuerunt ſe vna aliam oſculari, dum ſe ſalutãt.
Item no. quem princeps honorat debet ab om-
nibus honorari. concor.ſunt in glo.& alibi mul-
tũ præſumitur pro his qui a principe ſunt electi,
vt ſupra de ſum. tri. epiſtola liquet in fi.& in au-
then. vt iudi.ſine quoquo ſuffra. §.eos. verſ. quis
2 enim. Item not. ꝙ ſacrilegij inſtar eſt dubitare
an dignus ſit, quem princeps approbauit, vt no,
ſupra de profeſ.qui in vr.Conſtan.l.1.ſecundum
An. & Dulium. Iac. Rebuffi legum comes.

L E X II.

S V M M A R I V M.

1 *Prioritas temporis an habeat locum in honoribus deferendis, & ordine ſeſſionum.*

2 *De ſingulari quandoque fit tranſitus ad plurale.*

Primicerius. Domeſtici & protecto-
res habent ſcholas id eſt
ſocietates domeſticorum, & eſt ſocietas prote-
ctorum, & huiuſmodi ſocietates habẽt ſuos pri-
micerios, qui præſunt ſocietati.& primi ſunt qui
etiam habent ſocietates, vt & alias ſupra de pri-
mi.& ſecundicerio, eſt etiam quidã qui vtriuſq;
ſcholæ id eſt ſocietatis, & domeſticorum prote-
ctorum eſt primicerius, & comes ſiue dux & hu-
iuſmodi primicerius maior vtriuſq; ſcholæ eli-
gitur a tribunis, vt ſupra de primicerio.l.2.habes
ſimile, & hic primicerius accepta dignitate ſpe
1 ctabilis cenſetur, hæc in prima parte. Secundo
dicitur ꝙ finito officio huius primicerij clariſſi-
mus erit, & qui ei ſuccedit a dicto officio ſimili-
ter in dicto officio clariſſimus erit, & ſic de ſin-
gulis vſq; ad decem tantum, & acceſſio loci ſer-
uabitur in dictis decem: quia ſecundum ꝙ anti-
quior fuit in officio ante alios locum habebit &
ſedebit, & ante alios ſtabit, & loquetur poſterio-
res, ſunt ſic ſupra de offi. præſe. præto. l.2.in fi.&
j. de Tiro.l.pe.h.d. Alij ſunt qui dicunt ꝙ primi-
cerij magni ſunt 10. qui præſunt ſcholis prædi-
ctis quilibet ſuæ ſcholæ. Et alij habent dignita-
tem clariſſimam tantum, & non alij qui ſunt vl-
tra 10. illos. Et qui prior eſt tempore potior eſt
poſterioribus, vt ſupra de conſuli. l.1. & l.pen. &
ſupra de co. & archa. hoc dicit. hæc eſt ſecunda
pars. Odoff. An. Doct. Bart. ponit ſic caſum &
bene, omnes iſti domeſtici & protectores ha-
bebant vnum præpoſitum, qui vocabatur pri-
micerius ad tribunatum & ducatum electus ſpe-
ctabili fungitur dignitate, alij qui poſt eũ ſunt in
ordine, alij vſque ad 10. ſunt clariſſimi, cæteris
poſt 10.datur priuilegiũ per hanc.l.& inter iſtos
10. eſt habẽda ratio temporis, & hoc dicit, ꝙ dic
vt j. de Tiro. & ſ.de conſuli. l.1. ſm An. Dulius
autem

autem dicit ꝙ primicerius hic erat notarius qui
primo erat ſcriptus in matricula aduocatorum,
qui primicerius dicitur comes domeſticorum,
& protectorum. Alij vero notarij qui erant 10.
numero qui poſt primum ſcripti ſunt erant in-
ter clariſſimos numerandi ſeruato tamen ordi-
ne inter ipſos, prout fuerunt electi, & hoc velit
dicere hæc lex ſecundum Dulium, vel breuius ſe
cundum An. primicerius domeſticorum, & pro
tectorum ſungitur dignitate ſpectabili alij inter
clariſſimos numerandi. Ita tamen ꝙ qui prior
2 eſt in loco, prior ſit in ordine hoc dicit ſecundũ
Bar. Not. hic ꝙ de ſingulari tranſit ad plurale, ſic
ſupra de comiti. rei mili. l. 1. Item nota ꝙ hic lo-
quitur de conſulari, qui eſt decurio vel ſilentia-
rius ſeu conſiliarius ſimplex, qui clariſſimus eſt
ſupra titu. 1. l. fin. nam alii conſules ſunt illuſtres,
ſupra de conſuli. l. nemini. ſecundum Odoff. &
Dulium cum An. & Bar. qui ad eundem tendunt
finem ſunt magis plani, & etiam ſecundum intel
lectum gloſſæ, & maxime poſitio caſus Andreæ
quam teneas. Iaco. Rebuffi. Doc.

LEX III.

Si quis. Punit lex iſta vagabundos milites ſicut, & ſupra de primiceriis l. 2. Sed per alium modum: nam qui fuit per bienniũ abſens regreditur vſq; ad quintum gradum alias locum ideſt poſtponitur quinq; quibus erat anterior, ſi per triennium fuit abſens, regreditur vſq; ad 10. locum, ſi per quadriennium erit vltimus inter omnes, ſi per quinquenniũ delebitur de matricula. An. No. pro vagabundis de quo in l. 2. ſupra de primicerio. Secundo no. ꝙ augumentatio delicti facit augumentare pœnam, vt ſupra de primicerio. l. 2. & ibi no. ſecundum An. & Dulium. Iaco. Rebuffi.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium an & qui officiales ad hæredes tranſmittant, & pro quo tempore.*

2 *Hæres aſſeſſoris decedentis in officio poteſt petere ſalariũ totius temporis.*

Lege. Si domeſticus, vel protector ante fi-
nitum tempus deceſſerit hæres eius
ſalarium totius anni, ac etiam ſubſequentis rece
pit h. d. Et eſt mirabile in iſto officiali, vt ſi dece-
dat durante officio hæredes eius debeant habere
1 ſalarium totius tẽporis, & etiam vnius anni ſub-
2 ſequentis. In aliis autem officialibus * non repe-
ritur. ſed hæredes eorum debent tantum habere
ſalarium illius ſui temporis, non autem tempo-
ris ſubſequentis, vt infra tit. 2. l. ſi quis in ſacris, &
ſupra de aduo. diuer. iudi. l. poſt duos. §. fin. & de
primipilo. l. 2. & de princi. agen. in re. l. cui. facit
etiam quod not. ff. de offi. aſſeſ. l. diem functo. Et
2 hic no. pro hæredi. aſſeſſo. decedentiũ in officio,
vt petere poſſint a poteſtate ſalarium totius tem
poris ſemeſtris. Bar. Item no. caſum in quo plus
habet hæres quam defunctus ſic. ff. de magi. con-
ue. l. non ſimiliter, & de peti. hære. l. nec vllam.
§. fi. An. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a In alijs autem officialibus. Adde iſtum plene in l. 2. & quod ibi notaui in apoſtil. ad ipſum in verſic. ſalarium ſupra de legatio. lib. 10.

De præpoſitis laborum. conſtitutio græca.

Rubrica.

Et hi ſimiliter sũt de palatio principis vbi dignitatem habent, & ideo de his dicit, & qui ſunt dic vt in gloſſ. rubricæ. Odoff. & Iaco. Rebuffi.

LEX PRIMA.

Qui præpoſiti. Præpoſiti laborum durante officio ſunt clariſſimi, & eo functo inter conſulares habent h. d. Bar. Vel ſic præpoſiti laborum ideſt qui puniebant maledicentes de principe ſunt clariſſimi, & conſulares, & habent immunitatem munerum. ſecundum An. Iac. Rebuffi.

De proximis ſacrorum ſcriniorum cæteriſq; qui in ſacris ſcrinijs militant.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Spectabiles ſunt nominati in hoc titulo.*

2 *Clerici cameræ qui ſunt, & qualiter a iuriſconſulto appellentur.*

1 Etiam hi ſicut, & nominati in præceden-
tibus titulis a titulo de magiſtris
ſcriniorum incluſiue citra, dignitatem habent
ſpectabilem in palatio ideo, & de iſtis admittit
in rubri. & licet de huiuſmodi proximo dictũ ſit
ſupra de magiſtris ſcriniorum, tamen iterum po
nitur, vt addat Odoff. vel dic ꝙ de iſtis de quibus
tractat hic titu. ſint poſiti ſingulis ſcrinijs, ille au-
tem titu. loquitur de illis magiſtris qui generali-
ter præerant omnibus ſcrinijs, & põt poni exem-
plum in camera computorum Pariſius vbi ſunt
magiſtri cameræ computorum, & de iſtis poteſt
loqui ille tit. de magiſtris ſcri. Item pro ſcriptu-
ris tangentibus de manu Regis cuiuſlibet ſene-
ſcaliæ ſeu bailiagij eſt ibi vna camera quæ latri-
culus vocatur, & cuiuſlibet cameræ, ſeu latricu-
li ſuus præpoſitus dicit ideo, quia ibi præeſt aliis
quantum ad cuſtodiam, & gubernationem ſcri-
pturarum in illa camera ſeu latriculo, & de iſtis
præpoſitis ſeu proximis videtur loqui hic titu. ꝙ
patet ex contentis in l. prædicta alle. ſupra de ma
giſtris ſcrin. vbi beneficium conceſſum magi-
ſtris extẽditur ad tales prępoſitos ſeu proximos.
Item patet ex conſtitutione titulorum, cum in
iſto libro 12. præponantur habentes maiores di-
gnitates, vt patet ſupra in tit. de digni. & titulis ſe
quentibus, & in iſto reſpectu poſſunt dici proxi-
mi, ideo quia magis ſe appropinquant circa cu-
ſtodiam ſeu gubernationem illius latriculi, vel
cameræ, in qua per principem ſunt præpoſiti de
2 quibus etiam ſcripſi infra co. l. 1. Deinde ſciendũ
quòd

ꝙ sunt tria genera scriniorum, in quibus ponun-
tur scripturæ, vt hæc glo. declarat, & cuilibet ge-
neri est præpositus qui proximus sacrorum scri-
niorum vocatur. De ista proxima parte rubricæ
habetur infra l. 1. & l. iubemus ver. equorum, &
in l. pro biennio. Alij vero qui in singulis scrinijs
scribunt, & negociantur, vulgariter vocātur cle-
a rici cameræ[a] hic autem vocantur scriniarii de
quibus dicit finis huius rub. de quibus infra l. 2. 3.
& 4. in pri. no. dicto, & l. priuilegiarii, & multis
aliis ll. huius titu. qui scriniarii in talibus officiis
militare dicuntur, & in tali militia, & in simili su
pra de comi. & ar. l. t.

ADDITIO.

a Clerici cameræ. Adde ꝙ alio nomine etiam tabularij appel
lamur, vt not. iste in l. militar. nu. 1. supra de iure fisci lib. 10.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Scrinia in quibus principis scriptura reponuntur sunt tria & de his traduntur exempla secundum tempora hodierna nu. 2. 3. & 4.*

5 *Intellectus triplex huius legis ponitur hic.*

6 *Collato alicui honore, statim censetur etiam collatum priuilegium ex eo prouenitens.*

7 *Vacantes ab officio, quod primo administrauerunt, quandoq; administrantibus præferuntur.*

1 Proximos. Ad euidentiam scias ꝙ tria
sunt scrinia siue cameræ in
quibus reponuntur scripturæ principem tangen
tes. In vno scrinio seu camera ponuntur episto-
læ seu literæ quæ per principem aliis mittuntur,
seu ab aliis mittūntur principi, & istud est offi-
cium secretariorum principis. Vnde cum etiam
sint, & instituantur multi secretarii, tamen vnus
est magis secretus, & continuus principi, qui est,
& reputatur præpositus huius sacri scrinij, quia
præponitur aliis scriniariis, hoc est aliis secreta
riis, & etiā vocatur proximus, quia plus se aproxi-
mat, & appropinquat principi quam alij secreta-
rii; & qui habet principalē custodiam vnius scri-
nii seu cameræ, vbi tales sunt scripturæ, & literæ
reponuntur, cum talis sciat archana, & secreta
principis, vt infra eo. l. proximos. Vel erat aliqs
istis literis custodiēdis præpositus per principem
secundum scriniū suæ cameræ, vbi tales scriptu
ræ, & literæ sunt repositæ cū talis sciat archana,
& secreta principis, vt infra eo l. proximos. Vel
erat aliquis istis literis custodiendis præpositus
per principem. Secundum scrinium seu camera
est vbi reponuntur scripturæ libellorum, & co-
2 gnitionum. Vt recte potest poni exemplum Pa-
risius in camera parlamenti, vbi reponuntur ta-
les scripturæ: qui magistri parlamenti sunt ibi
plures. Sed sunt ibi quatuor præsidentes qui præ
ponuntur aliis magistris parlamenti, & habent
ibi præsidentiam. qui possunt appellari vno res-
pectu præpositi huius sacri scrinii hoc est came-
ræ parlamenti, & etiam vocantur hoc iure pro-
ximi quia magis se approximant principi, & qui
antiqui, vt infra eo. l. hac parte, vel potest poni
exemplum in graffario curiæ parlamenti q præ-
ponitur, & præest omnibus aliis notariis, & scri-
bis illius curiæ, & sic merito potest dici præposi-
tus. Item proximus quia Rex, & Præsidentes in
parlamento curiæ, & eius scripturæ, & qui com-
muniter eligitur Doctor vel licentiatus, & talis
qui sit bene sufficiens, & habilis ad illud officium
& de quo etiam scripsi supra de magistris scri. l.
t. Vel erat aliquis qui fuit præpositus per princi-
3 pem specialiter ad istas scripturas custodiendas
Tertium scrinium seu camera est vbi ponuntur
scripturæ pertinentes ad principem super dispo
sitione regiminis, & emolumentorum imperii
seu regni. Et potest poni exemplum Parisius de
camera computorū vbi sunt multa scrinia pro-
uinciarum regni hoc est loca seu cameræ in qb:
ponūtur tales scripturæ, & sunt ibi multi q vocāt
magistri cameræ cōputorū. Item sunt ibi aliqui
4 præpositi de quibus scripsi super rubri. Item est
aliud scrinium in palatio Regio Parisius seu ca-
mera in qua sunt repositæ scripturæ tangentes
antiquitates, & notabiliora facta Regni: quod
scrinium seu camera vocatur thesaurus, & desti-
natur ibi vnus principalis præpositus seu præsi-
dens pro gubernatione seu custodia illius came
ræ tenens clauem principalem illius cameræ, &
præponitur alijs tenentibus etiam alias claues il-
lius cameræ, & qui etiam proximus potest voca
ri cum se magis appropinquat Regi quam alij;
& sic potest esse de scripturis cameræ computo-
rum, vt hic vbi vnus principalis præpositus pro
custodia scripturarum tangentium domanium
Regis qui magis scit archana domanij de quo
potest loqui. l. proximos infra eo. in l. ista sic po-
test poni casus, proximi seu præpositi sacrorum
scriniorum eidem honore vel dignitate fungū-
tur quibus vicarij principis, & ex eo tēpore quo
officium proximatus sunt adepti sic supra de co
mi. & arc. l. 1. & de comi. qui prouin. regunt l. vni
5 ca. In vers. in sequentibus, &c. & ponitur triplex
intellectus secundū diuersos notatores. Primus
ꝙ finito officio proximatus videlicet anno quo
habent durare vicarij principis administrantes
seu durante eorum officio præferuntur, & istis
proximis seu præpositis sacrorum scriniorum
quorum officium erat finitum, & istum intelle-
ctum videtur sequi glo. Secundus intellectus est
ꝙ finito officio proximatus hi proximi seu præ-
positi sacrorum scriniorum præferuntur vica-
rijs qui vicarij adepti sunt officium vicariatus
post finitum officium proximatus. Tertius intel
lectus est ꝙ hi proximi seu præfecti finito eorū
officio præferuntur vicariis qui postea admini-
strauerunt, sed etiam erat finitum eorum officiū
Vltimo in ver. nullam, &c. dicit ꝙ isti proximi in
nullo tenentur subire onus descriptionis expo-
nit Odoff. hoc est onus munerum personalium,
6 vt supra de magistris scriniorum l. 1. & infra eo.
l. iubemus. Not. ex l. ista secundum Dulium. In
tex. vbi dicitur ex eo tempore, &c. ꝙ iniuncto ho
nore alicui, vel electione de aliquo ad dignitatē
consequetur statim priuilegium dignitatis nam
ex hoc ius sibi acquiritur. An. hic, & in authē. de
colla. §. ad hoc prohibentur in vers. antequā ve-
ro de quo extra de elect. c. cum inter canonicos
& 8. q. 2. c. dilectissimi, & per Inno. d. c. cum inter
canonicos, & per Iac. de Belloui su. d. §. ad hoc
prohibemus, & in auth. de defen. ci. §. iusiurandū
colla.

tolla. 3. vbi concludit id quod Inno. tenet d. cap.
7 cum inter canonicos. Secundo no. ſecundũ vnũ
ſcilicet intellectum ꝙ vacantes hoc eſt qui pri-
mo adminiſtrauerunt, & eorum officium eſt fini
tum, præferuntur poſtea adminiſtrantibus. Ter-
tio not. ſecundum alium intellectum quod ad-
miniſtrantes præferuntur vacãtibus, vt ſupra, vt
dignitatis ordo ſeruetur l. fi. ſecundum Dulium.
Iac. Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus varius legis huius ponitur.*
2 *Aduocatus an poſſit cogi conſulere.*
3 *Honor, & reuerentia fit ei, qui ſalutatur.*
4 *Honor alicui fit in loco ſedendi. Et priuatis non licet ſede*
re cum iudicibus.

In ſacris ſcrinijs. Hæc lex intelligi-
tur ſecundum ali
quos notatores, ꝙ iſti præpoſiti ſacrorum ſcri-
niorum erant facti iudices ordinarij vel ſpecta-
biles in prouincijs. Sed ſecundum alios eſt econ
uerſo, ꝙ tales ordinarij, & ſpectabiles erant facti
1 præpoſiti eorum ſcriniorum. Quicquid ſit Bar.
ponit hic caſum, ꝙ iſti militãtes in ſacris ſcriniis
ordinarij, vel ſpectabiles iudices in prouincia
exiſtentes ſalutare nõ compelluntur, nec etiam
accedere ad conſilium, & eis non debet denega
ri acceſſus ad principẽ, & eis debet in ſalutatio-
ne reuerentia adhiberi; ac etiam dari poteſtas ſe
dendi cum iudice. ꝙ ſi contrarium fecerint tri-
nas libras auri nomine pœnæ ſoluant Odoff. te-
net idem in primo dicto videlicet ꝙ non com-
pelluntur ſalutare principem, ſed bene compel
luntur inuiti dare conſilium principi, &c. An. tñ
de Barulo intelligit hũc tex. in Ʒrium, & exponit
hũc tex. nõ arceant. i. nõ excuſant ꝙ n trãſeũtem
principem ſalutare teneantur, nec excuſantur
a conſiliis. nam & in conſenſu ideſt in conſilium
inuiti accipiuntur, &c. & præterea elicit hoc no-
tabile, ꝙ nullus pro aliqua dignitate debet dedi-
2 gnari ſalutari principem. Secundo no. ꝙ quili-
bet tenetur conſulere, vt hic not. glo. Et ſic not.
arg. ſecundum An ꝙ præſes ſiue poteſtas poteſt
compellere aduocatum vt ſibi det conſilium in
cauſis, & hoc per hanc l. quam multi neſciũt ad
hoc allegare, ſed dicunt hoc eſſe de conſuetudi-
3 ne. Tertio no. ꝙ honor fit alicui quando ſaluta-
tur, & ſalutando videtur ei fieri reuerentia, vt ſu-
4 pra de offi. di. iudi. l. fin. & infra eod. l. peculiari.
Quarto not. ꝙ honor fit alicui in loco ſedendi
ſic ſupra de præpo. ſa. cu. l. 1. Item no. non eſſe li-
citum priuatis ſedere cum iudicibus. nam cum
ſit ſpeciale in iſtis, obtinet contrarium in aliis,
quia quod vni permittitur alijs prohibitum cen
ſetur. ff. de iudi. l. cum prætor, & ſupra de procu.
l. maritus. niſi aliud expreſſim inueniret eſſe con
ceſſum, vt d. l. fin. ſupra de offi. di. iudi. & infra eo.
l. peculiari, ſecundum Dul. An. & Docto. In tex.
principe ideſt officiali, vel dic ideſt prætorio
principis. Vel expone principe ſcilicet agentiũ
in rebus, vt infra de princi. agen. in re. per totum.
In gloſſ. quæ eſt ſuper verb. corniculario, vt eſt il
le qui cum cornu ſonabat, vt no. infra de appa.
præfe. præto. l. 1. In gloſſ. quæ incipit ideſt prima
tibus de quibus habetur de princi. agen. in re.
per totum.

LEX III.

In ſcrinijs. Qui militauerunt in ſacris
ſcrinijs per 20. ann. conſula-
rem retinent honorẽ nec poſſunt quoquo mo-
do ab ocio ſeparari hoc dicit ſecũdum omnes
Doc. Not. ab ocio ſibi commiſſo neminem re-
uocandum, vt ſupra de dome. & prote. l. 3. & in-
fra de vete. l. 1. & de appa. præfe. præ. l. 1. & ſupra
de excu. arti. l. 1. lib. 10. ſecundum Dulium. Et fa-
cit hæc l. in eo, quod dicit de 20. annis ad ea quæ
habentur, & not. & ſcripſi ſupra de profeſ. qui
in vr. conſtan. l. prima, & quæ ſcripſi infra eod. l.
iubemus in fine.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Militãtes in ſacris ſcrinijs, a quibus muneribus excuſent.*
2 *Notarius factus iudex an poſſit inſtrumenta conficere.*
3 *Priuilegium durat dignitate finita.*
4 *Duplici cingulo dignitatis an quis vti poſſit.*

Iubemus. Poſſeſſio militantis in ſacris
ſcrinijs tributum ſolum cano
nicæ indictionis præſtat a cæteris vero muneri-
bus non vexatur. & ſi ad maiorem aſcenderit di-
gnitatem nõ perdit ob hoc priuilegium ſcrinio-
rum hoc dicit Bar. Vel dic latius ſecundũ Odof.
ꝙ lex iſta reſpicit primam partem, & vltimam
rubricæ. Et primo tractat de ſecunda parte rub-
ricæ, quia indiſtincte loquitur de omnibus mili-
tantibus in ſacris ſcrinijs dicens ꝙ ſiue militant
in ſcriniis epiſtolarum vel in ſcriniis libellorum
vel in ſcriniis diſpoſitionum ab omni ſordido
munere ſunt exempti. Item a ſuperindicto ſic ſu
pra de ſilentiariis l. 4. Itẽ venalia in victualia non
præſtant. Item ab extraordinariis muneribus ex-
cuſantur. Item a præſtatione implauſtrorũ hoc
in prima parte dicit. Secundo tractat de prima
parte rubricæ ideſt de proximis hoc eſt de præ-
poſitis ſacrorum ſcriniorum: & reſtringit ſe ad
proximam diſpoſitionem dicens, vt quicunque
militauerit in ſacris diſpoſitionum ita ꝙ fuerit
de primo ordine diſpoſitionum, vel etiam qui-
cunq; fuerit proximus ideſt præpoſitus in ſacris
ſcriniis, & ſic loquitur generaliter excuſatur a ty
ronibus ideſt a vehyculariis, & equorum præſta-
tione: quod patrimoniale munus eſt: & ſic hæc
remittuntur patrimoniis prædictorum, vltimo
dicit, vt quicunque habuerit honorem prædictũ
ſi proſperiori fortuna ad maioris dignitatis cul-
men aſcendat non propter hoc ea antiqua pri-
uilegia ſcriniorum perdit, ſed retineat. hoc dicit.
1 Sic ergo not. hic ꝙ militantes in ſacris ſcriniis
excuſantur a muneribus ſordidis, & extraordi.
ſed ab indictio. ideſt extraordi. præſtatione quæ
ab omnibus præſtatur, & a patrimonialibus præ-
ter equorum, & tyronum, non excuſantur. quod
patet: quia cum ab his equis, & tyronibus conce
dat in aliis patrimonialibus vetat, & ita non ex-
cuſantur arg. ſupra de procur. l. maritus. Sed vi-
detur

detur ꝙ ab omnibus patrimonialibus excusantur, vt supra de magistris scriniorum l. 1. & infra de priuile. eorum qui in sa. pala. mili. l. 2 aliquod dic illas per istam distingui, & quod dicit hic de equis, & ivionibus concordat supra de silen. l. 3. Item no. hic ꝙ dicit de primo ordine dispositionum. nam multi ordines erant in sacris scrinijs, vt infra eo l. vnicuique & infra l. proxi. Item no. fortuna ascendi, vt hic. Sic econtra descendi sic supra de specta. l. lenones Item not. ꝙ maior dignitas minori quaesitae non praeiudicat in priuilegijs retinendis, & sic durat priuilegium dignitate finita, vt hic & supra de dig. l. minor infra ti. proxi. l. hac saluberrima, & de prin. agen. in re. l.
2 1 in prin. secundum Odo. Et haec faciũt pro praelatis electis ad maiorem dignitatem, vt priuilegium retineant praelaturae, vt in d l maior. Not. secundum Dul. & per hoc tenent aliqui, ꝙ si notarius efficiatur iudex ꝙ possit adhuc conficere instrumenta publica tanquam dum esset nota-
a tius, [a] & hoc vidi de facto, & pro instrumento inducebatur l. ista cum si. ibi no. quod non credo verum. nam quod dicitur hic ꝙ durat priuilegium primae dignitatis non sequitur, quod duret
3 dignitas quod patet ex hoc An. Nam priuilegiũ durat dignitate finita. vt supra de excu. mu l. cos, & l. maximarum in fin. & l. seq. & supra de praepo. sa. cu. l. 2. & infra eo. l. in sacris in fi. vnde lex non sine ministerio dicit durare compendium: sed non dignitatis, vt supra de primic. l. 1. & ad idem supra de praepo. sa. cu. l. 1, & de praefe. prae-
4 ro. l. 1. & 2. Praeterea expressum est, ꝙ nemo po-
b test duplici vti cingulo dignitatis [b] vt infra eo. l. hac parte cum si. ibi not. & infra qui militare nõ pos. l. his de quib. facit ad praedicta, ꝙ quis possit habere priuilegia multiplicis dignitatis supra de dig. l. 3. & supra de silẽ. l. 1. & infra de pala. sa. lar. l. vlti. & in alijs concor. supradictis secundum An. non habent. text. vbi dicitur longi temporis sudore quaesiuit; &c. quod facit ad id quod dicitur 20. annis supra de profes. qui in vr. constan. li 1. & ad id quod dicitur supra cod. l. in scrinijs, vt attento tempore 20 anno. quaesierit dignitatem illustralem, vt habetur d. l. in scrinijs, & sic respõdetur ad id quod dixi supra cod. l. 1. & l. 2. de proxi. seu praepo. scriniorum, qui habent tantum dignitatem spectabilem, vt habetur ibi, & est hoc ideo quia in illo officio non stant, nisi per biennium vt infra eod l. pro biennio, & ideo nõ mirum si plus laborauerunt, habeant plus de honore, vt infra cod. l. vnicuiq; & l. proximos, & de re mili. l. contra rempublicam, & supra de offi. ma. offi. l. 1. & 2. de quo etiam scripsi supra de profe. & me. l. medicos lib. 10 & in l. 1. supra de profes. qui in vr. constan. isto lib. 12.

ADDITIONES.

a Tanquam dum esset notarius. Adde istã in l. vniuersos nu 6. & quod ibi notaui in apostil. ad ipsam in vers. fi. de decurio supra de decurio. lib. 10.

b Duplici cingulo dignitatis Adde Lud. Ro. sing. suo 381. in cĩsu habes secus. vbi tenet con rari um dum loquitur de doctore milite.

LEX V.

Peculiari. Omnes milites in sacris scrinijs cuiuscunque sint gradus ad principem habent accessum, siue sint inter clarissimos ratione sui gradus siue inter spectabiles. hoc dicit Bar. vel dic clarius ꝙ vt supra eo. in rubrica, & in l. 1. no. tria sunt genera scriniorũ in sacro palatio: scilicet epistolarum, libellorũ & dispositionum: quod memoriae hic vocatur, & infra l. proxi & quodlibet habet multa scrinia, & multos ordines militantium in sc. quidam etiã vocantur exceptores quidam melloproximi, vt hic, & sunt nomina dignitatum militantium in scriniis praedictis. Sunt autem multi alii ordines in scriniis praedictis militantium, vt in l. vnicuique. his praemissis dicitur in l. ista, ꝙ militantes in scriniis dispositionum. epistolarum. & ab ordine exceptorum vsque ad ordinem militum proximorum clarissimam habent dignitatem, & si-
2 cut reliqui in scriniis militantes habent licentiã secretariorum nostrorum, & iudicum ordinariorum nostrorum, vt supra eo. l. in sacris ita etiã & hi habebant: possunt incedere etiã cũ spectabilibus, & secretarium eorum intrare, & ab eis in reuerentiam haberi secundum Odo. Not. ex hac l. ꝙ qui possunt intrare secretarium principis, vel Regis, ꝙ magnum dicuntur habere priuilegium & facit pro illis quibus permissum est sine licentia ingredi secretarium iudicis, vt supra eo. l. 2. & ibi no. Dulius Iac. Rebuffi.

LEX VI.

Pro biennio. Officium militantis in sacris scriniis quod olim durabat biennio hodie ad vnum annum restringitur hoc dicit secundum Bart. sed An. de Baru. intelligit hanc l. de proximis, qui debebant esse in officio proximatus per biennium, vt hodie sufficiat, ꝙ sint per annum alii autem memoriales post proximos debent seruire maiori tempore, vt supra eo. l. 2. secundum An. Odo. autem dicit ꝙ cum sint in sacris scriniis multi ordines, inter quos sunt quidam quibus tradebantur tria scrinia ad custodiendum, & istorum officium erat biennale: hodie tamen cum magnus sit labor erit annale, & sic no. hic de officio biennali. Simile est supra de dome. & protec. l. lege pragmatica secundum Odo. Dulius autem intelligit l. istam in maioribus militantibus in sacris scriniis, secus in inferioribus, vt supra eo. l. in scriniis secundum Dul. intellectũ. An. & Duli concordant cum intellectu gloss. & magis videntur applaudere textui. Iac. Rebuffi.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Supernumerarius an gaudeat priuilegio.*
2 *Coadiutor an detur episcopo debili vel infirmo.*
3 *Ordo temporis est seruandus. & nu. 4.*
5 *Subrogatus quandoq; non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
6 *Testes 25. aliquando sunt necessarij.*
7 *Exceptio exceptionis fit quandoq, & priuilegium patris mortui prodest filio.*
8 *Recusans semel potest iterum admitti.*
9 *Canonici subrogandi in locum decedentium, debent secundum ordinem illorum subrogari.*

Admit-

10 *Admittitur aliquando aliquis non vt ipse, sed vt alius.*
11 *Emphyteutica res si vendatur, quis debeat præferri proximior scilicet iure sanguinis, an dominus, & nu. 12.*

1 **Vnicuique.** Pro euidētia huius l. scias
prout dictum est supra in
ll. præcedentibus, ꝙ multi sunt ordines militan-
tium in sacris scrinijs palatij imperialis. nam sūt
ibi scrinia libellorum, dispositionum, & episto-
larum missarū imperatori ab aliis, & ab eo aliis
missarum: & ista custodiebantur, & regebantur,
& sic in perpetuum omnia acta imperatorum in
ueniantur in curiis, & sic multa, & innumerabilia
scrinia esse oportet: & ad ea custodienda esse
oportet multos ordines, vt ea custodiant: quia
vnus custodiebat duo scrinia alter tria, alter vnū
& sic de aliis, & isti custodientes militare dicunt
in sacris scriniis: & horū militantiū est certus nu
merus statutus ad ea custodienda: & quia dispo-
sitiones libelli, & epistolæ excreuerunt post nu-
merū statutorum militum, & quotidie crescunt
ideo oportuit, & oportet quotidie alios milites
assumere vltra numerum statutum ad ea scrinia
custodienda, qui milites vltra numerum statu-
a torum [a] militare dicuntur in sacris scriniis. Sed
quia militantes in sacris scriniis intra numerum
statutorum priuilegia dignoscuntur habere, de
quibus dicitur supra eo. tit. 2. 3. 4. & 5. & deficien-
tibus his militibus intra numerum statutorum
aliqui vltra numerū statutum in locum deficiē-
tis intra numerum ponuntur: ideo quo ordine
ponantur intra numerum statutorum, hic decla
rat. Vnde multi sunt ordines, quia aliqui vocant
proximi idest quasi proximi seu præpositi proxi
mi ordinis, vel secundi, vel tertii. Alii vocantur
melloproximi idest quasi proximi seu præpositi
idest post præpositum maioris, in suo ordine, si-
cut in religionibus reperitur prior, & superior,
minister, custos, gardianus. Alij vocantur adiu-
torii, vt quādo proximus, vel meloproximus est
infirmatus absens, vel occupatus: quia adiu-
tor ei datur sicuti habenti tutorem minor non
datur, sed adiungitur ei curator, vt inst. de cu
2 ra. §. interdum. Sicut episcopo debili, vel infirmo
datur coadiuuator extra de clerico ægro. per to-
tum vel habet certum officiū, vt patet infra eod.
l. in sacris lo 3. Alij sunt qui exceptores vocātur
vt supra eo. l. peculiari. Sūt multi alii gradus qui
non specificantur sicut inter militantes intra nu
merū sunt gradus; ita inter se militātes vltra nu
merum sunt gradus, vt primo assumptus sit pri-
mus, secundus, & tertius, & sic de singulis, vt qui-
libet suo posteriori sit potior ratione temporis
vt arg. supra. vt dig. or. serue. l. 2. de consuli. l. 1. &
l. pen. & supra de dome. l. 2. in fi. secundum Odo.
Et dantur tria priuilegia in hac l. Primo de his
qui sunt intra numerum vsque ad versum, &
vniuersos. Secundo de his qui sunt vltra numerū
vsque ad versum illum, tamē. tertio quid habeāt
facere ille qui subrogatur in locum mortui: &
3 hoc vsq; in fine. Primo ergo ꝙ inter eos q sunt
intra numerum seruatur ordo, & ratio temporis
seruatur inter eos qui sunt vltra numerum, vt cū
vacat aliquis locus, ille primus admittitur ad lo-
cum vacantem, qui primo fuit admissus ad pri-
mum vacantem, & ille qui subrogatur, erit vlti-
mus, licet subrogetur in locum primi, cum sit
posterior in locum præceden. Ad hanc regulam
fit vna exceptio, quādo ille qui est posterior pro
batur per 25. testes laborasse plus anteriori: quia
tunc præfertur ei: ab ista exceptione fit vna exce
ptio, vt vbi primus q minus laborauit fuit filius
proximi mortui, vt tunc præferatur. Secundo li-
cet tertius magis meruit. Tertio dicitur, ꝙ prior
qui vltra numerum est subrogatus loco mortui
debet soluere proximis, & melloproximis, &
adiutoribus certam pecuniæ quantitatem, quæ
in literis exprimitur. Et si nolit soluere, sed renū-
ciat tali honori: tunc facit locum sequenti, & si
sequens renunciat facit sequenti locū, & sic dein
ceps. Item ille qui recusauit interim de suo gra-
du nō remouebitur, & si interim locus vacet ha-
bebit liberum arbitrium amittendi, vel renun-
4 ciandi locum illum, & hoc dicit. Not. primo de
seruando ordine temporis, & ratione temporis
non calcandi, vt dixi plene supra de consuli. l. 1.
& de primicer. & secundi. l. 2. & facit infra de ty-
5 ro. l. fi. Secundo not. ꝙ licet qui subrogatus sit id
priuilegium habeat, & eādem naturam cum eo,
in cuius locum subrogatur, vt dixi supra de co-
mi. rei mili. l. 2. & si quis cautio. l. si eum §. qui in-
iuriarum. Fallit tamen hic ꝙ qui subrogatur in
locum primi est vltimus, vt supra comperimus
6 Tertio not. arg. ꝙ non sufficit diu studuisse: sed
7 bene. Quarto not. casum in quo sunt necessarii
25. testes de modo probandi dixi supra de naufr.
l. quotiens. Quinto not. exceptionem exceptio-
num. Sexto not. priuilegium patris mortui filio
prodesse, vt supra de aduo. diuer. iud. l. iubemus.
§. filios, & supra ad silley. l. fin. & ibi dixi ꝙ prosit
filio priuilegium patris superstitis: sunt multa iu
ra, vt j. e. l. in sacris ī prin. Septimo in tertio dicto
not. ꝙ hic est locus successorio edicto, sicut in
bonorum possessione, vt ff. quis or. in bo. pos.
8 ser. l. 4. & de succes. edicto per totū. Octauo not.
ꝙ qui primo recusauit aliam vicē potest admit-
tere, & ita nonnunquam varietatem prætor ad-
mittit, vt ff. de colla. bo. nonnunquam. Item no.
ꝙ licet quis priori iuri renunciauerit non propte
rea posteriori renunciasse videtur. ff. de reg. iur. l.
9 quotiens duplici. An. de Baru. Item no. ex prin-
cipio huius l. ꝙ si vltra numerum canonicorum
sunt alij canonici deputati, qui in locum decedē
tium debeant subrogari ꝙ secundum ordinem
datum istis canonicis, vltra numerum ipsorum
quilibet subrogabitur in locum canonici deficiē
tis secundum Bar. Item no. ꝙ præferendus est il-
le, qui maiorem laborem sustinuit, vt infra de ca
stren. l. 1. de agen. in re. l. 1. extra de præscrip. c. cū
ex officiū de præben. c. cum serui, & arg. ꝙ ami-
cus qui magis seruiuit præferatur ei, qui minus
seruiuit. Item no. consuetudinem seruandam, vt
10 supra de iur. fi. l. pen. Et ibi not. Dul. ꝙ si quis nō
admit-

ADDITIO.

a Vltra numerum statutorum Ego putarem contrarium per le. §. ꝙ autē supra de colle. lib. 11. & per ea quæ not. Bar. in l. si duos §. decet vers. hunc numerum. ff. de excu. tuto. & in auth. vt determ. sit nu. cleri §. non enim. & ibi Iaco. de Belloui su col. la. 1 fa. c quoniam extra de vi. & hone. cler. & ca. cum M. Ferrariensis; & ibi omnes Doct. extra de consti. ita not. in termi nis auctro. Corse. fin. tuis in vers. supernumerarius inci. qui est super numerum.

admittitur vt quilibet, admittitur tamen, vt alius vt hic in filio q licet non admittatur, vt præferatur, vt quilibet admittitur tamen vt alius quia vt filius,& pro hoc.ff.de priuile.cre l.1. 2.& 3. & hoc facit contra gloss. quæ dicit q maius ius habet quis in his, quæ habet ex probitate quam in his quæ haber iure sanguinis vel agnationis. ff. de capti.l.si quis in bello secundum gloss. istam. Et pro hoc.ff.de mino.l.si quis in emptione, &
11 supra de admi.tu.l. lex quæ tutores. Et hæc faciunt ad q. quis præfertur ad rem emphyteuticam venditam, an dominus proximior præferatur iure sanguinis illi domino maiori per l.istam, & p iam dicta. Item q sit potior ratio sanguinis quã ratio legis.ff.de inter. & rele.l. 3. pro quo in feu. qualiter feu.olim po.alie. §. in prohibendo. sed credo contrarium, q dominus præferatur illi proximiori,& est ratio, quia vbicunq; duo contendunt super aliquo actu ille qui habet antiquius ius præfertur. Sed dominus hẽt antiquius iusq̃ proximior.ff.de iure do. l. cũ post.§.paterna.ad quod supra si pp pu.pen.l.1.& ar ff.de pig. l.lex vectigali. Item per hoc sunt iliff.de pecul.l. sed si damnum. §. 1.& l. ex facto. §. primo pro quo l.in simili. ff. de priuile. credi.l. 3. §. finacum l.sequen.& so.ma.l.si cum dotem §.fi.cum l. seq. Nec obstat contrarium scilicet l.3.de interdict. quia illud est, quia ab antiquo deferebantur illa bona ex iure agnationis:& sic etiam colligitur in prohibendo,& pro hoc in feu.in ti.
12 de succes.feu.c.t. Item no.ex fin.huius l.q ad id q quis semel repudiauit nihilominus licitum est & postea redire: quod facit ad quæstionem suppositam consuetudine, quod proximior de genere possit rem retinere infra annum, quidam vendebat rem, emptor dicit q non emeret, quia timebat de retractione, proximior dicit q non retraheret illam rem: post ille emptor infra annũ alij vendidit: nunc quæritur an proximior admittatur nunc secundo ad retractionem per l. 3. ff. quis or.in bo. po. seruetur. Item postquã semel repudiauit non debet audiri secundo pro quo: ff.de leg.2.l.cum pater.§.libertis,& de leg 3.l.pater.§. quindecim ad quod supra de remissione pig.l.fi.& ff.qui.mo.pig.vel hypo.sol.l.sicut.§.in super vacuam, ergo videtur q talis non admittatur ad retractionem. Sed credo contrariũ quod admittatur per hanc l. pro quo faciunt concor. alle.in glo. ad quod facit ratio quia non videtur venire ex eadem causa licet sit eadem res, vt habetur in repudiatione bo.po.vt ff.de succes.edic. l.1.§.quibus,& de hæredi.insti. liber homo.§.fin pro quo.ff.de acqui.hæredi.l.filius.§.qui se patri. & supra vnde liberi l. fin. non obst. contrarium de §.liberis & §.quindecim quia ibi ex eadẽ causa ex qua repudiauerat volebat admitti: & ideo non permittitur ei arg. ff. de leg.1.l.si fundum p fideicommissum. quod secus in q.nostra. Nec ob.l. fin. de remis. pig. nec § supervacuam quia ibi ex quo semel voluit, & concessit alienationi extinguitur pignoris obligatio: & ideo non potest reuiuiscere: quia quod est extinctum non potest reuiuiscere.ff.de verb.ob. l. inter stipulãtem §.sacram.& de sol.l.qui res.§.aream. secus in cã su nostro: quia hic semper durabat vigor cõsuetudinis in glo. quæ est super verbo,& si quis ibi.l. 3. Sed ibi facta repudiatione erat alteri ius quæsitum,& ideo nõ permittitur sibi variare, nec permittitur ei de nouo quærere, hic autem ex vacãte iam contractu nulli fuerat ius quæsitum, & iõ poterit variare.ff.de collat.bon.l. nonnunquam cum ibi not. Vel dic melius q in l.3ria.ex eadem causa admitti volebat; hic autem ex noua, quod potest ff.de succ.edicto.l.1.§.quibus ex eadẽ glo. ibi nulli, sed ibi fuit ratio, quia sequeretur inconueniens a iure, quod de maiori dignitate descenderet ad minorem, quod fieri non debet supra quemadmodum ciui.mu.indicantur l.maioribus Iaco.Rebuffi.

LEX VIII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis commendatur ex fide, industria diuturna militia, & strenuitate.*
2 *Clausula saluis omnibus priuilegijs, quid operetur.*

Proximos. Proximi sacrorum scriniorum, quos comendat industria licitæ militiæ & comes dispositionum, quẽ probitas comendat finito officio proximatus, q finitur anno. supra eo.l. pro biennio. efficiuntur comites sacri consistorij durantibus nihilominus priuilegijs proximatus. quod not. vt supra
1 uantibus. l.iſtam.An.Not.ex hac.l.quòd licet qs non videatur dare fideiuſſorem, qui dat priuilegiatum.vt l.dedi.§.qui mulierem. ff. qui ſatiſda. cog.& l.1.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.tamen fallit in agentibus in rebus,qui dant vnum priuile-
2 giatum ſcilicet vnum de numero ſuo. Item no. in ver.cum per abſurdum.caſum expreſſum ꝙ ꝑ conceſſionem noui priuilegij alia priuilegia eidem indulta non tollunt: quoniā non debet operari diminutionem inductū ad augmentū vt hic.

Quali-

3 Qualiter autem soluētur hæc spo. habes sup. ti. 1. l. in sacris. Bar. & q per nouum priuilegium alia non tollantur, facit sup. de dig. l. 3. sup. titu. 1. l. 4. & ar. ff. de ac. & ob. l. Lucio. ademptio enim facit quominus aliquod beneficium debeatur nō collatione. vt ff. de adim. leg. l. legata inutiliter. & hoc secundum An. hæc. l. facit ad quæst. pone q quidam impetrauerant rescriptum a Papa cōtra plures viuente Papa. citauit vnū & post mortuo Papa vult citare alios. quæritur an possit, ppter dubium. l. & quia. ff. de iurisdi. om. iudic. videtur quòd non. quia ita est de iure, quòd vbi impetratur rescriptum contra aliquem, nisi viuente Papa incipiat vti illo rescripto, post non potest vti. Item videtur q nō possit citare alios per l. istam. sed in contrarium videtur per l. supra de diuer. rescrip. l. 1. Sed distingue circa hoc aut rescriptum istud est impetratum contra plures, & super eadem causa: & tunc citatio facta contra vnum non extenditur ad alios. Aut non competit super eadem causa, & tunc non valet citatio facta contra vnum contra alios. pro hoc. ff. de serui. ru. præ. l. vna est via. Item pro hoc sunt. ll. in simili. ff. de appel. l. si quis separatim. § primo. & supra si vnus ex plu. ap. l. 1. & 2. Item, hic habes in conreis debendi. supra de duo. reis. l. fin. ff. de lib. leg. l. 3. §. de effectu. Iacobus Rebuffi legum comes.

De principibus agentium in rebus.

Rubrica.

Supra tit. proxi. dictum est de agentibus in rebus. sed quia tales agentes. s. quilibet ordo eorū habet vnum præpositum, q principes agentiū in rebus dicunt, igit sequit hic rubrica de prin. agen. in rebus. qui agētes in rebus dicunt qui velint bona & res principis vt infra de decurion. l. pe. & q in curia principis circa diuersa curam habent, & habēt diuersa noīa vt supra ti. 1. l. matriculam. & l. ex co. Vnde sciendum q in titu. isto principaliter agitur de principibus agentium in rebus licet incidenter etiam tractetur de ipsis agentibus in rebus. sic etiam fit supra tit. proxi. vbi principaliter tractatur de agentib. in rebus. Solummodo fit etiam in titulis de pactis & administrationibus trāsactionibus. Nam in tit. de pactis fit quandoque mentio de transactionibus & econtra. vt supra de pact. l. cum proponas. & de transact. l. 1. & l. transigere. & l. in pactum & in multis alijs. ll. illorum titulorum. secundum Odoff. Iac. Rebuffi legum doct.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Palma ponitur pro victoria.*
2 *Gradus maiores acquiruntur per labores & sudores.*
3 *Ambitio reprobatur in dignitatibus obtinendis.*
4 *Princeps agentium coram imperatore tm̄ est conueniendus.*
5 *Fisci patronus non potest contra principem agentium postulare pro alio pro se autem potest.*
6 *Cum quid prohibetur, & omnia per quæ peruenitur ad illud.*
7 *Contemptor legis punitur.*

Agentes. Agentes in rebus, qui laborauerunt in hoc officio post palmam idest victoriam labore emeriti, coronantur principatus honore, & postea sint principes agentium in rebus. Et hoc vsque ad vers. atque ideo. ille vers. potest intelligi duobus modis. primo q post quam isti agentes in rebus sunt facti principes non possunt ad aliquod munus vocari, nec et citari sine licentia principis. i. imperatoris. etiā si per eos fiat citatio in locis vbi degunt ipsi principes agentium, hoc est q non exhibeatur nec molestatur per aliquem officialem nisi coram imperatore tantum: etiam si alij iudici vel officiali q sit in loco vbi dictus princeps agētium in rebus moratur, mādatum fuerit per imperatorem, vt cognoscat de causa vel exhibeat in iudicio alterius iudicis dictum principē agentem in rebus. & hæc videtur verior q exponatur
a principe idest imperatore [a]. Nam si secunda esset vera tunc esset contra. l. ex co. supra titu. 1. vbi magister officiorum cognoscit & non alius. nisi diceretur q ibi loquatur in numero centenariorum, hic in aliis agentibus. alias nisi dicas q ille cognoscit, & iste similiter, alio modo potest intelligi q nullus agentium in rebus hoc est qui sit de militia ipsius principis poterit ad aliquod munus vocari, nec etiam citari nisi ab ipso principe agentium in rebus. etiam si per alios citarentur in locis in quibus degunt. vel potest intelligi hæc. l. quòd iste seruierat tanquam miles agentium in rebus per longum spacium saltim. 25. annorum, videlicet non vacauerat locus matricula decurrente, q fuerit factus princeps agentium in rebus: tamen ratione tanti & tam longi laboris habebit honorari in dignitate principatus iuxta. l. ex agentibus infra eodem & hoc videtur velle in prin. huius. l. ibi honore &c. vnde licet alij principes agentes non habeāt priuilegia in hac. l. contenta vt supra titu. 1. l. ex co. in fin. tamen iste propter prædictos labores habebit hæc priuilegia, de quibus loquitur hæc. l. & tunc propriè stabit hic textus principe scilicet qui est in actu cū non videatur loqui de principe idest imperatore. cum simus in ti. de princ. agen. in rebus. ar. l. si vno anno ff. loca. iuncta. l. 3. sup. tit. 2. & hoc vsque ad ver. causarum. Qui versus causarum secundum primum intellectū ver. præcedentis hoc dicit, q patroni seu aduocati causarum sciant, vt ignorante imperatore nullam foueant causam contra vel pro aliquo contra prædictos principis agentes in rebus. vel secūdū aliū intellectū hoc dicit, vt aduocati causarū nullam præstent aduocationē sine licentia principis agen. in rebus contra agentes in rebus militantes sub eo. & hoc vsque ad versum neue. ibi dicitur ne aduocati prædicti fingentes esse negocium præmissorum, cum sit alienum, sub prædicto velamine introducāt, seu aduocēt in fraude eorum,

ADDITIO.

a Principe i. imperatore. tu dic q quamuis de stricta sui significatione princeps intelligitur quilibet dominus citra legem vt not. Card. clem. 1. de testi. & melius in cle. 1. in 6 q 8. de bap. sumitur tamen nonnunquam pro imperatore & Papa not. idem Card. in cle. 1. in pro de iureiurā. & Alex. post Bal to. in princip. ff. de orig.

eorũ,quæ dicta sunt.Vltimo in vers. denatũ &c.
imponit pœna contra hanc constitutionem fa
cientibus hoc dicit secundum Odof.& Dulium.
1 No.ex hac,l.ꝙ palma ponitur pro victoria.& iõ
palma dicitur ꝙ dat aduocatis pro victoria cau
2 sæ vt hic no. Secundo no.ꝙ ꝑ laborem & sudo-
rem peruenitur ad gradum maiorem vt sup. de
offi.ma.offi.l.2.& infra de tyro.l.2.nam ad hono
ris augmentum ꝑ laborem vnumquemq; cõue-
nit peruenire.vt j.de re mili.l.contra.& dat prin
cipatus corona vt hic : laborantibus enim datur
honor & merces,vt optimè dicit.infra eo.l prin
cipes. quia eos ad hæc officia volumus aspirare
&c.sup.tit.1.l.pe. & virtutum premia tribui me-
rentibus conuenit.vt sup.de sta.& imag.l.fin.Nã
labor non debet esse sine mercede,vt in auth. de
iudi.§.ne autem. & meretur studiorum labor. vt
sup.de profes.l.1.& facit ad hæc infra de diuer.
offi.in fi. & l.ad splendidioris.& infra de appari-
to.præfe.præto.l.cornicularij.vbi remunerantur
sudóres:& de castren.oĩm.pa.pe.l.1. & dixi supr.
3 de profes.qui in vr.constan.l.1.An.de Bar. Nam
in dignitatibus obtinendis suffragium seu ambi
tio reprobatur vt sup.de proxi.sa.scri.l.comperi
mus.& quod dr̃ in hoc text. principatus honore
remuneramus.intellige matricula decurrẽte.vel
intellige quia primo scriptus erat in matricula
in suo numero,vt tunc efficiatur princeps agen-
tium illius numeri.vt supra tit.1.l.agẽtes in prin.
4 Secundo no.principem agentium cõueniendũ
coram imperatore,& non coram alio iudice ẽt
si imperator hoc cõcesserit:licet in locum prin-
cipis agentium in rebus ciuitatis iudex ille more
tur.nec ob.sup.tit.1.l. ex eo.in fi.& c.iuncta.l.3.ff.
de iurisdi.om.iudi.quia hic est speciale in princi
pe agentium in rebus,vt solus princeps idest im
perator cognoscat quod ideo est vt gratia prin-
cipis larga sit & magna, quæ sic est interpretan-
da.ff.de consti.prin.l. fi. Sed adhuc videtur aliud
cõtrarium,quia cum iudex moret in loco prin-
cipis agentium citati,cui hoc committitur,vide
tur ꝙ possit cognoscere quasi iudex loci, vbi re'
moratur. & sic ad suum iudicem trahitur & non
ad alienum.quod etiam potest vt sup. de iurisdi.
om.iud.l.2.& l.in generali . Sed dic etiam hoc es
se speciale vt princeps agentium a nullo conue
niatur,nisi a solo imperatore etiam a iudice loci
5 vbi degitur.Tertio no. ꝙ patronus fisci non po-
test esse contra principem agentium in rebus ꝓ
alio sed pro se potest. quia quandoque permitti
tur aliquid pro se quod pro alio non potest. vt
sup.de procur.l.qui stipẽdia.& ff. de postu.l.1. §.
secundo loco.& §.sexum.& §. remouet.& §. se-
6 quentibus. Quarto not. prohiberi fieri fraudem
vt hic in ver.neue.& erat hic fraus de persona ad
personam.Quinto no. ex prædicto ver. quód cũ
aliquid prohibetur , & idem per quod perueni-
tur ad illud.vt sup.tit.2 l.certe.& quod me.ca.l.si
7 per impressionem. Vltimo not.contemptorem
legis puniri,vt hic.& sup.ti.1.l.fi & de domes.l.1.
secundum Odoff.& Doc.Iac.Rebuffi.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Agentes in rebus etiam senatores coram Imperatore tan tum conueniuntur.*

2 *Rescriptum surrepititium non præiudicat.*

1 Omnia. Tria dicuntur in l.ista. Primo ꝙ
omnes agentes in rebus, etiam
si sint senatores sunt tantum conueniendi corã
principe agen.in rebus sub quo militant. Secun
do dicitur ꝙ actus legitimi qui in senatu recitan
tur,vt insinuationes & similes sunt coram magi
stro census celebrandi. quia ipse est communis
iudex in talibus vt sup. de testa.l.testamenta om-
nia.& de epi.& cle.l.repetita . Tertio dicit quod
nullum rescriptum subreptitium præiudicii fa-
2 ciat prædictis.h.d.Sed quando est ꝙ senator qui
illustris sup.de silen.l.3 §.his.teneatur respoude-
re coram iudice agentium in rebus, qui inferior
est cum sit spectabilis vt infra l. proxi.& l.par in
parem nõ habet imperium . multominus in ma
iorem vt.ff.de arbi.l.magistratus Respondeo au
ctoritate Imperatoris hoc fieri,quod licet.vt su-
pra de dig.l.nemo.§.pe.& vlti.nam tunc quia au
ctore imperatore hoc fit quãtum ad hoc maior
est senatore,simile est sup.de silen.l. ne ad diuer-
sa.& infra de priui.sco.l.2.Odoff.Vel dic ꝙ reti-
net dignitatem senatoriam.Sed inquantum ope
ratur in officio agentium in rebus talis debet cẽ
seri & iudicari in hoc negocio , in quo versatur
vt dicitur de consule,qui est illustris: sed quando
accedit ad prouinciam regendam est tãtum spe
ctabilis.vt infra l proxi.& l. raptores.C. de episc.
& cle.& quia sibi imputetur, ꝙ episcopus in tan
ta dignitate tale officium sibi assumpsit vt l. ma-
ioribus.sup.quemadmodum ciuilia mu.ind.iun
cta regula iuris,& aliis iuribus vulgatis.& his qui
habentur & no.in auth. qua in prouincia.C. vbi
de cri.agi.oportet.& in c. Romana. extra de fo-
ro compe. & hanc opi. videtur tenere gloss. hic.
Nota. rescriptum subrepticiè impetratum nul-
lum inferre præiudicium.secundum Dulium.&
Iac.Rebuffi.legum Docto.

LEX III.

Proconsularis. Princeps agentiũ in
rebus decoratur di-
gnitate proconsulari hoc dicit Bart.& sic est spe
ctabilis vt in auth.de non alie.§.vlt. Sed videtur
ꝙ sit clarissimus,vt infra eo.l.fi.in prin.Sed expo
ne ibi clarissimos & clarissimæ dignitatis: qa ꝓ-
consularis dignitas est clarissima, & sic non con
tradixit.similem expositionem notat gl. sup. de
silen.l.iubemus.secundum Odo.Iac.Reb.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps agentium potest habere domesticos.*

2 *Eligendus quisque est ex sociorum testimonio.*

3 *Leprosus canonicus an debeat habere præbendam.*

4 *qui in dignitate actu est præfertur honorario etiam antiquiori.*

Ex agentibus. Primo dicit ex hac.
l.ꝙ princeps agentiũ
potest habere domesticos idest milites idoneos
& fideles repertos,etiam qui alias fuerũt in offi-
cio.Secundo in ver. & si quis dr̃,ꝙ agentes in re-
bus qui 25. annis fuerunt in illo officio si non
possunt

poſſunt plus laborare.quia ſunt infirmi & teſti-
monio ſociorum conſtat eos bene laboraſſe,ha
bent principatus honorem & priuilegia. Tertio
ibi ſed in ſalutationibus &c. dr principem, qui
eſt in actu eſſe priorem honorarijs. Quarto ibi
nihil,&c. dr ꝙ conſules & apparitores non poſ-
ſunt aliquid excogitare cõtra priuilegia eorum
principum, quin incidant in pœna hic conten-
1 ta.h.d. ſecundum An.No. ex primo dicto quòd
principes agẽtium poſſunt habere domeſticos,
2 vt hic no.in gl.Scdo no. ꝙ teſtimonio ſociorũ
qs eligẽdus eſt, ſic ſ. ti.2.l.vnicuiq;.& no ſ.ti.1.l.
agentes.§. exceptis.Tertio no. ꝙ quis dẽt eſſe
expertus in officio ſuo, de quo ſupra titu.1.l.pe.
Quarto no.ꝙ ille qui ſemel fuit in officio poteſt
iterum eligi in eodem. vt ſupra de aſſeſſ.l.qui ſe
mel. dnmmodo non continuet vt ſupra de ho-
3 no. non conti. Quinto not. quòd ille qui corpo
ris valitudine impeditus officium implere non
potuit, & ob hoc ad aliud officium aſpirauerit
ꝙ nihilominus fungitur priuilegijs quæ compe
tunt illis qui officium perfecerunt. Item no. ꝙ
caſus, ideſt morbus non impedit quantum ad
vtilitatem habendam, vel rerinendam.quod fa-
a cit pro leproſis canonicis. a & concor.ſupra l.1.
& l.pen.§. quòd ſi morbo. licet illi legi ſit con-
tra ti.2.l.fi.§. pe.ſed ibi loquitur in alio officiali,
4 quam hic.& in l.ſuperiore ti. Ex ſequenti dicto
no. ꝙ qui in actu eſt & ſi poſterior ſit præfertur
antiquiori honorario,ſic ſupra vt digni. or. ſer-
uetur.l.2.§.ſed adminiſtratore.Item vltimo no.
differre inter illum, qui ad finem perduxerit of-
ficium, & illum qui ratione valitudinis eſt im-
peditus, vt hic.& ſupra de his qui non imple.ſti
pen.l.1.ſecundum Odof.An.& Dulium.& Bart.
Iacob. Rebuffi.

ADDITIO.

a pro leproſis canonicis.Adde Card in cle.2.q.13. de præbẽ.
& in cle.2.in 1.q.& in §.vt ait.in 1.q.extra de reli.domi.

LEX V.

Eos. Poſtquam agentes in rebus vel adiuto
res magiſtri officiorum effecti fuerint
principes agentium vicariam habent dignitatẽ.
h.d.Et ſic not. ꝙ principes ſunt ſpectabiles.An.
Iacob. Rebuffi.

LEX VI.

Principes. Hic dicit ꝙ principes agen-
tium qui peruenerũt ad hũc
honorem cum multis periculis, & renunciatio
ne vitæ ſuæ propriæ ſalutis completo tempore
principatus habent dignitatem comitiuæ primi
ordinis ſacri palatij. & nihilominus antiqua pri
uilegia retinent.h.d. ſecundum Odof.& An.cõ
cor.ſupra de proxim.fac.ſcrin.l.iubemus.in fin.
Not.ꝙ qui exponit ſe periculo renunciat vitæ,
& propriæ ſaluti. No. ſecundo.ꝙ dignitas ſuper
ueniens non aufert priuilegium præcedentis di-
gnitatis, vt ſupra titulo.1.l.fin.ſecundum An.&
Dulium. Iac. Rebuffi.

LEX VII.

Quicunque. Quis ſit cohortalis dici-
tur infra de cohor.dic er
go quòd ſi aliquis cohortalis conditionis fuit
inter agentes in rebus, & poſt laudabilem labo-
rem meruerit principatum, ꝙ filij ante ſuſcepti
quam eſſet princeps ſunt obnoxij cohortali cõ-
ditioni.Sed poſt ſuſcepti ſunt liberi & immunes
ſicut & ipſe pater. Not. ꝙ ſicut ſuperueniens pa
tris ingratitudo non obeſt iam filijs ſuſceptis, ita
nec ſuperueniens dignitas prodeſt vt ſupra de li
be. & eorum li.l.2.& hic & ſupra de dignita.l.ſe-
nator.An. Iac.Rebuffi.

LEX VIII.

SVMMARIVM.

1 *Satiſdare quod non teneatur poſſidens immobilia, qualiter hoc intelligatur.*
2 *Arbitri debent habere ſalarium a partibus.*
3 *Priuilegium mariti prodeſt vxori, liberis, colonis & ſeruis.*
4 *Fideiuſſor idoneus quis dicatur. Item an is qui non poſſidet immobilia, eſt tamen alias locuplex, ſit idoneus. numero 11.*
5 *Poſſeſſores omnes immobilium debent iurare ſiſtere iudicio.*
6 *Libellus & petitio quomodo differant.*
7 *Notarij an poſſint ſibi ſolui facere pro nota & pro exemplificatura inſtrumenti. & an etiam pro relationibus, quæ per nuntios fiunt.*
8 *Sportulæ maiores debentur pro lite, quæ coram iudice, quam quæ coram arbitro ventilatur.*
9 *Iudex vt compellat arbitrum pronuntiare poteſt aliquid à partibus accipere.*
10 *Fideiubere non valens in vno loco remittitur ad locum, vbi habet fideiuſſorem.*
12 *Poſſidentes tantum mobilia ſuſpecti ſunt.*

Multis. Agentes in rebus conuenti nomi
ne ſportularum coram maiorib.
iudicibus ſoluant vnum ſolidum executoribus.
apparitoribus vero præſidis ſeu alicuius vicarij
tertiam partem ſolidi. fideiuſſorem autem de
iudicio ſiſti non præſtabunt niſi qualem defen-
ſor æſtimabit: ita vt ſi poſſideant immobilia in
vrbe vel in prouincijs ſatiſdare non teneantur,
ſed eorum iuratoriẽ committitur cautioni nec
conueniri nec citari poſſunt niſi in ſcriptis pro
ſcribendo vero reſcripta principis, vel libellum
in libro iudicis ſoluant executoribus ſolidum
vnum. & quando exemplum actoris petitur
ſoluant ſolidum vnum. pro ſcribendo vero epi
ſtolam citatoriam non vltra tres ſolidos. Si ve-
ro coram arbitris litigauerit ipſis arbitris vnum
ſolidum. patronis dimidium ſolidum. notarijs
vero pro editione cartarum, & pro toto nego-
tio vſque ad finem peragendo dimidiam partẽ
ſolidi.& pro introducendo iudicio cũ agũt co-
ram maiorib.iudicib.quatuor ſolidos. Sed ſi co
rã eiſdẽ ꝯuenit duos ſolidos.Et vltra q̃titates p̃di
ctas ſi agãt ſiue ꝯueniant vexãdi nõ ſunt. No. ex
1 gl.ſuper verbo iuratorie in fin. quòd licet poſſi-
dens immobilia non teneatur ſatiſdare hoc eſt
verum, quando poſſidet in loco in quo ꝯuenit.
Sed

Sed si possidet in alio loco non sufficit. vñ si quis
conueniatur Perusij non sufficit si possideat im
2 mobilia Senis. Item no. ex ista. l. ꝙ arbitri debent
3 habere salarium a partibus. Barto. No. ex princi
pio huius. l. ꝙ priuilegiũ mariti prodest vxori li-
beris colonis & seruis. sic supra ti. 1. l. fi. de comi.
4 consisto. Secundo no. ꝙ quando est contentio
in iudicio de fideiussore qui datur vtrum sit ido
neus necne, debet hoc remitti arbitrio iudican-
tis argumen. ff. qui satisda. cogan. l. si vero. §. pro
5 rei qualitate. & l. ab arbitrio. Tertio nota, quòd
omnes possessores rerum immobilium debent
6 iurare iudicio stare. Quarto no. in versic. & pro
insinuandis ibi vel simplici, &c. quòd differen-
a tia est inter libellum, & petitionem [a]. libellus
datur in scriptis. supra de lit. contest. authen. offe
ratur. & de episco. & cler. auth. generaliter. peti-
tio quando actor simpliciter verbo petit argu.
infra de castren. l. fi. & ad hoc. supra de naufr. l. de
submer. & ex. de libel. ob. c. 1. 2. & 3. Tñ hoc de-
bemus interpretari secundum vsum & stilum cu
riarum in quibus communiter eundem habent
effectum libellus & petitio cum dicatur ꝙ iuxta
petitionem habet fieri sententia. l. vt fundus. ff.
7 communi di. & extra de spo. c. licet heli. Quinto
no. ibi quotiens exemplaria, &c. pro notarijs vt
licet fecerint sibi solui, pro nota quam scripse-
runt in eorum libro, tamen ꝙ pro grossatura vel
exemplificatura possint iterum facere sibi solui
vt hic & infra de ero. mili. anno. l. si. Sexto no. ibi
pro implendis vero munimentis &c. ꝙ tabellio-
nes pro scribendis relationibus quæ per nũcios
publicos referuntur possunt facere sibi solui. Se-
ptimo nota. quantum debet iudex vel notarius
8 recipere pro insinuatione rescripti. Octauo no.
ꝙ plus soluitur pro causa, quæ est coram iudi-
ce quam pro causa quæ ventilatẽ corã arbitro vt
hic & ĩ. de castrẽ. pec. l. fi. & de proxi. sa. scri. l. fi. &
ibi no. Nono no. ꝙ aliæ sportulæ applicantur fi-
sco vt in prin. huius. l. aliæ iudicibus vt in versi. ꝙ
si nõ &c. Et sic videtur ꝙ duplices sportulæ sunt
9 soluendæ. Decimo no. iudicem qui compellit ar
bitrum pronunciare posse a partibus aliquid acci
pere vt hic. & sup. de proxi. sa. scri. l. in sacris. Du
lius. In glo. quæ est super verbo iuratoriæ cautio
ni ibi vel potes hic dicere &c. Prima verior est
nam cum sit similis militia in vtrisque, ꝙ quili-
bet est spectabilis vt supra de proxi. sa. scri. l. 1. &
supra. c. l. proconsularis. simile ergo ius seruabi
tur in vtroque. infra de pala. l. fin. Doc. sed videt
mihi vltimam opi. esse veriorem p hũc text. nec
mirum si secus est in proximis vt no. ĩ. co. l. vlti.
10 in fi. vbi hoc notat. Sed primum videtur verius
vltra rationẽ gl. quia possessio & satisdatio æqui
parantur vt dicit gl. Sed ita est ꝙ qui nõ pt satis-
dare in vno loco remittitur ad locum vbi habet
fideiussores ergo, &c. ff. qui satisda. co. l. si fideius
sor. §. si necessaria. & l. de dic. §. iubet. Sed dic glo.
veram ꝙ tenetur satisdare, & est rõ qa satisdatio
hẽt locũ vt iudiciũ in tuto possit exerceri. Sed si
dicas ꝙ possessio alibi constituta esset loco satis
dationis, nõ esset iudiciũ in tuto. vt pbabo. ergo
&c. Et pro hoc facit. l. ff. de bo. auc. iudi po. l. cũ
a nus. §. is qui. & de re iudi. l. a Diuo Pio. & ideo
cũ iudex nõ possit sibi exercere iurisdictionẽ nõ
vr bene cauisse qui satis. co. l. 2. Nec ob. ɔtriũ qa n
æquiparãtur satisdatio & possessio nisi iudex pos
sit ius dicere in vtroq; in auth. de execu. & de his
qui conue. §. 1. 6. colla. Et idẽ tenet Bert. de Scan
dalis. quod verũ credo regulariter in alijs casib.
vt l. fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cog. sed
quantum ad casum huius. l. est speciale vt hic in
nuit tex. ibi. vel in hac sacratissima vrbe vel in p
uincijs, &c. Sed quæritur an fideiussores qui non
11 possident immobilia tamẽ alias sunt locupletes
an reputentur idonei. Glo. mouet hoc in authẽ,
de exhi. & intro. reis. §. sancimus in ver. suscepto
in prin. colla. 5. super verbo personali vero fide-
iussione. Item no. l. ꝙ videãtur esse idonei. sup.
de omni agro deser. l. 3. lib. 11. Item facit. ff. de
mu. & ho. l. fi. in ver. qui fœnus exercet. cum simi.
Bertrandus de Scandalis tenet gl. positam in ver.
suscepto. ꝙ tales fideiussores tãtũ mobilia solũ
possidentes non reputantur idonei & fundat se
etiam illa glo. per. §. si. in fi. insti. de replica. nam
cũ cautio præstetẽ rõne securitatis qualiter hoc
est magis securum quam in alio nõ video, quare
&c. nam cum dicit locupletẽ debet intelligi vt
sit locuples circa facultatem conueniẽdi. ff. qui
satisda. co. l. 2. & l. si vero. §. qui pro rei qualitate,
& iõ dãtur iudices vt cognoscant an sint idonei.
12 ff. si quis cau. l. si ab arbit. Nam possidentes so-
lum mobilia suspecti reputantur. ff. de priui. cre.
l. si creditores cum simili. secundum Bert. & Do
cto. pro quo supra de debi. ciui. l. si. ibi vel duos
prædiorum, &c. Iac. Rebuf.

ADDITIO.

a Not. differentiam inter libellum & petitionem. De qua vide
Lanfr. de orta. c. quoniã contra falsam in § petitiões in prin.
& quod ibi notaui in apostil extra de probationibus.

De curiosis & stationarijs.

Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Curiosi qui, & quotuplices sint. & num. 2. & 3.*

Dictum est Supra de agentibus in re-
bus, & de eorum princip.
in genere nunc ponit de duabus spẽbus agentiũ,
qui curiosi vocantur, ideo rubrica intitulatur de
1 curiosis, &c. Vnde prima species istorũ est quo-
rũdã quorũ offiii est nunciare crimina, & remit
tere criminosos. & de istis agitur. l. 1. multotiens
referunt principi facta cameræ parlamẽti, & cũ
quib. est princeps qñ ɔfert de regimine illius cu
tiæ seu cameræ. & alibi isti quatuor præsidentes
vocantur. Scda pars est quorũdã qui pñsunt cui-
ctionib. seu curijs imperialib. & de his agit ĩ l. 2.
3. & 4. huius tit. ideo autem omnes prædicti cu-
riosi dñtur, quia dictorũ officiorũ cura ad eos
spectat sic hoc assumũt nomẽ. ff. de tribut. l. 1. In
fi. d don. §. est & aliud. & ff. si cer. pe. l. a. s. app. &
sic nomen curiosi gñale est ad dictas duas spe-
2 cies. Prima tamen species nomen speciale su-
mit, quia stationarij uocantur. ideo forte sic di-
cti quia in aliquo bene cõsueuerũt sugere delin-
quentes & dictio vel posita resoluitur pro id est
sic alias sumitur vel pro id est. vt supra de fundi.
patri. l. si quis prioribus. Sed secunda pars in
suo nomine generali remanet, nisi quòd agens

3 in rebus dicitur, vt infra l. 2. & l. vlt. Et sic patet
 q̄ hæc dictio curiosi sumitur in genere & in spe
cie. sic ff. de adop. l. 1. & l. vlt. Odoff. Iac. Rebuffi.
legum doctor.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiatori criminis non est simpliciter credendum.*
2 *Denuntiatores criminum licet non possint incarcerare pos-*
sunt tamen fugientes sub custodia tenere.
3 *Officiali vtrum credatur, & in quibus.*

Curiosi. Agentes in rebus de quibus dictū
est supra titulis præcedentib. erāt
diuersi deputati. alij enim erant curiosi qui debe
bant inquirere & denuntiare criminosos vt hac
l. Alij erant deputati super euectione vel cur su
publico, vt sequentibus legibus. In l. ergo ista dr,
q̄ si isti curiosi denuncient aliquos criminosos
debent probare, alias puniuntur tanquam calū-
niatores. Secundo dicitur q̄ illa iniqua consue-
tudo per quam curiosi poterant incarcerare ali
quos tollitur. h. d. An. Vel dic breuius secundum
Bar. denuncians maleficium punitur, si non pro
bat. & ideo alium pro delicto non incarceret. h.
1 d. Etiam no. ex hac l. q̄ denunciatori criminis
simpliciter non est credendum. immo veritas
exquirenda est, & si falsum scienter denuncia-
uit punitur. alias si parum probe mouetur vt l.
diuus. ff. de custo. reor. & l. ea quidem. C. de accu
2 sa. Vltimo no. q̄ denunciatores malorum non
possunt in carcerem intrudere, licet tamen non
possint incarcerare tamen malefactores fugien
tes possunt sub custodia tenere. vt l. pen. de ser-
3 uis fugi. ff. coneor. infra e. l. fi. secundum Bar. In
glo. quæ incipit. no. ergo. in fin. Tu dic q̄ aut iu-
sta causa fuit motus ad accusandum, & tunc li-
cet alteri non parceretur: isti tamen parcitur
at. l. moriente. sup. de dela. li. 10. & ff. de his qui,
vt indign. l. tutore. Si autem deponat circa eius
a officium in leuioribus credo eis debere credi: *
sic potest intelligi illa. l. 1. in fi. ff de offi præfec.
vr. & ff. de rebus eorum. l. magis. §. ne tamen. &
in auth. ne liceat ma. & auiæ. § quod autem. nam
cum iurauerit se iuste exercere suum officium
non præsumitur immemor suæ salutis. sup. ad l.
iul. repe. l. fi. de quo in Spec. de citatione. in §. 4.
ver. sed nunquid. Alleg. hæc l. in fi. an merū impe
rium possit præscribi; & vr q̄ non: quia incarce-
rare est meri imperij, de in ius voc. l. 2. in princ.
sed incarceratio non potest quæri per consuetu
dinem, vt hic, & in auth. vt nulli iudi. §. 1. sed cre
do contrarium. quia imperium semper adhæ-
ret territorio. vt l. pupillus. §. territorium. ff. de
verb. signifi. sed tale territorium potest præscri-
bi. ergo, &c. sic supra de fund. lim. l. quicunque
castellorum. cum glos. & infra de diuer. offic. l.
eos viros. & est glos. supra quæ sit long. consue.
l. 2. Item quòd potest præscribi & concedi, sed
imperium potest concedi, ergo & præscribi. nec
obst. l. ista quòd isti curiosi non habent imperiū
cum non habeant aliquod territorium, & ideo
nihil facit. Iac. Rebuffi legum comes.

ADDITIO.

a Debere credi an officiali credatur circa suum officium. Vi-
de Spe. in ti. de noto. cri §. 8. vers. pe. & de cita. §. 4 vers. sed
nunquid Cyn. in l. si quis decusso in 4. oppo. supra de fal. Ale-
xan. in l. 2 §. si absens. ff. si ex noxali causa agatur & notaui
aliquid in apostil. ad istum supra de pondera. & auri illa. l.
quotiens libro decimo.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Cursus publicus quid sit.*
Officium alterius nemo debet vsurpare.
2 *Lucra turpia & inhonesta sunt reijcienda.*
3 *Iussus Imperatoris non excusat.*

Agentes. Officium agentiū in rebus est
hic curam super euectionib.
cursus publici portando pecuniam publicam
per prouinciam, naues concedendo & anima-
lia ad ferendum annonam. Et alius officiarius
non debet se ad hoc intromittere. contrafacien
tes puniuntur. Item pro animalibus in cursu pu-
blico nō adductis non est licitum officiarijs pe-
cuniam accipere, contrafaciens restituit in qua-
1 druplum. h. d. Et quid sit cursus publicus no. in-
fra de cursu pub. super rubr. Not. ex l. ista q̄ ali-
quis non debet officium alterius vsurpare sic su
pra de agen. in re. l. 1. Item no. quòd quis non de
2 bet plus petere, quam debeatur sibi. Nam turpia
lucra & inhonesta permitti non debent, ff. de of
fi. præsi. l. illicitas. §. 1. & §. neque illicita & de do
lo. l. itaque. Odoff. Item no. ibi. Item si quis no-
3 bis iubentibus &c. quòd iussus imperatoris non
excusat. secundum Dulium. Iacob. Rebuffi le-
gum comes.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium perdit, qui eo abutitur.*
2 *Cōdemnatio facta contra officialem, qui seruat honesta-*
tem est irrita.

Per id tempus. Condemnatio præ-
fecti facta de agenti-
bus in rebus est nulla, nisi talis agens aliquid cō-
tra honorem honestatem vel dedecus sui offi-
cij commisit. quia tunc grauius punietur. h. d.
1 Bar. Item ex hac l. not. q̄ non meretur dignitatē
qui male eam seruat, & priuilegium perdit qui
eo abutitur sic supra de digni. l. iudices infra tit.
3. l. 2. ff. de mino. l. auxilium. cum simil. Odoffr.
2 & An. Item nota q̄ irrita est cōdemnatio facta
contra officiarium qui honestatem seruat. secun
dum Dulium.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *In carcerem mittere, & sub custodia detinere differunt.*
2 *Facti exercitium vbi alicui committitur, an videatur*
illi commissa iurisdictio. & quando videatur electa in-
dustria personæ.

Agentes.

Agentes. Agentes in rebus singuli per singulas prouincias sunt mittē
di, qui in euectionib. inspiciendis curam habeāt
& nihil habeant cum alijs iudicibus vel prouin-
cialibus. & alios illicite non vexabūt: de causis
vero non cognoscent nec detrudent quemquā
1 in carcerem hoc dicit. Et not. ex glo. vlti. huius
l. quod aliud est mittere in carcerē, aliud est sub
custodia detinere. facit supra de exac. tri. l. 2. Bar.
Item not. ex fi. huius l. quēcunque debere atten-
dere ad suum officium. sic supra de prox. sa. scri.
2 l. hac parte. Item not. ꝙ ubi committitur alicui
facti exercitium nulla videtur ei commissa iuris
dictio & pro hoc supra de exac. tri. l. missi. & de
can. lar. tit. l. 2. ll. 10. & hæc faciunt ad q. in quadā
causa agebatur Parisiꝰ, actor nominauit aliquos
testes pro intentione sua fundanda, rex commi-
sit examinationē testium duobus: vnus istorum
vult committere socio vt ipse examinet, quæri-
tur an valeat examinatio. & videtur ꝙ sic per l.
a iudice. supra de iudi. sed dic cōtra quia vbi cō
mittitur facti exercitium nulla videtur esse com
missa iurisdictio. & sic nihil facit l. a iudice. quia
ibi habebat iurisdictionē. & pro hoc in hoc ca-
a su videtur esse electa industria personæ[a] & ideo
non potest alij demandare. ff. de testi. l. tertia. §.
tu magis. & supra de fide instrum. authenti. apud
iter. quia videtur hic commissum factum quod
non potest fieri per alium. ff. de verbo. oblig. l. si
stipulatus fuero illud aut illud insti. de sti. seruo.
§. sed cum factū est in authē. de vsu. nauti. circa
princ. & ibi casus colla. 9. & pro hoc arg. ff. de
lega. 3. libro 11. §. finali in fine. Iacob. Rebuffi,
legum comes.

ADDITIO.

a Videtur esse electa industria personæ Adde quando dicatur electa industria personæ et qualiter cognoscatur, & dic ꝙ qñ committitur quod per alium impleri non pōt vt not. Bart. in l. fideicommissa. §. fi. & ibi bon. tex. ff. de leg. 3, & l. inter artifices ff. de solu. & Feli. c. si § 10 autē. col. pēn. ver. quomodo aūt cognoscatur extra de offic. dele. & an illo casu filius possit expedire actum loco patris vide Bar. in l. 1. ff. de in ius vo. & Felin. ubi supra ver. secundus modus.

De palatinis sacrarum largitionum, & rerum priuatarum.

Rubrica.

Dictum est supra de agentibus in rebus & principibus eorum. Item etiam de curiosis, qui agentes ī rebus vocā tur. vt supra tit. prox. l. 2. & l. vlt. q omnes in palatio imperiali militare dicuntur. Sed quia sunt alij habentes officia ex prædictis agentibus, & etiam ex alijs in dicto palatio & etiam extra occasione palatij qui palatini vocantur, qui & dignitatem habent. ideo de his volens dicere ponit rubricam de palatinis. & quia palatini & in sacris ordinibus habent officia, & in patrimonio imperiali scilicet fiscali. & in rebus priuatis idest in proprio patrimonio imperatoris. qui omnes eodem priuilegio gaudent vt infra e. l. vltim. ideo annectitur in rubri. sacrarum largitionum, & rerum priuatarum. secundum Odof.

de istis etiam not. per Bertrandū de Deucio. & alios Doct. C. de officio com. sacr. largitionum l. 1. & in titul. de offic. com. rer. priu. l. vna. & de hoc scripsi plene. s. de cano. lar. tit. l. præcepit. & de fundis patrimo. l. 1. Iacob. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Palatini qui dicuntur.*
2 *Palatini sunt immunes ab extraordinarijs.*
3 *Onus capitationis non est extraordinarium, neq; sordidū.*

1 **Vicarij.** Ad euidentiam not. ꝙ dicunt pa latini duobus modis: vno modo
stricte qui mittunt ad exigenda tributaria debita
& isti dicuntur palatini sacrarum largitionum.
Alij sunt qui mittuntur ad exigenda debita pa-
trimonialia & isti dicuntur palatini rerum pri-
uatarum. & istis modis sumuntur in hoc ti-
tu. & licet sint diuersa officia, est tamen idem
priuilegium vt infra eodem l. fi. & licet mittan
tur isti palatini ad exigendū tamen nihil exigūt,
sed tantū insistunt p̄sidi. vt s. de can. lar. ti. l. 2. & sic
videtur esse idem officium eorum & opinatorū
vt supra de exac. l. missi. Alio modo dicuntur pa
latini quicunque habent officium in palatio. Et
in ista significatione potest dici palatinus præ-
positus sacri cubiculi & proximus sacrorum scri
niorum. & similes & sic sumitur infra de prlui-
eorum qui in sacro pala. mili. per totum. & ma-
2 xime in l. 1. & 2. Vnde isti palatini de quibus su-
pradixi qui dicuntur vicarij, quia quodammo-
do gerunt vices principis sunt immunes ab ex-
traordinarijs. capitationem tamen soluere tenē
tur. h. d. in gl. ibi sed illa specialia. vel dic quòd
isti palatini præstant capitationē non ratione
capitis, sed ratione rerum & possessionum quæ
est ordinaria præstatio, & realis a qua nullus ex-
cusatur vt supra de mu. patri. l. qui immunita-
3 tem. & l. neque secundum Odoff. Vnde no. ex l.
ista ꝙ onus capitationis non dicitur onus extra
ordinarium neque sordidum. Barto. & Iacob.
Rebuffi.

LEX II.

Nullus. Thesaurarius vel comes Thesaurorum semel repertus culpabilis in officio, iterato ad eandem militiam non aspirabit: nec etiam aliam acquirere potest hoc dicit. Not. hic casum contra seruitores monetæ qui si reperti sunt fraudem commisisse ad illud officium ad aliud quodcunque aspirare non debent. Bat. Iacob. Rebuffi.

LEX III.

Prisco. Scire debes ꝙ comites domorum habent palatinos sub se, quæ officia nominantur. infra eod. l. scrinijs. per totum. & istorum palatinorum aliqui sunt qui mittendarij. i. habiles ad mittendū sunt. de quibus dicit infra eadem l. scrinijs. §. scriniorum. & l. placuit. & huic comiti domorum principatus Capadociæ erat deputatus pro suis stipendiis. vnde

dicitur

dicitur in l. ista q ad regendum dictum principatum comites prædicti debent mittere de palatinis qui mittendi sunt & eligere & monere, quòd si male gesserint male eos tractabit hoc dicit Odoff. Vel sic principatus Capadociæ principaliter erat deputatus comiti domorum, ad quem gerendum sicut olim sic hodie mittitur aliquis de palatinis quem etiam timebit comes ne aliquid propter ipsum male agatur. Et sic nota. quòd malus prælatus timet bonum subditũ siue officialem: quod est ratio, quia subditus potest superiori resistere. vt supra de mag. scri. l. 1. in fin & de app. l. quoniam. Item malus doctor timet bonum scolarem. secundum An. & Bar. Iac. Rebuffi.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio minoris magistratus non perit per aduentum maioris.*

2 *Episcopus non potest signare in episcopatu alterius, nisi obtenta licentia.*

Nihil. Palatini nihil habent commune cũ alijs iudicibus prouinciarum. sed excepta reuerentia quæ eis debetur nõ solum per iudices minores verumetiam per maiores quilibet in officio suo seruiat Bar. Et sic not. arg. q
1 nõ perit iurisdictio minoris magistratus per aduentum maioris vt hic. & in auth. de sen. § nulla. An. Super glo. fi. in fin. facit. infra de meta l. cun
2 ctos. & quod ibi no. Et quòd vnus episcopus nõ signet in episcopatu alterius nisi prius obtenta licentia no. extra. de vsu pallij. c. ex tenore. Iac. Rebuffi. legum comes.

LEX V.

Quidam. Qui fuit palatinus & compleuit officium suum non potest postea transire ad aliam dignitatem puta ad scrinia exceptorum. sed debet adhuc militare in eodem officio. hoc dicit. Not. q quilibet sequitur illum ordinem quem multitudo eligit. & sic facit pro perseuerantia. An. Et ita qui eligit vnum alteri renunciare videtur. sunt multa concor. & sic doctor debet intendere scientiæ non in alijs se occupare. secundum Dulium. Iac. Rebuf.

LEX VI.

Ab officijs. Nihil potest iniungere palatinis nec præfectus, nec præses prouinciæ. secundum An. & Bar. etiam loquitur comiti domorum. secundum Odof.

LEX VII.

Scrinijs. Lex ista nominat quosdam officiales, qui subsunt comitibus domorum. & hi soli habent stipendia a publico, & nulli alij. In primis ergo dicit imperator Valentianus, quòd omnibus scrinijs sacrarum largitionum Commitatensium dignitates attributas ille nominat. ideoque nullus alius ambitu vel alio modo aspiret in dictis scrinijs ad aliquam dignitatem, quæ non est ibi. & in prædictis dignitatibus constituti salaria capiant, & nulli alij. hoc dicit, vsque ad §. breuis. postea nominat officia, & officiales vsque in finem. l. & sic not. ambitiositatem reprobari in officijs, sic supra de proxim. sa. scr. l. comperimus. & sup. eo. l. 2. & caue tibi in l. ista quia semper in tertia forma debent esse pauciores cũ maior sit dignitas vt patet. infra de castren. l. 2. Odof. Et not. quod non debet quis ire per mendicata suffragia An. sic. C. de accu. l. singuli. Dulius. Iac. Rebuffi.

LEX VIII.

Placuit. Loquitur Imperator præfecto, qui statuerat vt ex palatinis mittendariis, ex ducennariis quolibet anno quiescerent tres. ex centennariis autem secundum q sibi videretur. hic Imperator approbat dicens, q prædicta prouisio præfecti sibi placet. hoc dicit. Iacob. Rebuffi.

LEX IX.

SVMMARIVM.

1 *Procurator regius, qui non fecit fidem de mandato, an reddat processum nullum.*

Cum aliter. Nullus officium sacrarũ largitionum vel rerum priuatarum assumere potest sine principis annotatione. hoc dicit secundum Odof. & Bar. Et al-
1 legatur. l. ista in fin. q si procurator regius se opponat in iudicio agendo vel defendendo, & nisi faciat fidem de procuratorio, q processus sit nullus. ad quod supra de man. princ. l. t. & in authen. de collato. §. eos. & supra de diuer. offi. l. in his. Iacob. Rebuffi legum comes.

LEX X.

Palatinos. Palatini adiutores & primicerij finito officio sicut agẽtes in rebus a præbitione tyronum cæterisque muneribus sordidis sunt immunes. h. d. & no. gl. quæ dicit de iunctura pedis: tibiæ & subcellaris. Bar. Iac. Rebuf.

LEX XI.

Ad similitudinem. Officium palatini, quod olim durabat biennio, hodie anno concluditur sicut scriniorum officium: hoc dicit Bartolus. Iacob. Rebuffi legum comes.

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Exempla non restringunt regulam.*

2 *Clericus in actione reali an sit fori secularis.*

Viros. In ciuitate Cõstantinopolitana palatinus sub præfecto vrbis non compellitur

pellitur litigare nisi pro seruitutis domib. vel an
nonis quæstio moueatur. In prouincia vero co-
gnoscit præses cõtra palatinum. sed in causa cri
minali ꝯtra eum non feret sententiã nisi ex sug-
gestione comitis sub quo militat palatinus. h.d.
1 In tex. ibi domorum &c. Iuxta hũc tex. quæritur
an in istis tribus casibus hic enumeratis sit tãtum
speciale & videtur ꝙ sic quia hic dicit de cæteris
ergo non extẽditur ad alios vt iuribus vulgaris.
Sed intellige quod hic dicitur esse idem in alijs
omnibus realibus vt possit conueniri coram or
dinario & quod hic dicitur gratia exempli di-
citur vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quod vulgo vnde
noui operis nunciatio realis est. ff. de nou. oper.
nun. l. de pupillo. §. nunciationem idem in ser-
uitutibus, quæ sunt reales idem in annonis
supra. de an. & tri. l. 1. & quasi per totum. lib.
2 10. Iuxta quod quæritur an clericus in causa rea
a li habeat priuilegium,[a] & videtur, ꝙ nõ per l. istã
nam sicut clericus priuilegium ita isti palatini: &
tñ in realib. non habẽt priuilegium vt hic habet,
Item aut dicet, ꝙ habeat priuilegiũ in reali aut
in personali: non in reali q̃a illam rem ꝯcernit. s.
vbi in rem actio l. 2. sed habet in personali q̃ con
comitatũ personam ff. p socio. l. 3. & pro hoc all.
l. ꝙ in reali non habeat priuilegium sup. de epis.
& cler. l. de his qui. Sed dic, ꝙ imo & in realib. &
in personalibus habeat priuilegium. Nam ratio
cur datur priuilegium clericis est fauor ordinis
clericatus totius, & non singulorum vt s. de pac.
l. pen. & ideo cum detur fauore ordinis habebit
priuilegium tam in realib. quam in personalibus
pro quo vide l. expressa. ff. de censi. l. fi. §. Diuus
Vespasianus. & pro hoc in auth. vt omnes obe-
di. iudici prouinciæ. §. hæc considerantes & est. §.
t & ibi soluitur. l. de his. quia intelligitur in causa
triburorũ. facit alia gl. ff. de nox. l. fi. vnde l. de his
loquit̃ in casu speciali .s. cã tributorũ vbi nemo
habet priuilegiũ pp publicam vtilitatem vt sup.
de exac. tri. l. si diuina domus. vt ibi alleg. & nota
tur, & ꝙ habeant talem priuilegiũ, probatur su-
pra d̃ epi. & cle. l. 2. de quo Pet. Ia. in ti. de duello.
ver. quidã tñ dixerunt. & in tit. de rei ven. ver. li-
bellus de consuetudine approbatur in positionĩ
bus rei & Archid. extra de cle. coniugã. c. clerici
super verbo deprauati, & per Bald. C. de epis. &
cleric. auct. clericus primo notabili. in fin. & ple
ne scripsi dicta l. si diuina. Iac. Rebuffi.

A D D I T I O.

a An clericus in actione reali sortiat forũ corã seculari de quo vide Pano. in c. cum non ab homine. nu. 1. & quod ibi no taui in apostil. ad ipsum in ver. clericus extra de iudi.

L E X XIII.

Inter alias. Primicerius sacrarum largi tionum qui forte erat prin ceps palatinorum, & tres primicerij scriniorum tribuni prætoriani militari dignitate fruuntur, & nulla potest eis iniungi necessitas publica vel priuata. hoc dicit secundum Ant. & Bar. Iacob. Rebuffi.

L E X XIIII.

Iubemus. Palatini principis eisdẽ pri uilegiis funguntur, quibus pa latini sacrarum largitionum ideo primicerii & primates scriniorũ principis finito officio inter militantes tribunos numerantur. & nulla sollici tudine negocij publici vel priuati possunt vrge- ri. hoc dicit Bar. Iac. Rebuffi comes.

De stratoribus.

Rubrica.

De seruientibus palatij imperialis idest de palatinis & comitibus domorum imperial. dictum est supra titu. proxi. sed q̃a sunt alij seruientes princi pũ etiam præsidũ prouinciarum de quibus nõ di- xi & etiam cæterorum omniũ iudicum in pro- uincijs exercituum quales sunt stratores ideo de his dicit. dicuntur autem stratores qui præsunt stabulis & equis custodiendis. circa ꝙ qualiter se debeant habere in suo officio, & quod inde cõ modum consequentur, hic dicitur. Odoff.

L E X PRIMA.

S V M M A R I V M.

1 *Stratores qui, & quantum habent pro expensis.*
2 *Donare sponte de suo quandoque quis non potest.*
3 *Capistrum venit cum equo velut accessorium.*
4 *Iudex tenetur inquirere.*

1 Per omnes. Stratores dicũtur qui præsũt
stabulis equorũ. nã stratoriũ
dr̃ stabulum: dr̃ hic ꝙ stratores debẽt habere qua
libet die vnum solidum pro expen. secundũ An.
de Bar. Sed secundum odoff. Dulium. & Bar. pro
stipendijs. Item cum princeps secundum Anto.
sed cum præses secundum Odo. dat alicui equũ
donatarius potest ei dare vnum solidum & non
plus, si plus dederit punietur. Item punietur offi-
cium præfecti, si sciens rem prædictã illicite ge-
stam fuisse illico eam seueritati iudiciariæ non
2 prodiderit. hoc dicit. No. quod punitur qui spõ-
te dat, & sic nõ potest quis sponte donare de suo
sic sup. de meta. l. deuotum cum simili. & erat rõ
hic quia præsumitur ꝙ corrũpit stratorẽ ille do-
narius vt induceret principem ad donandum
3 sibi equum. secundum Anto. de Bar. Item no. ꝙ
ratione maioris doni quis præsumitur citius cor
rumpi, quam pro uno dono. & ideo ll. prohibẽt
ne præsides recipiãt magna dona, Sed ea quæ in
esu & potu consistunt. nec attendat ad munerũ
qualitatem. ff. de offici. consul. l. solent in fi. & de
offic. præsi. l. plebiscito. & expone hic non prodi
disset idest non manifestasset secundum Odoff.
Item facit hæc l. pro garciferis & scutiferis petẽ
tib. capistrũ, quãdo dominus donat, vel vendit
equum, & dicunt hoc esse de consuetudine igno
rantes hanc l. Item not. ꝙ punitur donans quasi
symoniacus. ad hoc supra de episcop. & clerici.
si quemquam. Item not. quod punitur officialis
nisi

nisi male gesta referat iudici, vt in fi. huius l. secundum Dulium. Bar. tamen ponit casum sic. vnus solidus stratoribus idest præsidentibus stabulis principis stipendij nomine dandus est, & & offerēdo equos principi per prouinciales certa & æqualis forma seruanda est.& si aliquis prouincialis stratori dederit ob hoc ꝙ non licet ei accipere punietur.& si iudex hoc sciens eum punire neglexerit, Centum librarum auri pœna punietur. hoc dicit. & nota hunc textum,
4 dum dicit si sciens. Item quia est casus statuti disponentis ꝙ iudex teneatur inquirere & punire sub certa pœna omne homicidium factum suo tempore: nam sic demum puniet si sciuerit factum esse Bar. primum tamen intellectum in ver.& in offerendis sequitur gl.& alij notatores.

De castrensiarijs & ministerianis.

Rubrica.

Circa hunc ti. sciendum quòd qui dam sunt qui vocantur castresiarij qui præsunt castris ordinandis. Item eligebantur decani id est qui præsunt 10. vt infra tit. prox. Item mensores qui mensurant metas & locum competentem in castris.vt infr. titu. 2. Item sunt ministeriarij qui præbent ministerium prædictis personis.& de istis hic agitur: secundum Odof.

LEX PRIMA.

In officio. Castrensiarij & ministeriarij finito officio per lapsum biēnij alius subrogatur. ipsi vero ad idem officium nullatenus eligantur hoc dicit Bart. In tex.ibi in officio.loquitur comiti domorum vel magistro officiorum secundum Odof.vel forte isti castrēsiarij erant qui habebant curam castrorum id est centenariorum. & militabant sub præfecto prætorio vel magistro militum.secundum Odoff. No.ex hac l. ꝙ labor trahit ad se dignitatem.sic supra de agen.in re.l.1.& l.agentes. Item no.officium completum non iterari vt supra de palatinis.l.quidam.& infra ti.1.l.1. Item no. de bienali officio sic infra tit.1.l.1.& supra de domest. l.lege pragmatica. sed quandoque annale est,vt supra ti. 1.l.ad similitudinem. Odo.illud quod dicitur in l. ista, ꝙ illi qui fuerint in aliquo officio non reuertantur ad idem, intellige nisi hoc fiat de principis voluntate vt dixi plene infra de diuer. offi.l. 2.Item not.pro labore remunerando vt plene dixi supra de prin.agen.in re.l.1. An.Ia. Rebuffi legum comes.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 Priuilegijs alternatiue concessis, quod maius est concessum videtur in stipulationibus an semper expectetur, quod res de qua agitur sit in tuto.

Si quis patriæ. Si aliquis castrensiarius impetrauerit, vt inter statutos primæ vel secundæ vel tertiæ formæ sit,& numeretur, hoc consequitur ex indulgentia principali, vt in gradu tertiæ formæ inter statutos vltimus societ. hoc dicit. Et sic no.
1 hic duo. Primum quòd licet in alternatiuis promissionibus qđ minimū est spectari dēat, vt supra de condi.indeb. l.fin. alias pe. & ff. de verb. oblig. l. si ita stipulatus fuero 10.tamen in priuilegijs diuersis alternatiue cōcessis hoc vel illud maius concessum videtur vt hic.nam tertia forma maior est alijs. quod patet qa minor numerus in ea ponitur. supra ti. 2. l. setinijs. & potest esse ratio, quia in stipulationibus semper specta tur, quod res de qua agitur in tuto sit. ff. de ver. olig.l. quotiens in stipulationibus.nam qui promittit semper, quod minus est videtur promittere.ff.de verb.oblig. l. si stipulatus fuero. 10.nisi conferat in electione stipulantis, vt e.tit. l. si stipulatus fuerim illud aut illud. vel nisi ratione temporis vel loci intersit promissoris, quod minus est soluere vt ff.de eo quod certo loco.l. iō. quare vt stipulatio hēat vires tō eo quod minus est stipulator & promissor videantur cōsentire, quod minimum est spectatur, sed in priuilegijs alternatiuē concessis princeps videtur ēt cōcedere quod maius est vt hic,ideo quia libertas imperialis non est restringenda sed augenda & largissime sumenda vt supra de agen. in re. l. hac saluberrima.& ff.de consti.prin. l. fin. quod notabile est.Secundo no.quòd qui vltimo venit vltimus habetur vt hic. & supra de consul.l. 1.& de præfect.præto.l. 1. & 2. & de præpo. sa.cubi. l. 1.& infra de mensoribus.l. 1. secundum Odof fred. Iac. Rebuf.

LEX III.

Hi qui. Qui militant in scola sacræ vestis puta quia erant gineciarij qui faciebant vestes principis,& ipsi & eorum matres & vxores conueniuntur coram magistro officiorum criminaliter, & ciuiliter.hoc dicit. An. Vel sic militantes in hac militia & eorum matres & vxores non possunt conueniri in causa ciuili vel criminali, nisi sub comite castrensiariorum.hoc dicit Bar. Iac. Rebuf. legum doctor.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 Delicta debent inquiri & puniri.
2 Scolaris in sua causa potest dare fideiussorem alium scolarem.
3 Priuilegium filij prodest matri, & vxori.
4 Sportula quanta & quibus debeantur.

Anteomnia. Lex ista plixa dat multa priuilegia deputatis ministerio principis, qui officiales continentur in breui ꝙ non habemus. Et est primum priuilegium fori vt non conueniantur coram alio iudice quam corā pfecto prætorio sm An.de Bar. sed sm Odo.& Dulium,nisi coram magistro officiorum.& ibi Bar. & hoc vsq;ad ver. sed ne in hoc.Secundo dr quod datur eis aliud priuilegiū vt non conueniātur nisi in scriptis vsque ad ver. conuentos. Tertio dat ibi aliud priuilegium ad euitandum fideiusso.de iudicio sisti. quod per omnia vt supra de proxi. sacr. scri. l. in sacris in prin. 2

prin.& hoc vſque ad ver.nec vltra. Quarto dat ibi priuilegiũ circa ſportulas & alios ſumptus in diuerſis iudicijs & corã diuerſis iudicib.faciẽdis. & hoc ad ver.hæc aũt priuilegia. Quinto hic dr ꝙ omnia priuilegia hic dantur matribus vxoribus filijs & ſeruis.& hoc vſque ad ver. exceptis. Sexto & vltimo facit exceptionem ab eo quod dixi in primo dicto, vt in quibuſdam cauſis quæ continentur in lr̃a nõ habeãt prærogatiuam.&
1 h.d.An.No.ex l. iſta delicta inquiri & puniri. ff. de offi.præſi.l.tertia.& l.illicitas.& l.congruit.cũ concor.multis ſecundum Odo.Item no.in ver.
2 conuentos ibi ſiuæ ſcolæ &c. ꝙ ſcolaris poteſt dare fideiuſſorem in cauſa ſua alium ſcolarem. de quo dic vt ſupra de agen.in re.l.fi. Item not.
3 ex quinto dicto,quòd priuilegium filij prodeſt matri & vxori vt ſupra l.prox. Item no. ꝙ maiores expenſæ ac ſportulæ præſtantur coram iudicibus quam coram arbitris.ad idem ſup.de prin. agen.in re.l.fi.& de prox.ſac.ſcri.l.in ſacris.Item no.ex fi.huius.l.ꝙ reatus excludit priuilegiũ ſic ſup.vbi ſena.vel clari.l.1.& de epi.& cle.l.raptores.& ꝙ cãæ tributorũ & publicarũ functionum auferunt fori præſcriptionẽ. & in quibuſdã alijs: vt s̃.de px.ſa.ſcri.l.in ſacris.& ĩ.de priu.ſco.l.2.& s̃ de pala.l.viros.& in auth.vt iudi. ſine quoquo ſuffr.§.qd aũt.colla.2.ſm Dulium. Iac.Rebuf.

De decanis.

Rubrica.

Dictum eſt, ſupra tit.proxi.de caſtrenſiarijs.ideſt de illis qui pręſunt in caſtris principis ordinandis, ſed quia ex iſtis eligebantur decani.ideſt vnus qui decẽ præeſſet:& ſic de ſingulis qui prouident ſuper huiuſcemodi ordinatiõe,ideo de his ponit ſm Odo.

LEX PRIMA.

Quatuor. Quatuor ex decanis qui primum locum in ordine tenuerunt per biennium ad primiceriatus officium aſſumuntur.& alij in locum eorum debent ſubrogari tranſacto biennio.h.d.Bar.Not.ꝙ finito officio quis non debet curare, vt in eo remaneat, ſed vt alius ſubſtituatur vt hic.& s̃.ti.1.l. 1. Item qui petit ſe iterum eligi eo ipſo ſe reddit indignũ & ſuſpectum vt ar.ſup.de epi.& cle.l. ſi quẽquã. & de proc.l.quæ omnia.ad aliã tamen dignitatem poteſt aſpirare.ſup.de prin.agen.in re.l.eos. & l.princeps. & l.ex agentib. & infra ti. 1. l. 1. qd verũ eſt ſi primo officio bene ſe habuerit, alias punietur,& o ĩ officio dẽt priuari.vt ſup.de pala.l.1 & 2.& l.quidam.Item no. ambitionem ceſſare, vt ſup.de pala.l.ſcrinijs.Item no. de officio biennali ſic ſup.ti.1.l.1.& infra ti.1.l.1.ſecũdũ Odoſ. & Dulium. Iac.Rebuſſi doctor.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 Reſpublica ſub prætextu iudiciorum nõ debet perturbari.
2 Exemplis an & quibus ſit iudicandum.
3 Cum quis eximitur a iuriſdictione ordinarij & ſub altera conſtituitur, debet ratio reddi exemptionis.

Noſtræ. Datur in hac l.decanis duplex priuilegium. Primo vt conueniantur coram magiſtro officiorum. Secundo circa fideiuſſoriam cautionem de iudicio ſiſti: vt non teneantur dare alium fideiuſſorem niſi priorem ipſorum.h.d.ſecundum An. & ita expone. In tex.ibi priorum,ideſt qui primum gradum obtinent in ſocietate decanorum. ſecun-
1 dum Duliũ.No.ꝙ reſpublica prætextu iudiciorum perturbari non debet vt hic. & ſupra de pala.l.fina.& de decurio. l. fina. ſic nec diuinum officium, vt ſupra de epiſcopis,& clericis. l. omnes qui.ff.de arbi.l.non diſtinguẽmus. & de in ius voc.l.2.Item no. ꝙ quando imperator aliquid facit ita ſtatuitur,vt alius non grauetur vt hic.& ſupra de ſta.& ima.l. vt virtutum.de metropoli.l.1.li.11.de theſauris.l.1.li.10. de paſcuis publicis. l.fin.lib.11. quandoque tamen contra-
2 rium ſtatuitur cum cauſa ſupra de conſul. Item no.hic ad exemplum aliorum aliquid, & ſic exẽ
a plis iudicatur. quod intellige de bonis[a] & de ſimilibus ad ſimilia.ſup.de pala.l fi.Sed malis exẽplis non eſt aliquid ſtatuendum.ſup.de ſenten.l. nemo,de legibus.l. quod non ratione. ſecundũ Odoffredum. & idem Dulius. Iacob. Rebuffi.
3 In textu ibi ſed viri illuſtris tantum magiſtri officiorum obſeruare examen,&c.No.ex hoc text. ꝙ vbi quis a iuriſdictione ordinarij eximitur, & ſub noua iuriſdictione conſtituitur, debet reddi ratio exemptionis nouæ vt hic cum ver.ſequenti. ibi hoc nanque modo &c. pro quo faciunt omnes ll.allega.in glo. Et hæc faciunt ad quæſtionem: quidam impetrauit a rege, quòd eſſet exemptus a iuriſdictione cuiuſdam ſeneſcalli,& non continetur in reſcripto ſub quo ſeneſcallo nunc exiſtat: quæritur an valeat reſcriptum? & videtur quòd non per l. iſtam.vbi habetur ꝙ iſti qui eximebantur conſtituebantur ſub noua iuriſdictione;in quæſtione prædicta ſeu in tali reſcripto non conſtituitur,ergo,&c. & ꝑ hoc.l.1. infra de com.ſacri pala.alias eſt l.2 ſub rubr. de offic. proconſul.& le.pro quo in ſimili, vt non valeat talis exemptio, quando non apparet cauſa exemptionis. ff.de hæredi.inſti.l. ſi quis Sempronium.in fi.iuncta l. ſupra de libe.præte.auth. non licet.nec obſt.l.diſputari.ſupra de cri. ſacri, quia ibi loquitur quãdo diſputatur, an princeps hoc potuerit concedere de poteſtate ſua, ſecus autem vbi diſputatur de forma & viribus reſcripti, ſicut hic erat ad quod ſupra ſi contra ius vel vti.pub.l. & ſi non cognitio. Iacob. Rebuffi.

ADDITIO.

a Secundum bona exempla iudicandum eſt & non ſecundũ mala & ita concor.l.nemo.ſup.de ſent.& l.de di.§ liber.ff.de condi.ob cauſam quæ alle.ꝑ non ſit iudicandum exẽplis.

De menſoribus.

Rubrica.

Iſti menſores erant caſtrenſiarij, de quibus notatur ſupra titulo ſecundo, ſuper rubrica.& hic in gloſſ.rubricæ. Odoffr.

LEX

LEX PRIMA.

Primicerius. Hic dicit quod primicerius mensorum expleto suo officio quod fit lapso biennio sociatur agentibus in rebus vltimus alias vltimis, & h d. secundũ Odo. Et no. in l. ista. de biennali officio, vt supra tit. 1. l. 1. Item not. quod qui vltimo veniunt vltimo capiunt sic ff. de iudi. l. qui prior supra de castren. l. 2. Odo. Iaco. Rebuffi.

De priuilegijs eorum qui in sacro palatio militant.

Rubrica.

Dictum est supra de singularibus officijs quae in palatio sunt, nunc de priuilegijs militantium in sacro palatio, & sic postquam de personis dixit de eorum priuilegijs subijcit Odo.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium est dandum ei, qui inculpate gerit officium.*
2 *Priuilegium patris ad filium, aui ad nepotem, & domini ad famulum trahitur.*
3 *Legis cõtemptor punitur, nec dignitate aliqua excusatur.*
4 *Emphyteusis quando est alicui data pro se filijs, & nepotibus quis ordo attendatur.*

Palatinis. In l. ista dicitur quòd a palatinis qui inculpate gerunt officium suum, & ab his qui in scriniis memoriæ epistolarum, & libellorum de quibus dicitur supra de proxi. sacri scri. per totum omnes calumniæ, & omnes nominationes munerum sunt semotæ: quod beneficium ad filios, & nepotes eorum pertinet: sunt ergo ipsi, & eorum filij, & nepotes, & mãcipia liberati ab omnibus sordidis muneribus, & extraordi. & personalibus, & qui contrafacere tentauerint non obstante dignitate
1 aliqua eius pœnas debitas patientur. hoc dicit. Not. ex l. ista quòd illi datur priuilegium qui inculpatè gerit officium suum. sic supra de pala. l. palatinos. secus si culpatè gerat: quia tunc priuilegio. & officio suo se reddit indignum in quibus deliquerat, vt supra de dig. l. iudices, & de pala. l. 2, in tex. ibi calumnias expone idest extraordinarias præstationes. Et quod dicit nominatiões. i. psonalia munera, & qđ dicit iniurias refe ras ad sordida munera, vt ī. de pala. l. 1. & l. palatinos, & ſ. l. proxi. & ī. de magistris scri. l. 1. & de silen. l. 2. & 3. & sic qđ in prin. huius l. dr generaliter, & obscure, declaratur hic in verãq; nã priora per posteriora generaliter & regulariter intel
2 ligunt, vt ff. de leg. l. non est nouũ. Secundo no. ex hac l. priuilegium patris trahi ad filium, priuilegium aui ad nepotem, priuilegium dñi ad famulum sic ī. de castren. l. fi. de priu. agen. in re. l. fi. de proxi. sa. scri. l. in sacris 3. & l. si quis in sacris
3 de silentia. l. iubemus de mag. scri. l. 1. Tertio no. cõtemptorem l. puniri nec dignitate aliqua excusari, vt supra de curiosis l. 2. de agen. in re. l. 1. de domesti. l. 1. & de proxi. sa. scri. l. vlt. secundum Odoff. Item no. hic de ordine sanguinis. In glo. ibi contra. §. a te. sed ibi est ratio volũtas testato
4 ris, vt ibi not. Et alleg. hæc l. qđ dedit qs rem in emphyteusim, tibi & filiis tuis, & nepotib. quæri per quem modum admittuntur te mortuo filij, & nepotes, & dic quòd secundum ordinem sanguinis, vt hic scilicet prius filij deinde nepotes in feu. de succe. c. 1. filia pro quo glo. in l. gallus. §. 1. ff. de libe. & posthu. Iaco. Rebuffi.

LEX II.

De cubiculis. Cubicularii principis quibus vacatio est concessa, & memoriales scriniorum libellorum, & epistolarum, & etiã palatini, & agentes in rebus & eorum filij, & nepotes ad honores, & ad munera non vocantur inuiti, & a personalibus, & corporalibus muneribus sunt immunes. hoc dicit Bar. In tex. ibi palatinis, qui officium expleuerunt, & sic habent requiem, vt supra de pala. l. palatinos, & l. fin. & supra l. proxi. Odo. Missionum de quibus supra de pala. l. præsto. & l. scrinijs. nepotes per ordinem tamen sanguinis, vt supra l. proxi. In glo. ibi supra de testa. mili. l. penul. sed ibi datur priuilegium militibus non ratione dignitatis cum militia non sit dignitas, vt no. infra de equestri dig. in rub. Et est casus. ī. qui mil. po. l. fi. circa medium, sed propter laborem eis ꝯceditur, vt ff. de bo. po. ex te. mili. l. 1. & ideo finito labore cessat priuilegium arg. C. de epi. & cle. l. placet. hic autem datur priuilegium propter dignitatem quæ durat etiam finita administratione supra de consuli. l. 1 de arbi. l. 3. §. fin. & ideo durat priuilegium, vt hic. Item scias quòd Odo. exponit hunc tex. censualibus scilicet prædictis vel extraordinarijs. nam supra in text. nominauerat aliqua patrimonialia, vt munus protestasiæ, vt hic in glo. ergo secus in alijs, vt l. maritus supra de procura. & sic non obstabit l. iubemus. ibi solumque canonice, &c. supra de proxi. sac. scrin. & l. nec protestasiæ supra de mu. patri. & concordabis. l. qui immunitatem eod. titu. & hoc modo intelligit Odo. hanc l. & supra l. proxi. Iaco. Rebuffi.

LEX III.

Ex aula. Discedentes ab aliquo officio aulæ principis licet sint idonei, & experti tamen ab omnibus oneribus eisdem iniunctis sunt immunes. hoc dicit Barto. Not. quòd isti ab omni onere personali excusantur. vt hic, & supra l. proxi. & de proxi. sacr. scrin. l. 3. Odoffre.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Prior tempore cæteris præcedit in sedendo, eundo, & loquendo.*
2 *Dignior est, qui magis, & in pluribus dignitatibus laborauit.*
3 *Legis contemptor tanquam sacrilegus potest puniri, si alia pœna non sit statuta,*

Omnes. Qui missionem meruit ab officio qđ in palatio principis exercebat, anteferri debet omnibus alijs, qui post ad regendas dignitates, vel prouincias sunt suspecti, & contrafaciens pœna hic inserta puni-
1 tur. hoc dicit Barto. No. quod qui prior est tempore potior est alijs qui succedunt in sedendo, & in loquendo & in eundo, & in consensu, vt supra de consuli. l. 1. & l. pen. & de præfec. præto. l. 1. & 2. & de præp. sac. cubi. l. 1. & de comi. & archi. l. archiatros de proxi. sa. scri. l. operimus & ca
2 stren. l. 1. & de mens. l. 1. Odo. In tex. ibi diuersis actibus no. hunc tex. per quem innuitur ꝙ hic vacans habuit plures dignitates, & officia diuersa in palatio, & ideo quia magis laborauit dignior est posteriore administratione, qui vnam tantum habent dignitatem, vt hic, & sic non obstabit supra de primi. l. vlt. in fi. & vt digni. or. serue. l. 3. §. sed administratores. nisi intelligeremus hanc l. quod vacans præferatur honorario hoc est illi qui suscepit aliquam prouinciam vel dignitate palatinam regendam subaudi. sed non admini-
3 strationem adhuc secundum Odo. Secundo no. temeratorem legis posse quasi sacrilegum puniri, nisi alia certa pœna fuerit statuta contra illum nam sacrilegus est, vt hic, & supra vt dig. or. ser. l. 1. & supra de domest. l. 1. Odoffre. Iaco. Rebuffi.

De priuilegijs scolarum.

Rubrica.

Dictum est supra de militantibus, & de his qui habent officium in palatio. Item de priuilegiis ipsorum palatinorū sequitur videre de priuilegiis militum. Sed quia ipsi milites scolam idest societatem habent in qua hēbant comitem idest superiorem, qui magister militum vocatur, ideo ponit rubricam de priuilegiis scolarum: & ita scola vocatur hic militum societas secundum Odo. Iaco. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Officium prohibitum per statutum, vel alias, non potest in alterum transubstantiari nomen.*
2 *Seruus domino imperare vel æquiparari non debet.*
3 *Cum quid prohibetur, & omnia per quæ peruenitur ad illud.*
4 *Nomina propria an possint mutari.*

Viris. Magister militum milites senatores, suos scolares verberare vel degradare nemo potest: sed illud spectat ad officiorum magistrum. Item magister militum suos domesticos senatores ducenarios, vel centenarios facere non potest pœna contrafacienti imminente. Item prohibetur esse domesticus perpetuo vel ad tēpus alio nomine assumpto. colore quæ
1 sito non est durante prohibitione assumendus. h. d. No. ex ista l. ꝙ si per formam statuti prohibitum est officium cōseruationis, quod nō potest ad aliquod aliud assumi alio nomine, & hoc sentit glo. hic dum sumit argu. de domino qui fuit potestas Bononiæ. nam cum esset prohibitus esse potestas fuit factus defensor, & habebat officium potestatis. Bart. In tex. ducenarios de quibus dicitur supra de agen. in re. l. matriculam & de pala. l. scriniis. degradandi idest de societate militum in qua militant priuent eos: sed hoc ad officium magistri officiorū pertinet. Odo. cente-
2 narios. No. ꝙ seruiens non debet domino imperare vel æquiparari nec in sui locum poni: quia conuersatio æqualis inducit dignitatis contemptum, vt ff. de offi. præsi. l. obseruandum. Barto. Barbarorum de quibus dicit supra de pala. l. scri-
3 niis circa fi. Et not. in fi. huius l. ꝙ cum quid prohibetur, & id per quod peruenitur ad illud, vt supra de proxi sa. scri. l. certe de prin. agen. in re. l. 1. secundum Odo. nec debet lex alia via circumueniri, vt ff. de tu. & cura. da. ab his l. scire. de trāsact. l. sicū in. §. sicut cū his. cū si. Item no. ꝙ licet nōia pro-
a pria possint mutari vt ff. ad Trebel. l. aut facta.
4 §. si vero non in fraudem, vt hic, & supra de nominis muta. l. 1. & in auth. vt nulli iudi. §. 1. secundum And. de Barulo. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Nomina propria possunt mutari sed non in fraudem. Nota Bal. in l. 1. in 2. q. supra de haere. instit. & in rub. supra de fide instru. col. 6. & Alex. in 1. cōsti. florū § nos Philip. F. in proce. 6 an. § & ibi notatu idapostili. ad plenum in vers mutatio nomi nis, & Fels plenius in proce. decreta. Gregorius col. 9. versi tertia conclusio mutatio nominis propij.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Concessio intelligitur facta, dummodo respublica non lædatur.*
2 *Imperator non concedit licitum cuius prætextu potest cōmitti illicitum.*
3 *Delictum vbi cōmissum est, ibi delinquens est cōueniēdus.*

Hac lege. Militās in aliqua militia qui stipendiis decursis primicerius factus est omnibus priuilegiis sibi competētibus perfruatur, & etiam in ciuilibus coram officiorum magistro cogitur respondere, in criminalibus vero causis hoc priuilegium non sortitur, ne crescat flagitiorum auctoritas, & publica vacillet vtilitas. h. d. Et sic not. ꝙ denegat iurisdictionem in ciuili, & concedit in criminali hoc officio finito: eo vero durante in vtroque casu est iurisdictio denegata, vt supra de agen. in re. l. ex eo Barto. In text. ibi comitum de quibus dicitur supra de comi. & tri. sco. l. 1. competentibus cum noua dignitas prioris priuilegia non tollat, vt supra de proxi. sac. scrin. l. iubemus
1 & supra de primicerio l. 1. Not. ex. l. ista ꝙ cum aliquid conceditur videtur concedi, vt vtilitas publica non lædatur, vt supra de offi. magistri offi. l. fi. & de suscep. l. humilioribus lib. 10. nā rescripta, & priuilegia aduersus vtilitatem publicam concessa valere non debent, vt hic, & supra de
2 præci. impera. offe. l. nec damnosa. Itē no. ꝙ impera. non cōcedit tale licitum sub cuius prætextu possit committi illicitum, ut hic, & supra de
3 epis. & cle. l. cum qui probabilē sm Odo. In glo. fi. in

fi.in fi.ibi hic in prouincia, optima est solutio si bene intelligat:& descendit ex illo fonte, ꝙ quilibet debet conueniri in illo loco in quo delinquit, vt in auth.qua in ꝑuincia:ergo cũ delinquit in vrbe si habeat priuilegiũ iudicis non iñ loci: ga in loco delicti punit, & corã iudice speciali, Sed si delinquit in prouincia cũ in prouincia sit tñ vnus iudex.s.præses cum oĩa desideria q̃ Romæ diuersos iudices habẽt in prouincia tñ pertinent ad ꝑsidem:ergo cũ debeat in loco vbi delinquit puniri merito non habet fori prærogatiuam,ga ibi non est alius iudex nisi præses,respõdebit ergo coram ꝑside arg.ergo collige contra fatuũ scolarẽ,vt si delinquat in Neapoli habeat priuilegiũ fori iudicis dico non loci. secus si extra Neapolim: quia tunc sub illo præside respõdebit in cuius delinquit prouincia.quod est notã dum etiam si scolares habent pro malo secundum And.de Baru.Iaco.Rebuffi.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Vidua stans in viduitate gaudet priuilegio mariti.*
2 *Iudex appellatus potest accipere tricesimas.*
3 *Priuilegium durat etiam tempore vacationis.*
4 *Priuilegiũ concessum alicui pro se,& descendentibus masculis, & fœminis extenditur ad fœminas si sint viduæ, secus si nuptæ.*
5 *Sententia sine scriptis an possit de partium consensu ferri.*

Quotiens, In hac l.prolixa eadem fere dicuntur quæ habent supra
de castrensianis l.fi.& de proxi. sa.scri.l.in sacris
dat enim priuilegia circa præbẽdam cautionem
iudicio sisti,& sportulas soluendas tam istis mili
tibus quam matribus, & vxoribus,& filijs & fa-
miliaribus.Sunt tamen aliqua notanda hic quæ
non sunt in d.l. in sacris.bene præter illa sunt hic
1 colligenda aliqua notabilia. Primo not. hic in
prin.quòd durat priuilegium vxoris marito mor
2 tuo eadem in viduitate manente[a] concordat su
pra de dig.l.mulieres.And.& ff.ad municip. l. fi-
2 lij. §. vidua. Bar. Secundo not.in versic. quòd si
causa iudicio, &c. quòd iudex appellationis po-
test accipere tricesimas arg.ad idem supra de ca-
stren.l.fi.Tertio not.quòd in causa appellationis
contestatur lis,vt supra ne liceat in vna eadem q.
3 causa tertio prouocare l.1. Quarto not.in versi.
hoc etiam adijciendo, quòd durant priuilegia
etiam tempore vacationis,& quietis,& sic facit
pro scolaribus emitti ad domum, vt dixi supra
4 de incolis l.2.secundum And.de Baru.Item no.
singulariter hunc tex. quòd vbi priuilegium con
ceditur mihi, & omnibus meis descendentibus
masculis, & fœminis, ꝙ descendentes per lineã
fœmininam ita demum sortiantur priuilegiũ si
sint viduæ non autem si ad maritum cõuolauerunt,& potest esse ratio:quia postquam virũ assu
munt in alium se transferunt in torũ, & statum
5 suum mutant,vt no.in d.l.mulieres. Vltimo no.
ex verbo consentientibus cum glo.ꝙ per cõsensum partium fieri potest vt sñia non ferat in scri
ptis. Et sic habes ꝙ solemnitas illa quæ traditur
vt sententia feratur in scriptis, vt l.2. supra de sen.
ex peri.reci.potest remitti de partium voluntate
& idem de sacramẽto testis: quia remitti potest
vt l.1.de ferijs.Et not.ibi, & l. 2. §. sed quia veremur C.de iuramento calum.idem est in libello: quia libellus potest omitti licet non expresse remitti, vt not.glo. vt offeratur supra de litis contest. & ibi plene versicu. 11. per Cyn. de quo in Specu.titu.de libel.concep. §. vtrum, & §. nunc dicendum quarta parte.licet quidam contra, & idem de iuramento calumniæ: quia omitti potest licet non expresse remitti, vt dicto. §. sed quia.litis autem contestatio nec tacite nec expresse potest remitti, vt not. Ioan. Andr. extra de offic.delega.cap.de causis.Barto.Iac.Rebuffi. Doctor.

ADDITIO.

a In viduitate manente l.fœminæ,& ibi Bar.ff de sena & l.fi. col.1.in fi.vers.sed quid si est effecta vidua supra de verb sig. & in l.1.col.2.vers.item nota quod mulier supra de mulie & in quo loco lib.10.& Bal.in l. voluntas col.2.ver.dicit lõgobarda lex supra de fideicom quod est verũ in fauorabilibus non in odiosis,vt per Doct.vbi supra.

De castrensi omnium palatinorum peculio.

Rubrica.

Supra de palatinis dictum est.s.de priuilegijs eorundem:sed quia non ad plenum dictum est de omnibus priuilegijs eorundẽ quia sunt quidam palatini filijfa. qui in seruitio imperatoris aliquid acquirũt, ꝙ priuilegium in illis quæsitis habeant de hoc non dixerat:& ideo de hoc dicit in titu. isto, & quia illud quæsitum prædicto mõ est castrense peculium: & ideo ponit rubricam de castren.&c. Odoffre. Iacob. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Miseri dicuntur,qui castra sequuntur.*
2 *Clerici Romæ degentes debent percipere fructus præbendarum,vt si essent præsentes in suis ecclesiis.*
3 *Seruientibus conceduntur priuilegia,non alijs.*

Omnes. Palatini qui in sacro palatio militant hñt in peculio castren.ea q̃
acquirũt a nobis vel a parte viuẽdo. Secũdo res-
pondet duabus tacitis quæstionibus, diceret ali-
quis qũo est castrense qđ non acquiritur in ca-
stris.Respondet imperator,imo satis dr̃ acquisi-
tum in castris,qđ acquirit nobis conscijs, & sub
nostris conspectibus. diceret aliquis adhuc non
vr̃ castrẽse quod acquiritur a nõ militibus;illi.n.
sunt qui mille labores sustineant, & isti nõ sunt
alieni a puluere, & labore qui sequuntur castra
nostra.sunt ergo eorum acquisita castrensia, &
præcipua habent, & sic not.quòd illi habent pri-
uilegia qui non sunt alieni a puluere, & labore.
Et sic not. de remunerando labore, vt supra
1 de prin. agen. in re. l. 1. Secundo not. quòd qui
sequuntur castra principis non sunt sine la-
bore, & sudore iuxta illud, dicuntur mise-
2 ri, qui castra sequuntur. Anto. Et sic est

hæc l. in arg. ꝙ clerici qui sunt in curia Romana debent percipere fructus præbendarum quasi præsentes in suis ecclesiis, cum ipsi sint in seruitio domini Papæ pro hoc supra de proxi. sa. scri.
3 l. hac lege. Item not. ꝙ qui seruit habet priuilegium, non alius, vt supra de domes. l. 3. secūdum Odo. Item facit ꝙ legatus per Papam debeat recipere fructus præbendarum cum præsens reputetur per hanc l. vt supra de proxi. sa. scri. l. hac l. in fi. Bertran. Iaco. Rebuffi.

De equestri dignitate.

Rubrica.

Visum est supra de palatinis qui sunt in seruitio principis, qui reputātur quasi præsentes in castris, vt sic peculium castrense dicantur acquirere, nunc de palatinis militibus, qui custodiunt vrbem Romanam, quia & ipsi quasi absētes cā reipub. dicunt̄, vt ff. ex q. cau. ma. l. milites. versi. qa hmōi milites hn̄t quosdam inter se qui equestrem dignitatem habent, ideo de his dicere volens ponit rubricam de equestri, &c. secundum Odof. Iaco. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Militia simplex non est dignitas.*
2 *Consulatus quam dignitatem habeat.*

Equites. Milites, & equites qui Romā custodiūt hn̄t secundū gradum post clarissimos i. spectabiles sunt. h. d. & caue qa licet tex. dicat equites tn̄ rubrica dicit equestres quia alij milites simplices non habent dignitatē talem, vt infra tit. 2. l. vlt secundum Odo. In glo. fi. in fi. ibi in prin. & infra de meta. l. omnes. §. fin. Dul. & infra de cursu publico l. 3. & de cohorta. l. cohortalis in prin. & l. se. & sequenti, & pro hac
a glos. ꝙ simplex militia non sit dignitas [a] facit qa
1 omnis dignitas aut est clarissima aut spectabilis aut illustris non sunt clarissimi, quia illa dignitas spectat ad præsidem supra de priua. car. l. 1. Itē spectabiles sunt comites, & præfecti, & similes, vt in auth. de appel. & intra q̄ tēp. §. illud de comi. qui prouin. re. l. 1. Item illustres dicunt̄, & sunt Senatores, & patricij, & præfecti prætorio, vt in auth. vt ab illust. & qui super eos sunt circa princ. & supra de cōsuli. l. 1. ergo vī ꝙ non sint in dignitate arg. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patersam. sed dic ꝙ milites licet non habeant aliquā dignitatē nominatā, quæ cadat sub aliqua specie dignitatis habent tn̄ dignitatem generalē prout cadit in specie honoris: qa præferuntur paganis ar. supra de quæstio. l. milites, & l. diuo Marcho, nec mirū si tales milites habeant dignitatem, & honorem, quia eam habent portionarij supra de suarijs l. 1. & 2. Item debent, & merentur habere, quia procurant honorem, & vtilitatem reipu. supra de agen. in rebus l. principes, & infra de re militari l. milites qui a repu. de militia autem
b doctorali an sit dignitas, [b] & qualis plene scripsi supra de profes. qui in vr. constan. l. 1. & de proxi. sa. scri. l. in scrinijs, & l. iubemus. In gl. fi. ibi idest
2 consulatus, vnde dic ꝙ aliqui consulatus habent dignitatem illustralē aliqui clarissimam, vt scripsi super l. 1. hic alleg. Iaco. Rebuffi.

ADDITIONES.

a Non sit dignitas. Adde Ro. sing. suo 505. inci. an sit militia dignitas, & istum in l. 1. nu. 1. & quod ibi notaui in apostil. ad eum in ver. potest esse miles supra de mu. & ho. lib. 10.
b An sit dignitas. Adde istum l. curiales nu. 1. & quod ibi notaui in apostil. ad ipsum in versi. de epi. & cle. supra de decu. li. 10. Panor. c. clericus nu. 3. & ibi notaui in apostil. ad ipsum in versi. sit dignitas extra de iudi. & in c. quanto nu. 15. & ibi notaui in apost. in versi. dignitas sit extra de proba. & Felin. cap. quanto in princi. de magist.

De perfectissimatus dignitate.

Rubrica.

Super glo. rubricæ: de quo habetur supra de pala. l. scrinijs. §. 1. Ia. Rebuffi Doctor legum.

LEX PRIMA.

Codicillis. Hic dicit ꝙ codicillis idest dignitate perfectissimatus potest vti, qui eam impetrauit, dum tamen non sit seruilis conditionis, vel fisco, vel curiæ obnoxius vel non sit pistor: quod est vile officium, nec in aliquo vili officio sit constitutus, vt tabernatius caupò, vel similis. Item quòd huiusmodi dignitatem non emerit quia ambitiositas maxime in dignitatibus reprobatur, vt supra de primicerio l. fi. & de proxi. sa. scri. l. comperimus. Item nec sit alicui administrationi astrictus. hoc dicit Odo. In tex. ibi in aliquo officio. Ego puto etiam honesto sic debere intelligi istam l. quia duobus officijs quis non debet vti, vt infra titu. 1. l. his quidem. §. 1. & supra de agen. in re. l. agentes. §. 1. & de proxi. sac. scri. l. hac parte. Odofr. In text. ibi pistores, an sit idem in alijs ministerijs, vnde cum non excipiantur hic nisi pistores, & videtur quòd non, cum istud edictum sit prohibitoriū ideo omnibus videtur esse permissum, nisi sint prohibiti. ff. de testi. l. 1. Item quod de vno dicitur, & de alio ff. de iudi. l. cum prætor. Sed dic contra ꝑ quo l. ista cum dicit, vel non in aliquo officio, & eidest in alio mercimonio vili, vel huic simili, & quod dicitur de pistore hic gratia exempli ponitur arg. supra de adulte. l. ita nobis pudet, & ff. de vi & vi ar. l. prima. §. quod vulgo. Item quia eadem est ratio, ergo, & idem ius infra nego. ne mili. l. 1. Iaco. Rebuffi.

Qui militare possunt vel non, & de seruis ad militiam, vel dignitatem aspirantibus, & vt nemo duplici militia, vel dignitate simul vtatur.

Rubrica.

Dictum est supra de dignitatibus, & diuersis officijs sacri palatij, & quia ex militibus assumuntur prædicti, quoniam, & ipsi militant, & militare dicuntur ac

debent

debent, vt supra de priuil. sco. l. 1. & l. 2. cum similibus restat vt videamus q põt ad militiã puenire & qui non: ideo ponit rubricam qui militare possunt vel non põt aliqua de eã. verũ quia sm aliquos qñq; se transferunt ad militiam, vel dignitatem aliquam, vt eulient onera seruilia, vel vt liberi videant secundũ qđ fecit Barbarius Philippus. ff. de offi. præto. l. 3. qđ prohibetur fieri imo reuocari iubentur ad pristinam cõditionem, vt supra si seruus aut liber ad decurio. aspira. l. 2. & supra de manci. & colo. l. fi. nã hic, & similes militare prohibentur, vt supra de fugi. colo. l. 1. & l. vlt. ĩ de metal. l. fi. de murilegulis, & de agen. in rebus l. agentes §. 1. & de dig. l. ne quis, & supra ti. proxi. l. 1. ideo dr̃ in rubrica, & de seruis &c. & de ista secda parte agitur infra eo. l. pen. & l. fi. & quia qñq; quis vtiĩ duplici dignitate, vel officio, quod non ferendum est, vt supra de asse. l. nemo, & de proxi. sac. scri. l. hac parte, & de agen. in re. l. agentes. §. 3. ideo subijcitur in rubrica, & vt nemo, &c. de quo agitur infra eod. l. eis Odoff. Iaco. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Doctor esse volens approbari primo debet ab his qui ius approbandi habent.*
2 *Dignitate priuatur, qui eam obtinet tramite non recto.*
3 *Miles a quo priuatur militia.*

Si militiæ. Volentes militare se debent offerre ei, qui ius habet probandi scilicet coram militum magistro. Item nullus causa litis vitandæ militare potest. hoc dicit Bar. & hoc est arg. contra facientes se scolares vel famulos scolarium causa litium etiam &c. Item ꝯ illos qui faciunt se burgẽses Regios, &c.
1 Item not. ex hac l. arg. φ qui vult esse doctor debet probari primo ab his qui probandi ius habent, vt extra de magistris c. 1. Item debet a principe impetrari per l. istã. pro quo supra de pro-
2 fes. & me. l. medicos. Bar. Item not. φ qui assumit dignitatẽ aliter quam debeat illa priuatᷓ dignitate, & ad primæ condinionis statum reducit ad qđ supra de primicerio. l. 1. de agen. in re. l. 1. vt dig. or. ser. l. 1. de pala. l. quidam de decurio. l. qui derelicta secundũ Dul. in tex. ibi litis cã, &c. vt quia habens litẽ cum aliquo se transtulit ad militiam, vt potentiorẽ redderet se aduersarijs, qđ permitti non debet ne humiliores a potentioribus opprimantur. vt supra de condnc. & procura. re. fisca. l. 1. & ne liceat po. l. 1. vel qa habebat causam criminalem, cuius metu ne cõdemnaretur fugit & se transtulit ad militiã, quia ex hac causa princeps qñq; remittit pœnam delictorum, vt ff. de re mili. l. non omnes §. fi. & pe. Et propterea ad postulationem aduersarij absoluitur a militia, & reducitur ad pristinum statum, vt sic aduersarius eius potẽtia non opprimatur. cum æqualitas debeat seruari actori, & reo, vt supra de proxi. sa. scri. l. in sacris 3 & supra ne liceat poten. per totũ
3 secundum Odo. postulantibus aduersarijs. Sed an iudex aduersario non postulante si videat militis apertam fraudem an possit eum amouere a militia, & ad pristinum statum reducere? & videtur φ sic arg. ff. de postu l. quos prohibet. puto contra cum hoc non spectet ad iudicem, vt illũ amoueat: sed ad principem supra de agen. in re. l. a. licet sit contra supra de priuil. scola. l. 2. in fi. Tamen quia hic dicit postulantibus non licet a contrario sensu: quod fortissimum est arg. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. 1. §. huius rei. quia quod in vno casu permittitur in alio prohibetur supra de procu. l. maritus. ff. ad municip. l. 1. secũdum Odoffre. Et quia in fauorem partis hoc est inductum: & ideo cum ipsi sint scientes, dolus non videtur eis inferri argu. supra de transact. l. cum donationis, & ff. de postulan. l. quamuis. Bertran. Iaco. Rebuffi.

LEX II.

Non tantum. In fraudẽ ciuiliũ munerum nullus armatæ militiæ nomen potest assumere. hoc dicit Bart. Not. φ in fraudem non debet quis lucrũ sentire, vt hic, & supra de hære. & manichæ. l. curiales. ff. de dolo l. 1. & ff. de interdi. & rele. l. rele. in fi. imo debet in expensis ꝯdemnari arg. extra de rescrip. c. cæterum in fi. & c. fi. in fi. secũdum Dul. In tex. ibi ciuilium munerum. s. personalium a quibus milites excusantur, vt supra de decurio. l. militaribus secundum Odo. Iaco. Rebuffi.

LEX III.

Cura. Coloni vel saltuenses ad militiam armatam volentes vel inuiti non sunt assumendi. hoc dicit Bat.

LEX IIII.

Omnes. Curialis, vel cohortalis conditionis existentes ad armatam militiã non possunt assumi. h. d. Bar. In tex. ibi cohortalis. cohortalis dr̃ ille qui hẽt officiũ cohortatũ adeo φ illud dimittere non potest vel aliud assumere, & est quoddam officium sic vocatum, & de istis cohortalibus agitur infra de cohor. per totum secundum Odo. & de materia huius l. habetur infra tit. t. l. si cohortalis. Iaco. Rebuffi.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia plura an quis habere possit.*
2 *Duas præbendas quis tenere non potest.*
3 *Officium habenti, si aliud deferatur, in potestate sua est quod velit retinere quod declaratur nu. 4.*
5 *Factum punitur, & si non teneat.*
6 *Affectus, an & quando non sequuto effectu puniatur.*
7 *Pretium rei habens an rem habere videatur.*

Hos. Casus. Quis duas militias diuersi generis, aut dignitatem, & militiam eo-
1 dem tempore quis habere non potest, secus si ad idem tendunt. contrafaciens, & contra impetrãs & iudex impetranti non resistens pœnis hic insertis punitur hoc dicit. Bartolus. Et sic not:

ex hac l. regulam gñalem vtrum quis possit hīc plura officia, de quo dixi in l. competitimus s. de
2 proxi. sa. scri. Et propterea glo. sumit hic arg. ꝙ
a quis non possit tenere duas præbendas [a] In tex.
3 ibi detur electo not. ꝙ si habenti vnum officium defertur aliud, qđ in potestate sua est qđ velit retinere B. hæc lex habet quatuor partes in prima dicitur ꝙ olim aliquis ex speciali ꝯcessione poterat vti multis honoribus, qđ hodie prohibetur per hāc l. vt j. patebit, sed si aliquis sit qui habeat concessionem, vt possit vti pluribus honoribus, non poterit vti omnibus illis, sed eliget quo honore velit vti, & hoc vsq; ad ver. imposterū hic est scda pars in qua dr̄ ꝙ post l. istam nemo postulare audeat, vt liceat ei vti pluribus honoribus, licet illa supplicatio nullū effectum habeat, eꝫ pro temeritate tali infructuosa plectetur, puniuntur etiam iudices, & notarij qui recipiunt illas literas: ad qđ facit supra de peti. bo. subla. l. 2. & dic vt ibi, & literæ tales subrepticiæ impetratæ nō valēt & hoc vsq; ad ver. sciuitis hic est tertia pars: diceret aliquis prohibitum est impetrare, ꝙ aliquis habeat plures honores. Sed quid si
4 sine impetratione aliquis meruerit talem prærogatiuam, puta cum primo haberet vnum honorem sine militia, fuit electus ad alium puta ad administrandas militias, respondet ꝙ tūc debet alterum eligere, vt dixi supra in prin. l. & hoc vsque ad ver. monente ibi est quarta pars, vbi dr̄ ꝙ licet promotus ad aliam dignitatem non possit retinere primam militiam. i. præbendam quam habebat occasione primæ militiæ, si talis esset ꝙ poterat vendi in alium alienare, & precia consequi vel fratribus conferre potest quibusdā ex-
5 ceptis, quæ in litera nominantur. No. hic puniri infructuosam temeritatē sic & alibi punit factum si non teneat, vt supra de loca. fundo. ciuili l. fi. & alibi dr̄ puniri affectū, & si non sequatur effectus, vt supra de epi. & cle. l. si quis nō dicam rapere, & de his qui ad eccl. confug. l. fi. Itē no. ꝙ rescriptum non valet, si præcedat postulatio, vt s̄ de peti. bo. sub. l. 1. secundum An. Itē not. ꝙ punitur officialis nisi resistat iudici, vt supra de decurio. l. omnes, & ibi no. Item not. ꝙ rescriptū contra l. p̄ro non rescripto, & non ꝯcessio hr̄ vt
6 supra de legi. l. non dubium sm̄ Dul. In glo. quæ incipit not. punit affectum, &c. in fi. dic vt no. supra de epi. & cle. l. si quis non dicam, & ibi p Cy. & Doc. In gloss. fi. in fi. contra hoc, & ꝯ totam l. istam vr̄ ꝙ imo quis possit habere duas dignitates, per l. maior supra de dig. & l. iubemus, & de proxi. sacro. scri. & de pala. l. iubemus. Sed dic ꝙ l. ista prohibet, ꝙ quis habeat duas dignitates vel officia cū administratione, secus si sine, vt l. contraria, & iuxta hoc dic ꝙ qñ aliquis hēt inferiorē dignitatē, & vocat ad maiorem, & tunc ad superiorem dignitatem cum administratione: & ad inferiorem sine administratione admittitur, & sic l. cōtrariæ, vt supra de excu. mun. l. eos, & l. eā quia tunc maior non facit præiudicium minori quo ad priuilegia: sed quo ad stipendia, aut aliquis habet administrationem, & vult ei dignitatem aliquam adijcere cum administratione, nō potest: l. sic loquitur l. ista in ver. interdicēdis &c. pro hoc in authen. de administra. offi. §. 1. colla. 3. & quasi per totam colla. Sed qui habet dignitatem maiorem cum administratione, & vult reuerti ad minorem omnino perdit maiorem, & eius priuilegia sic loquitur hic versus sciuitis, & ff. de sena. l. fœminæ, & l. fi. & ratio, vt priuetur priuilegio; quia contra ordinem l. vult facere eo quia de maiori vult peruenire ad minorem supra ead. l. in prin. & supra quemad. ci. mu. indi. l. & in maioribus, & sic vr̄ expeditum per l. istam ꝙ qui est in magna dignitate, & finito eo tēpore vult reuerti ad minorem dignitatem ꝙ possit supra de aduo. diuer. iudi. l. si quis de cognatis. Bar. In d. glo. fi. ibi non licere habere duas præbēdas vt extra de præben. c. de multa de cle. non resi. c. quia nonnulli pro quo faciunt, ll. alle. supra In gloss. quæ est super verbo in militiis secundum Dul. super quo vide in decretis. 40. di. c. Sāctorū vbi allegatur hoc in glos. quæ est super verbo in
7 duabus. Super §. fi. in tex. no. hic ꝙ qui habet precium rei non vr̄ rem habere, vt hic, sed vr̄ contra hoc: quia precium succedit loco rei: vt ff. de peti. hære. l. si & rem, & precium, & de leg. 2. l. imperator insti. cum l. seq. sed dic ꝙ habere rem dupliciter potest considerari primo quo ad vtilitatē vt infra l. contraria, & ideo qui habet precium, & rem videtur habere. quandoque consideratur habere rem quantum ad administrationem: & tunc qui habet precium nō videtur habere rem. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Quis non potest tenere duas præbendas. Tu dic hoc esse verum in eadem ecclesia, vt no. in cap. literas extra de concess. præben. inno. in cap cum iamdudum de præben. & Oldrad. consi. 69. Imo vna vacat ipso iure per alterius impetrationem, vt ibi & not. Barto. post glo. hic versic. vltimo not. Panor. in alle. c. literas, & Bertha. de firmis tractat. de episcopo in 2. lib. in prin.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 Ignorantia probatur eo, quod non probatur contrarium.
2 Reus in exceptionib. est actor, ideoque probare debet.
3 Rei vendicationi quo tempore præscribatur.

Super seruis. Serui post hanc l. conditam militiam adepti dominis scientibus sunt liberi, & iuri patronatus non sunt subiecti. Sed si ignorantibus, in seruitutem redigantur, sed si ante militabant, & adhuc militant, si quidem dominis scientibus idem ꝙ supra si eis ignorantibus infra 30. dies tantū permittitur eos a militia euocare hoc dicit. Not.
1 ignorantiam probari eo quod contrarium non probatur, quod not. & ad hoc allegatur Bart. & habet lex duas partes. Prima loquitur de seruis qui militant post hanc l. Secunda pars loquitur de illis qui militant tempore huius l. secunda pars ibi in vers. super illis, &c. Not. ex l. ista nouū genus ꝓbandi pro ignorantia quæ in dubio præsumitur, vt ff. de proba. l. verius. Secundo not.
2 quod reus qui excipit aliquid in asserendo illud probat, quoniam reus in exceptionibus suis dicitur actor. ff. de probatio. l. in exceptio-
3 nibus. Tertio not. casum in quo rei vendicationi præscribitur spacio 30. dierum interdum 4. mensium, vt ff. pro socio. l. fratres. §. illud respondi. interdum spacio 6. mensium, vt supra de

de censi.l.fi.interdũ anno. vt in auth.de sanc.epi. §.si seruus.interdum biennio, vt ff.de omni agro deserto l.qui agros interdum minus triennio, vt in auth. de monachis.interdum triennio completo, vt in vsucapionibus rerum mobilium interdum 10.vel 20.vel 30. vel 40. annorum vt supra in titulis, & in materijs præscriptionum latius patet. And. Iaco.Rebuffi.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quod non currat ignoranti, qualiter intelligatur.*

Si quis Seruum. dominus patiens seruum in dignitate esse priuabitur dominio, & iure patronatus. Sed si domino ignorãte eam fuerit adeptus: tunc infra 30. dies tantum ex quo scierit datur sibi potestas vendicandi h.d.
1 No. præscriptionem non currere ignoranti, qđ est verum ad incõmodum ignorantis, vt hic cũ si.Sed ad cõmodum ignorantis bene currit, sic intelligitur l.genero.ff.de his qui no.infa.Bar.Et caue quia lex superior loquitur de seruis militãtibus scientibus vel ignorantibus dominis, hic autem loquitur de seruis pueniẽtibus ad aliquã dignitatem scientia vel ignorãtia dominorum & not.ꝙ nil videtur esse actum, &c. vt supra ad Sylley.l.fin.secundum And.

Negotiatores ne militent.

Rubrica.

Dictum est supra tit. proxi. de seruis q̃ militare nõ possunt regulariter:sed quia nõ tantum illi sed negociatores militare prohibentur, ideo ponit subsequenter rubricam,negociatores, &c.secundum Odoff.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Negociatores militare non possunt.*
2 *Nobilitas nunquid requiratur in milite.*
3 *Priuilegium concessum militi ratione militiæ,ne possit cõueniri an noceat ei,qui arma illi vendidit.*

Eos qui. In hac l. dicuntur quinque.Primo ꝙ negociatores non possunt militare.Secundo excipit argenti distractores qui possunt militare in qualibet militia præterquam in armata.Tertio dicitur ꝙ si aliqui negociatores tempore huius l. militauerant habẽt electionem recedendi a negociatione,& retinẽ di militiam, vel econtra. Quarto dat eandẽ electionem argenti distractoribus qui tempore huius l.peruenerant ad armatam militiam.Quinto & vltimo dat ꝙ illi qui faciunt arma possunt mi
1 litare remanentes in suo artificio. hoc dicit.An. No. primo negociatores nõ posse militare hoc est propter vtilitatem officii concor. sunt in gl. Secundo not.ex vers.exceptis.quod aliquid permittitur ratione vtilitatis quod alias non permitteretur sic supra iii.1.l. penul vers. vero & l. fi.in fi. Tertio no.ex ver.si q̃ vero , & extra quod & in argenti, &c. ꝙ tale quod impeditur faciendum quod nõ dissoluitur iam factum , vt hic sic ff.de arbi.l nõ distinguemus. §. sacerdotio,& supra de decurio. l. infamiam,& de reis postula. l. 1.Quarto.not.ex ver.quod & in argenti.illud generale, ꝙ cum lex in præteritum quid indulget seu permittit in futurũ vetat sic in auth. de æquali.§.1.Quinto not.ꝙ simile applaudet suo simili vt hic in vers.vltimo.sic supra communia vtriusque iudi.l.fin.secundum Odo & Dul.An autem quod dicitur hic in alma vrbe habeat locum in alijs prouinciis dic vt no. per Odo.& Doct.in simili supra de profes.qui in vr.constan.l.1. Super
2 glo.2.no.hanc glo. hos prohiberi a militia non quia non sunt nobiles,sed quia vile exercent officiũ:circa quod reuoco in dubium, An ad hoc ꝙ quis sit miles requiratur nobilitas, & videtur quod non per glo.istam pro quo supra si seruus aut libertus l.1. & 2.cum ibi not.iuncto in auth. vt liberi de cætero. Sed contra videtur ꝙ requiratur nobilitas in milite.pro quo in feu. de clevio.pa.§ si miles.vbi habes ꝙ miles potest recusare duellum si alter non sit nobilis,& ꝙ exigitur genus facit supra ad l.iul.ma.l.nullus.& hoc credo procedere de iure feu. sed de iure ciuili credo ꝙ nõ requiratur genus quia miles dicit quasi durus. Item dicitur a mille quia eligebantur de mille per imperatorem,& quemcunq; potest eligere si sit sufficiens. ff. de re mili.l. 1.& arg. supra de cri.sacri.l.disputare. Nec ob l.nullus:quia ibi exponitur generis idest quæ descendunt ex genere militis,vt sunt filii, & pro hoc ff.de quæstioni. l.milites.Nec ob.§.si miles;quia loquitur de cõsuetudine: quia feuda non sunt iura sed consuetudines,vel dic ꝙ est ratio , vt seruetur paritas in duello. nam qui est antiquior in militia maiorẽ videtur habere dignitatem infra de tyro,l.1.& supra de dig. l. 1. nec ob. quod no. ff. ex qui.causis ma.l.fi.vbi dicitur ꝙ requiritur genus quod verũ est ad hoc non ex dãnato coitu pro quo in auth.
3 qui.mo.na.effi.le.§.quisquis.In ver.fi. facit ad q. quidã impetrauit a Rege ꝙ nec ipse nec fideiussores tenerentur respondere quandiu ipse erat in exercitio tali , ipse emit a quodam ille vult eum conuenire quæritur an possit , & vĩ ꝙ non propter generalitatem priuilegij. Sed dic contra ꝙ imo possit per hunc tex.nã adeo vĩ priuilegiatus iste armiger qui vendidit pro quo. ff. qui pot. in pig.ha.l.interdũ cũ l.seq. liẽ vbi sunt priuilegiati plures antiquior pfertur sibi q̃ po. in pig.ha. l. fi. sed iste armiger venditor est priuilegiatus,& magis antiquus quam alter ergo ei præfertur , vt supra de pig.l.fi.cum auth.ibi posita.pro quo supra an seruus ex suo facto l.permisi sic,& ff.de nauti fœno.l.paruuli Iac.Rebuffi.

De re militari.

Rubrica.

Dictum est. supra qui possunt militare, & q̃ nõ:nunc dicet de his q̃ pertinent ad militiam , & sic ponitur rubrica de re militari.Odo.Iac. Rebuffi.Doc.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Miles pro tpe captiuitatis stipendium habere non debet.*
2 *Ambasciator si dãnū patiaē, cuius expensis ei resarcitur.*

Stipendia. Miles captus ab hostibus dū ibi est stipendia vel denariū
1 habere non potest hoc dicit. Et not. hūc tex. pro militibus nostri temporis qui capiuntur in bello, qui stant captiui, per id tempus non haber stipendium & op. & soluitur, vt in glo. & in l. contraria secundum Bar. & alios Doc. In tex. ibi stipendia, quæ dantur militibus, vt supra de castrē. omnium pala. peculio. l. 1. & qui mili. po. l. fin. secundum Odo. Et est arg. hæc lex, ꝙ si legatus, vel
2 ambasciator alicuius ciuitatis captus est ab hostibus siue inimicis eundo, vel redeundo, ꝙ ciuitas non teneatur ei, & ad damna quæ passus est arg. huius l. & ff. eod. l. qui excubias, & infra eo. l. cū allega. sm Dul. de quo per Bart. & Doc. in l. inter. §. non omnia. ff. manda. & per Cyn. C. ad l. Iul. de vi publica. l. quoniam multa q. 2. & per In no. extra de iureiuran. c. sicut 2. & per Spe. in spe. tit. de iudi. §. specialia. vers. illud & plene per Barto. in l. si seruus a. §. 1. ff. de furtis. Iac. Reb.

LEX II.

Viginti. Milites qui militauerūt seu exercuerit arma per 20. annos a muneribus sordidis militiæ liberantur. hoc dicit. And. & Odofr. facit ad ea quæ scripsi supra de professo. qui in vrbe constan. l. 1. & de proxi. sacri. l. 3. Iaco. Rebuffi.

LEX III.

Milites. Missus a militia ignominiæ causa est infamis, & dignitatem militiæ consequi non potest: morari tātum potest vbiq; præterquam in locis interdictis hoc dicit. Bar. Iacob. Rebuffi.

LEX IIII.

Defunctorum. Bona militis deserētis in desertione defuncti confiscantur. hoc dicit Bart.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Suspensus ad tempus an lapso tempore debeat habere fructus præteriti temporis.*
2 *Bannitus restitutus an possit esse de consilio.*

Cum allegatis. Desertor ex indulgentia principis restitutus non habetur pro tempore, quo deseruit perinde ac si militasset in castris & pro illo tem-
1 pore stipendia nō petat h. d. Bar. Et facit pro clerico suspenso ad tempus, an lapso tpē debeat hābere præbendas præteriti tpis: facit l. stipendia. s. cod. quæ facit ad multas qōnes not. s. de dam. infec. l. inter quos. §. dānl, & ibi dixi Bar. Item pone arg. ꝙ iuste exbannitus non restituitur cum absoluitur ad fructus medij temporis. vt not. extra de ap. c. pastoralis, secus si iniuste arg ff. eo. l. pen.
2 Item vide quæ not. ff. de alt. leg. is cui. An. Item facit, quod si aliquis fuit exbannitus, & postea fuit extractus de banno ꝙ pro futuro tempore potest esse de consilio secundum Dul. Itē hæc lex facit ad dubium pone quod Rex concessit cuidam nobili priuilegium considerans, quód iste nobilis iuuaret eum in guerra sua, postea iste nobilis non iuuauit Regem dum habēret guerram: imo fuit contra eum post fuit reformata pax inter Regem, & alios quærit an iste nobilis possit vti isto priuilegio, vt videatur reformatū & reparatum ex quo fuit reformata pax: & vide tur quód sic, vt hic & pro hoc videtur lex. ff. de adi. le. l. 3. §. fina. cum l. sequen. pro quo. ff. de op. le. l. plane. dic contra, ꝙ non potest vti priuilegio nisi iterato sibi concedatur: & est ratio quia hic dabatur priuilegium, vt præstaret auxilium, sed ipse non præstitit, imo nocuit ergo & c. supra de iudæis l. iudæi, & de aquæductu l. eos, & l. est. 3. p hoc l. ff. de iure anu. aur. l. 1. Et ratio quia ll. faciunt differentiam an quis restituatur in gratiam in pristinum statum. nam cum restituitur ad gratiam solum videtur remissa iniquitas. Sed ad pristinum statum videntur sibi omnia restituta: & ideo cum iste solum videatur restitui ad gratiam non extenditur ad aliud. pro hoc fit lex. conco. supra de senten. passis l. 2. & 3. & l. cum indulgentiam. Nec ob. ista l. quia hic fuit restitutio quo ad militiam non ad omnia quæ concernunt militiam. Nec ob. l. 3. quia ibi hoc facit cōfirmatio testatoris. Iacob. Rebuffi.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationem medici debet præcedere diligens iudicis inquisitio.*
2 *Peritorum iudicio standum est in re dubia.*
3 *Curator datus ei qui credebatur prodigus, cum non esset an teneat.*

Semel. Missus a militia ex causa ægritudinis factus sanus instaurandus non est, tamen mitti non debet nisi medicis hoc denunciantibus, & iudice hoc inquirēte. hoc dicit.
1 Et not. hunc tex. singularem, quód nunquam denunciatio facta per medicum qui dicat aliquem esse infirmum, vel ex vulnere remansuram esse cicatricem aliquid operatur, nisi præcedat diligens iudicis inquisitio: & ideo fit semper cautus assessor qui in actis faciat registrari, quando diligenter examinauit verum ex vulnere remansura sit cicatrix, & ipse medicus diligenter exa-
2 minatus hoc retulit alias non valerer Barto. In text. not. ex hac l. quod vbi dubium est in re aliqua standum est iudicio peritorum, vt hic, & in authentica. de non alic. §. quod autem. ff. de sta. ho. l. septimo mense. Item not. hic quód statur iudicio medicorum an vulnus sit lætale, aut non; pone quód medici iudicauerunt quem esse mortuum, postea reconualuit an teneatur lege

lege Cornelia de ſicarijs, ac ſi eſſet mortuus? & videtur, ꝙ ſic per hanc. l. vbi videtur caſus, pro hoc. ſ. de ſicar. l. is qui cum telo. Item quia hoc videtur eſſe factum fato, & quæ fato fiunt fieri non videntur. ff. de con di. & demon. l. a. in fi. pro quo ff. de adult. l. nihil. quare videtur ꝙ teneatur
a ſecundum doct. Item facit, ꝙ ſi iudex det curatorem prodigo qui re vera non eſt prodigus an teneatur, & videtur ꝙ ſic, vt hic pro quo glo. ff. de verb. oblig. l. is cui bonis: ſed caſus videtur in contrarium ſi bene attendatur. ff. de cura. furio. lit. circa principium. Iaco. Rebuffi.

LEX VII.

Fruſtra. Damnatus de crimine militari miles exiſtens non infamatur, ēt ſi factus veteranus hoc dicit Bart. In tex. in fine & quia miles fuit punitus vel pœna ei remiſſa militauit, et militia completa honeſtam miſſionem recepit ſicq; veteranus factus eſt ſecūdum Odoff. Iac. Rebuffi.

LEX VIII.

Cauſaria. Tria ſunt genera miſſionum honeſta cauſaria & ignominioſa, bene ſi quis honeſte vel cauſariè mittitur a militia, non debet timere quód propter talem miſſionem aliqua macula aſpergatur: nō enim infamis ex hoc efficitur, ꝙ ex cauſa procedit & legitime fuerit ſupra eo. l. ſemel. in fi. Odoff.

LEX IX.

Si quis Barbaris. Dans operam, vt Barbari Romanos deprehendāt vel prædam factam cum eis diuidens, comburitur. hoc dicit Bar.

LEX X.

SVMMARIVM.

a *Vxor an poſſit eſſe teſtis.*

Quicunque. Miles impetrauit quód poſſit ſecū habere familiam ſuam. l. iſta interpretatur qui cōtineantur [a], appellatione familiæ, & continentur vxor & filij & ſerui non aſcriptitij: quia non poſſunt a ſolo recedere, vt ſupra de agri. & cen. l. 1. colonos. No. ꝙ ſemper lex iſta inducitur, quod vxor eſt domeſtica. arg. ad idem. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. 2. & de iudic. l. interdum, alias autem non numeratur inter domeſticos, vt ſupra de his qui ad ec. confug. l. præſenti. §. pen. & ſi eſt domeſtica [b], non poteſt eſſe teſtis cum marito: quia domeſtica, &c. vt ſupra de teſti. l. 1. & magis large exponitur hoc verbum familiæ ſupra de verb. ſign. l. fi. And. Iac. Rebuffi.

ADDITIONES.

a Qui contineantur. Adde Bar. & Alex. in l. 1. §. familiæ. ff. de vi & vi arma. & Pau. de Caſt. conſi. 17.

b Vxor non poteſt eſſe teſtis quia domeſtica. Adde quod notatur in apoſtil. ad Lanf. de Oria. in c. quoniam contra falſam. §. teſtium de poſitiones num. 56. verſ. adde præmiſſis extra de probatio.

LEX XI.

Tribuni. Tribuni vel milites in locis deputatis facere debent manſionem non per poſſeſſiones vagari, & contra faciens punitur. h. d. Bart. Sic debet ſcolaris quidem eſſe continue in ſtudio, ſic eſt de agente in rebus ſic ſupra de agen. in re. l. ex eo. in fin. & in clerico. ſ. de epiſ. & cle. l. omnes & in curiali ſ. de decurioni. l. curiales, & in domeſtico ſupra de domeſt. l. 3. Secus autem in alijs qui præfulgent alijs dignitatibus, vt l. fi. & l. clariſſimis ſupra de dig. ſecundum Dul. Iac. Rebuffi.

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Lauantes pannos in ſummitate fluminis, an poſſint prohiberi ſi aquam conſpurcent. Sic & econtra ſi lauant in parte inferiore fluminis, nu. 2.*

3 *Cedens bonis, an poſſit auferri camiſia.*

Cum ſupra. Quando milites ſunt ſupra ripā fluminis in herba virenti, nullus in illo loco ſe balneare debet, nec etiam equos lauare ne commune aquæ poculum corrumpatur, & oculi videntium inficiētur. Sed volēs prædicta facere vadat ad inferiorem partem fluminis, & ibi ſtet in loco ſecreto,
1 ita ꝙ videri non poſſit. h. d. Et ſic no. hic caſum contra lauantes pannos in ſummitate alicuius fluminis, ꝙ poſſint prohiberi: quia per talem lauacrum commune aquæ poculum corrūpitur.
2 tex. eſt hic. Vltimo no. glo. ſumit arg. cōtra eos, qui more beſtiarum ſe inuerecundè lauāt in aliquo loco. vltimo habes caſum, ꝙ lauans ſe in inferiori parte fluminis non poteſt partem ſuperiorem corrumpere, & ideo prohiberi non
3 poteſt, & ſic facit contra lupum. Bart. Hæc lex allegatur: an illi qui cedit bonis ſit auferenda camiſia: & videtur, ꝙ ſic, vt inſti. de act. §. fi. & ff. de ceſſio. bo. l. is qui. & quæ in frau. credi. l. 1. in fi. ſed l. iſta facit in contrarium, dicens ꝙ quis non debet incedere nudus, ſicut faciunt beſtiæ: ergo videtur, ꝙ non ſit ei auferenda camiſia. Item per l. qui bonis. qui bo. ce. po. & pro hoc hęc lex, vbi dicitur eſſe expeditum. ff. de bo. dam. l. diuus & hoc intelligo niſi eſſet valde precioſa: nam tūc excambiaretur. Iac. Rebuffi doct.

LEX XIII.

Nemo. Milites deputati ad Principis cuſtodiam vel de alio numero, ſine licentia Principis vacare non debent aut alia negotia peragere pœna contra facientibus imminente, & qui a tali obſequio milites retinent, in 5. libris auri puniūtur. Item miles ad Principem in ambaſciatorem miſſus in continēti ſe offerat viris illuſtribus, ſub quorū regimine eſt, vt ſtatim commeatum accipiat. Item milites reperti vagari per prouinciam per præſidem puniūtur hoc dicit Barto.

LEX XIIII.

Contra publicā. Miles de vno numero ad alium ſe tranſ-

transferre non potest nisi vtilitatis publicæ causa princeps hoc concesserit, & cõtra faciens punitur.h.d.Bar. No. q translatio militiæ pertinet ad principem sicut episcopatus ad Papam, vt extra de translat.c. t. sic multa alia pertinent ad principem, vt supra de iure aur. annu.l.1. & 2. & §.de his qui ve. æta.impe. l.t.& 2.& ff.ad municipales.l.fi.in prin.& legitur in auth.qui.mo.na. effi.sui.Item & in alio, vt C.de legi.l.fi.& infra co.tit.l.2.Item.ff.de postu.l.t.§. prouidere. & in multis aliis casibus quos dixi supra de iure fis. l. prohibitum. Item no. hãc l. pro remuneratione laborum sic supra de prin.agen.in re.l. 1. Itẽ no. contra ambitionem sic supra de iure fis. l. super secundum An.de Bar.Iac.Rebuf.

LEX XV.

Milites. Milites qui alimenta habent à republica debent occupari publicis vtilitatibus, non vacare cultui agrorũ, nec custodiæ animalium vel mercimoniorũ q̃stui: sed debent esse frequentes in munere suo, vt armorum quotidiano exercitio ad bella se præparent si contra factum fuerit punitur, & magister militum qui pastus est eos vacare, & qui eos recepit ad seruitium suum.h.d.secundum Odofr. Bar. & And.quod nor. quia non debent milites tela in ligones conuertere. vt supra de mancip. & colo. l. fi.in fi. Item not. q humana conditio per continuum exercitium recipit incrementũ, vt l.legatis seruis.§.ornatricibus.ff.de leg.3.secundum And.sic debent facere religiosi, & alij viri ecclesiastici, qui debent esse in cõtinuo seruitio diuino, nec se immiscere, nec se inuoluere in negotiis temporalibus: quod malè seruatur, nec etiam seculares deberent eos ad se retinere, vt hic, & supra ne clerici vel monachi per totũ, sic debet esse in scolaribus, vt habeant vacare continuo studio iuxta dictum iurisconsulti in l. apud Iulianum.ff.de fideicomm. li.& etiam per nota ta in l.omnes.§.de ser.& in decretis 38.dist. c.nullus, & etiam scripsi. supra eo. l. tribuni, & §. de collegia. l. t.lib.11. In glo. quæ est super verbo in regiis, facit ad ea quæ.§.scripsi. §. de fundi. patri.l.1 lib.11 & de can.lar. ti.l.præcepit.lib.10. Iacobi Rebuffi.

LEX XVI.

Militares. Milites non audẽt ciuiles curas vt tutelas & curas, & alia personalia munera suscipere, & si contrarium fecerint militia & priuilegiis priuabũtur, & illud statuit imperator vt hi timeant, qui statuta sua violare tentauerint. hoc dicit secundum Dulium, & doct. Iac.Rebuffi.

LEX XVII.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo an tollatur lege contraria & econtra.*
2 *Inquisitio de moribus & vita facienda est eius, qui est promouendus ad dignitatem.*

Neminem. Nullus in aliquo numero militum põt militare sine licentia principis. Si tamen de numero deficiat, magister militũ, & dux belli in illius locũ alium subrogabit facta prius declaratione principi secundum huius. l. tenorem. contra faciens punitur. h. d. Bart. In tex. ibi consuetudine, quæ fuit
1 ratio, q consuetudo hic præcedens tollatur per legem, & potest esse duplex. Prima quia consuetudo pręcedat legem, quia lex & ꝯsuetudo æquiparantur: sed lex præcedens tollitur per subsequentem, ergo & c.ff.de leg.l.non est nouum, & l.sed & posteriores, alia est ratio: quia hic expresse cõsuetudo tollitur per hanc.l.& ideo non potest valere consuetudo, quæ expressè reprobatur per legem, vt supra de fur.authen. nauigia, & communia de leg.auth.omnes peregri.& appa-
2 ret ratio in hoc text. In text. ibi veritate discussa per hunc tex.habetur, q vbi aliquis promouendus ad aliquam dignitatem vel officium super regimen reipu. q facienda sit prius inquisitio de eius conditione, & fama in prouincia vel in ciuitate, in qua degit. pro hoc etiam est lex in examinatione testium. ff.de quæstioni.l.de minore. §. fi. & ff. eo. tit. l. non omnes. §. fi.

LEX XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas criminaliter accusata per quem comparebit. Et qualiter veniat puniende.*
2 *Dux militum potest delegare causam criminalem vertentem inter milites,*
3 *Ciuiliter agere contra vnum coram vno, & coram alio criminaliter contra eundem, an quis possit.*
4 *Iudex potest vti seruientibus curiæ proximorie, si non habeat.*
5 *Seruiens, siue nuntius citans vniuersitatem, an debeat habere duplicata salaria.*

Tam collatores. Præmittendum est, q in partibus orientalibus sunt diuersi numeri siue corpora vel collegia siue societates militũ, qui appellantur numeri præsentalium, & sunt ibi, & magister militum, & etiam duces: secundũ Odoff. Primo ergo dicitur q milites præsentales existẽtes in partibus orientalibus debent obedire ipsis ducis belli, & in causis ciuilibus & criminalibus, non autem respondent magisteriæ potestati, sed duci prædicto, nisi ad ducis respõsum: secundum Bat. sed Odof. intelligit hunc primũ casum, q non conueniatur coram magistro militum per orientem, vt olim: sed coram magistro militum præsentalium vel coram ducibus, & hoc in effectu vsque ad vers. vt autem omnifariam vt hic, & secundo statuuntur sportulæ quas habent soluere tales milites cum conueniuntur siue singulariter, vel totus numerus militum secundum Bar. vsq; ad vers. erit ibi. & tertio dicitur quòd duces de crimine cognoscentes possunt audire, & suam audientiam alteri delegare. Bar. & hoc vsque ad vers.quibus viris ibi.& quarto dicitur ne prouinciales afficiatur dispendiis tempore pacis non debẽt mittere pro multis militibus: sed si indigeant eorum præsentia causa sciendi numerũ militum mittant pro paucis, nec enim expedit subditis multos milites pacis

pacis tempore conuocare. Si tamen necessitas exegerit, vt multi vocentur, procedat hoc sine damno prouincialium, & vsque ad 30. dies viuant propriis expensis: post 30. dies ministretur eis à prouincialibus secundum And. & Bar. vsq; ad versi. quoniam vero ibi. & quinto dicitur ꝙ milites non debent per eam actionem qua sunt conuenti vel accusati coram magistro militum accusari pendente primo iudicio coram duce & econtra. Item si coram vno sit accusatus criminaliter coram alio non potest pendente primo iudicio conueniri ciuiliter. Et cõtra facientes puniuntur. And. h. d. vsque ad vers. dispositiones secundum Andr. vel dic latius secundum Odof. casum in hoc ver. ꝙ olim milites præsentales coram magistro militum per orientẽ conueniebantur, hoc prohibetur hic: sed quòd de cætero milites conueniantur coram magistro militum præsentalium vel coram ducibus, intantum quòd conuenti coram vno non debent conueniri coram alio super eodem. Item non possunt dicti milites conueniri separata continentia causæ coram magistro militum præsentalium ciuiliter, & coram ducibus criminaliter vel econtra. Sed apud eundem iudicẽ est vtraq; conuentio facienda. h. d. vsq; ad ver. si quis vero secundum Odoff. ibi. sexto dicitur ꝙ per hanc l. non derogatur iurisdictioni magisteriæ potestatis, cum omnes duces sint eidem subditi. h. d. se-
1 cundum Odof. Andr. & Bar. In tex. ibi subdito. hic est casus ꝙ vniuersitas criminaliter accusata potest comparere per sindicum, Bar. ad quod. ff. quod cuiusq; vniuer. l. nullis, cum ll. sequentib. & est ratio: quia difficile est omnes consentire, vt ff. de dolo. l. sed & si ex dolo. ad quod. l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. Item quia omnes non
a possunt puniri criminaliter [a], cum multi forte sint innocentes, & ideo conuertitur punitio in pœnam pecuniariam. pro hoc. l. 3. de decurio. l. quinq; summates, & ꝙ possit cõstituere procuratorẽ habetur. 3. de procur. l. quicũq; facit etiam; quia segnius expediunt cõmissa negotia plures, not. ff. de admi. tu. l. si plures, qualiter autem puniatur vniuersitas delinquens, dic ꝙ si commisit delictum execrabile, vt hæresim. & tunc patitur aratrum, vt ff. qui. mo. vsusfruct. amit. l. si vsusfructus ciuitati. si autẽ aliud delictum puta commune: tunc si appareant delinquentes vel promouentes, & illi solum puniantur. ff. de pœnis. l. capitalium. §. solent. alias autem si nõ appareat puniatur vniuersitas, & tunc conuertatur in pœ-
2 nam pecuniariam, vt supra dictum est. In tex. ibi vel eorum discussione. Not. hic casum ꝙ in criminali dux belli cognoscens inter milites potest committere discussionẽ causæ: regulariter aũt causæ meri imperij non delegantur, vt l. imperium ff. de iurisdict. om. iudic. & de pedan. l. pla-
3 cet. Bar. In text. ibi quoniam vero. in isto versi. est tex. expressus, ꝙ quis potest agere cõtra eundem ciuiliter coram vno iudice, & criminaliter coram alio iudice pro vno negotio: ergo in cõtrarium est ius commune. Bar. Item not. ex vltimo dicto ꝙ honorando subditum videtur honorari dominus iuxta illud, estote subiecti principi & ducibus ab eo missis &c. vt extra de censi. cap.
4 omnis anima. Andr. Circa prin. tex. ibi in proximis locis no. ꝙ vbi aliquis iudex non habet seruientes vel alios officiales, ꝙ licitum est sibi accipere a iudice sibi ꝓximiore, vt hic, & pro hoc quòd sit recurrendum ad proximiorem facit in auth. scenicas non solum. §. fi. co. l. 5. Item allegatur ꝙ si habeat iurisdictionem & merum imperium & non habeat locum, vbi cõmode possit erigere furcas, ꝙ possit plantare in loco vicino sibi propinquiori, vt ibi iustitiam exerceat, & est ratio, quia vna prouincia alteri prouinciæ habet deseruire, vt habes hic in iudicibus & offi-
5 cialibus, & de iniur. l. fi. Super text. in versi. vt autem, ibi duplicata quantitate, facit ꝙ seruientes quando citant vniuersitatem debeat habere duplicata salaria plusquam habeant ab vno priuato: sed contra hoc videtur casus legis quòd non debeant habere nisi tantum quantum deberent habere ab vno priuato in auth. de sanctis episcopis. §. sportularum. ff. si fa. fur. fe. di. l. t, Nec ob. l. ista: quia hic prouidebatur specialiter in minori modo sportularum, & ꝙ sit speciale in istis probatur supra de proxi. sacro. scri. l. in sacris. in q. autem loquitur vbi de iure cõmuni dantur sportulæ, & ideo cum non laboret in vacatione plurium plusquã si vacaret circa vnum solũ, ꝙ non debeat plus habere. In tex. circa principium ibi dispendium sub. quod talibus personis obueniret, & etiam reipublicæ nisi possent conueniri coram isto duce: de quo loquitur hic text. qui moratur inter milites in acie. nã eundo ad aliũ à remotis existentem grauarentur istæ personæ in sumptib. & in itinerũ laboribus, & vtilitas reipublicæ differretur. In vers. ita videlicet in prin. Supra locutus est de his quæ concernunt actus militares. Magnificaui hoc no. vt detrahatur honori magistri militum cum & duces sint sub eo, vt infra ea. l. in fi. In vers. eo. iste vers. loquitur in officialibus non habentibus territorium, de quibus dicitur ꝙ non indigent clientibus qui eorum sententias mandent executioni, ne pro multitudine, no. iustitiam peruerti propter diuersa officia simul concurrentia. Item no. multitudinem reprobari. Iac. Rebuffi.

ADDITIO.

a Non possunt puniri criminaliter. Adde istum in l. quinque casus nu. 1. & quasi per totam legem, & ibi notaui in apostil. ad ipsum in versi. vniuersitas supra de decu. lib. 10. & in rub. num. 1. supra de munc. patri. eo. lib. Panor. c. in causis num. 5. & ibi etiam notaui in apostil. in versi. per sonum. extra de elect. Angel. late consil. 167. Anch. consil. 157. Franc. de Are. consil. 154. & Oldra. consil. 61.

De castrensi peculio militum, & præfecti annonæ.

Rubrica.

Dixit. Supra de militibus, qui possunt militare, & qui non, dixit etiam de re militari circa multa statum eorum tangẽtia: verum quia milites quandoque sunt filijfa. habentes peculia castrensia prout & palatini, vt supra de castren. omnium pala. pecu. l. 1. & de inoffic. test. l. fi. ideo de castrensi peculio militum dixit. de præfecti autem annonæ non dicitur in nigro, vt hic not. in glo. rubr. verũtamen licet expresse non

non fiat mentio de præfecto annonæ in l. huius tit. tamen cum tractatur hic de peculio aliorum militum, consequenter etiam videtur tractare de peculio præfecti annonæ: quia quæ in præfationibus dicuntur in sequentibus censentur esse repetita. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. obligatio. & instit. de lega. §. sed Sabino: secundum Odoff.

LEX PRIMA.

Si in potestate. Sex principaliter dicuntur hac. l. Primo quòd vbi pater emit rem aliquã nomine filijfa. illa res est patris; ꝙ scilicet pater videatur donasse filio: quæ donatio non tenet licet possit confirmari morte patris vel emancipatione filij, vt supra si quis alteri vel sibi. l. 2. & de inoffic. dona. l. 2. Secundo dicitur ꝙ res mobiles & habiles ad militiam sub. & contẽplatione militiæ efficiuntur peculij castrensis. Tertio dicitur idem est in hæreditatibus pro cõmilitone filiisfa. militibus donatis. Quarto dicitur secus esse in hæreditate paterna filiofamilias militi debita. Quinto dicitur ꝙ filio militi prædium datum nõ est in peculio castrensi. est de peculio castrensis alias castrense peculiũ. h. d. An. No. hic casum in quo succedit res loco pretij, vt supra de rei vend. l. si vt proponis, & l. si vt pecunia. nec pretium loco rei, vt ff. de furt. l. qui vas. in fi. Itẽ facit res empta de peculio castrensi est castrensis eodem modo de profectitio, & aduentitio secundum Bar. Sed quæ est ratio ꝙ res immobiles nõ connumerentur in castrensi peculio: sed mobiles sic? dic ꝙ ratio est quia res castrenses dicuntur quibus potest vti, & quibus potest iuuari in castris. ff. eo. l. 1. 2. & 3. sed constat ꝙ rebus immobilibus non potest vti in castris nec secum deportare, ideo non possunt connumerari inter castrenses.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, an possit esse in iudicio in castrensibus sine consensu patris.*

Filiusfamilias. Non potest alienare filiusfam. sine patris
1 consensu nisi castrensia. h. d. An. Hæc l. facit contra glo. positam supra de bo. quæ libe. in fi. §. necessitate, quæ dicit ꝙ filiusfa. non potest esse in
a iudicio in castrensibus sine consensu patris [a], sed videtur cõtra per. l. istam, ꝙ immo posset, & pro hoc glo. ff. ad Trebel. l. Imperator. & ff. de castr. pecu. l. 4. vbi est casus. Iac. Rebuffi.

ADDITIO.

a Sine consensu patris. Adde Bar. & doctio. in l. fi. §. necessitate supra de bo. quæ libe. Spec. in tit. de actore versi. hoc quoque & ibi. Io. And. in addi. ad eum versi. inter quos Paul de Cast. consil 51. Lanfran de Oriã. in cap. quoniam contra falsum. §. confessiones num. 3. versi. similiter videmus, & ibi notam in apostil. ad eum post Benedi. vadum vbi posui alias fallentias, quando possit in iudicio stare sine consensu patris extra de probatio. de quibus vide Bertholo. Soci. in suo tract. fallen. regula. 151.

LEX III.

Errat. Licet quis militet non tamen liberatur à patria potestate. hoc dicit Bart. Iacobi Rebuffi.

LEX IIII.

Cum allegas. Duo fratres erant cõmilitones. & in militia peragebant, vnus decessit alio instituto hærede: talis hæreditas est in peculio castrensi, quia à commilitone delata. nam isti fratres videntur sibi adinuicem reddidisse cariores, propter militiam, & sic militia auget fraternam dilectionem quod est notandum. h. d. An. Et no. ex hac. l. quod magis intuemur hic quod prodest quam quod obest. sic. ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. quãdo autem. cum multis aliis quæ ibi notantur. An. Item not. ꝙ societas inter fratres augmẽtat dilectionem inter fratres eos adinuicem, & eos cariores reddit. Bar.

LEX V.

Intelligis. Mortuo filio milite ab intestato pater occupat peculiũ eius castrense iure peculij non hæreditario concordat. ff. eo. l. fi. hodie iure hæreditario, vt in glo. An.

LEX VI.

Ius castrensis. Scriniarij & expectatores, & præfecti prætorio, & alii in eius officio militantes habent castrense peculium. Sic est arg. secundum An. nec ob. huic legi. l. scriniarios supra de testa. mili. & ff. de re milit. l. antepenul. quia quod hic dicitur quòd habent ius militare est verum quantum ad castrense peculium, vt illud præcipuum habeãt, nec patri illud acquirant, & ꝙ de ea testari possint, communi tamen iure. non autem dicit ꝙ possint testari iure militari, & tunc loquuntur. ll. contrariæ, vel hic scripti erant in matricula, & numero militum, ibi non. vel hic erant in hostili prælio, & ideo licet non sint milites iure tamẽ militari testantur, vt ff. de testa. mili. l. fi. & de bo. pos. ex te. mili. l. 1. secus in contrariis, & ideo non habent priuilegium militare, & hanc reputo veriorem. Palatini habent priuilegium militare, vt supra de castren. omnium pala. pecu. l. 1. Odoff. In text. ibi scriniarios exceptores, idest notarij qui in curia magistri militum officium exercẽt. sic exponit exceptores, idest notarios vel scriptores, vt in auth. de defen. ciui. §. deinde, super verbo exceptorem. coll. 3. In tex. ibi legione prima forte in qua erat princeps. de legione autem secunda fit mentio, & not. supra de professo. & med. l. 1. lib. 10. Iaco. Rebuffi.

De erogatione militaris annonæ.

Rubrica.

Dictum est Supra de militibus seruiẽtibus reipub. quibus olim annona

annona publicè erogabatur: qualiter autẽ hodie erogetur, ideo ponitur hic rubrica de eroga. &c. secundum Odoff. Iaç. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Acetum licet fiat ex vino, diuersum tamen quid est.*
2 *Militum vita qualis esse debet.*

Repetita. Tempore expeditionis militibus debet tradi panis bucellatus, vinum, acetum, lardum, & carnes veruecinæ, duobus videlicet diebus bucellatum, vno die panis integer, vno die vinum, & alio die acetum, vno die lardum, & aliis diebus carnes. h.d.
1 Et not. hic tex. expressum, ꝙ licet acetum fiat de vino, tamẽ aliud est vinum, & aliud est acetum: quod apparet, quia ponuntur hic vt species separatæ, & sic appellatione macellatorũ carnis non continentur macellatores lardi, vt l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fund. instruct. Bar. In tex. ibi duobus diebus. s. Ebdomadæ. Odoff. lardum ad faciendum condimentum Odoff. Not.
2 ex hac. l. consuetudinem antiquam debere seruari sic supra de testa. l. testamenta de iur. fisci. l. pen. & ff. com prædi. l. venditor. §. si. cum simili: Odof. & Dulius. Item no. ꝙ milites durè & asperè debent viuere, & non cibariis delicatis, quoniam si cis viuerent, & deficerent vlatleis grossis vti non possent, & sic debilitarentur, & respublica læderetur, & ideo cibaria grossa de quibus hic dicitur eis dantur, & pro hoc est ꝙ hic legitur quòd pauperes cibariis militum vti non debent, ne cibariis delicatis deficientibus non possint grossis vti, & sic lædantur. Odoff.

LEX II.

Vicesimo. Nõn debent milites quærere paleas vltra vicesimum lapidem. i. miliarium. An. Vel dic latius quòd secũdum, ꝙ annona panis & vini & victualium militibus assignantur, vt supra l. prpai. Ita & paleæ & fęnum, vt infra eo. l. prouincialium. Vnde istæ paleæ prope vnum miliarium militibus cõgregantur in campis: non autem portantur ad domum militum, & est ratio vt quod superererit putrefiat, & in campis remaneat, vt fiant pinguiores, & ita prope. s. per vnum miliare congregantur, ne longius vadant milites, & vt citius possint haberi, si sit necesse: secundum Odoff.

LEX III.

Cęnator. Alias cęnaticotum. Milites vt aliquid in cænã habeant à prouincialibus nihil possunt accipere. h. d. Et not. arg. contra milites nostri temporis, vt non possint grauare comitatenses, vt eis parent ad comedendum. Bart. Et not. verbum super stantes: secundum Dulium. Iac. Rebuffi.

LEX IIII.

Sicut. Cum annona est deferenda militibus constitutis in custodia limitum vel in castris, quæ sunt in limitibus, debet deferri annona à prouincialibus qui sunt constituti in loco viciniori, non a remotioribus prouincialibus sed vicinioribus. Secũdo dicitur ꝙ si in aliquibus castris puta veteranis siue antiquis est fatis de annona, in aliis castris puta nouis est defectus annonæ ab antiquis debet deferri annona: non tamen vltra tertiam partem, & sic milites constituti in antiquis castris retineãt pro se duas partes. An. Iac. Rebuffi.

LEX V.

Actuarij. Et susceptores idem sunt, & dicuntur illi qui recipiunt annonam a prouincialibus, vt illam assignent militibus, vt patet infra eo. l. excellentia. Isti tales debent facere breuem seu breues in quibus contineatur quantum annonæ susceperunt, vt secundum quãtitates annonæ in breuem redactæ fiat militibus distributio, vt dicta l. excellentia. in fi. vnde dicitur in l. ista, quòd prædicti actuarij facto breue vel factis breuibus debent illos breues dare, & tradere scriniariis sacri palatij infra 30. dies, quibus traditis dẽt fieri distributio annonæ militibus secundum veritatem breuium, quæ si non fiant punientur vt hic, & dicta l. excellentia: secundum Odoff. Et hæc fiunt vt sciatur introitus & exitus, & si aliqua penes actuarium remanserint secundum Odoffre. An. Vel sic constituti ad distribuendum militares annonas si infra 30. dies annonam receptam, & militibus assignatam non ostenderint per publicũ instrumentum tam militibus quam reipublicæ de suo inferre cogentur, hoc dicit secundum Bar.

LEX VI.

Fortissimi. Militibus reipub. est annona præstãda in capite anni vel singulis diebus, vt supra l. 1. ꝙ si non faciunt sed solutionem recusant recipere, cum eis offertur imputatur eis, adeo quòd postea volẽtes habere non admittuntur, sed fisco applicatur. h.d. secundum Odof. Not. hunc text. contra stipendiarios, & doctores communis Perusij, qui noluerunt recipere pagam tempore debito. quoniam tempore lapso non possunt eam petere, & est speciale in republ. secus autem in priuata, vt infra l. proxi. Bart.

LEX VII.

Nulli. Qui tempore fertilitatis annonam neglexerunt recipere de publico, tẽpore caristiæ pretium ipsius aut annonam petere non possunt. hoc dicit Bar.

LEX VIII.

Prouincialium. Vult Imperator ꝙ milites accipiãt fenum ad domum suam: sed tantum accipiant quantum pro equis sufficiat, quamdiu sunt in exercitio. hoc dicit Bart.

LEX

LEX IX.

Excellentia. Præfectus prætorio habet susceptores qui suscipiunt annonam militibus distribuendam, vt supra eo. l. actuarij, habet etiam opinatores, qui exigunt à collatoribus, vt infra eo. l. opinatoribus, & l. his scolaribus, & isti debent facere breues, in quibus contineantur quantitates specierum, quas exegerunt & receperunt, quos breues debent tradere scriniis sacri palatij, & veritatem in illis ponere & nihil celare. quo facto secundū breues illos fit militibus distributio annonæ etiā debēt fieri, & tradi tales breues ante principium indictionis, & si reperiatur ꝙ non bene posuerint omnia in breuibus vel minus bene distribuerint militibus in duplum reddant secundū Odo. Vel dic breuius ꝙ omnis erogatio annonæ per susceptores facta in scriptis est redigenda, & etiā quantitas ipsius annonæ susceptæ quam debet Principi declarare, & si quid vltra acceperint quam scripserint, in duplum tenentur. h. d. Et no. hunc tex. contra officiales communis, quoniam tenentur in duplum si non scribūt omnia quæ recipiunt. In tex. ibi exploretur. no. apparere introitum, & exitum alicuius computi per librum communem: secundum Bar. & Docto. Iacobi Rebuffi.

LEX X.

Iubemus. Post kalen. Nouembris militibus vinum nouum non vetus tribuitur. Bar. & est ratio quia graue esset, & nimis sumptuosum vinū vetus ministrare cum carius sit nouo, vt ff. si certum peta. l. cum quid. Odoff. ꝙ patet per verbum dispendiosa hic positum. Et sic est hic casus contra tutorē, qui post kalen. Nouembris faciebat bibi per familias vi-

a num vetus[a], vt de suo resarcire teneatur: quoniam debebat facere bibi vinum nouum cum erogatio veteris est damnosa. Bar.

ADDITIO.

a Vinum vetus. Adde Bar. allegare hunc tex. pro sing. ad hoc quod vinum nouum debet incipi potari primo die mensis Septembris, & omitti potatio antiqui: quem refert ad hoc, & sequitur Ludo. Rom. sing. suo. 377. inci. licet tu mihi probare vbi ad hoc allegat Bal.

LEX XI.

Opinatoribus. Exactor militaris annonæ nullum debet cum prouincialibus habere cōmercium ad hoc vt omnem summam possit infra annum cōferre. h. d. Bar. Vel dic latius, quod exactores annonæ non debent discurrere per prouinciam, & exigere annonam sed a præside vel a iudice loci debent illam suscipere, vt illam restituant, vt inde possit fieri distributio, vt supra eo. l. fortissimi. hoc dicit. Et intellige hanc legem ita quod opinatores id est exactores tributorum & annonarum, si soluere distulerant infra annum non habeant commercium id est litigium cum collatoribus: sed adeant præsidem vel iudicem loci, qui soluere faciant, vt s. de exac. tri. l. apparitores, & l. missi. & de cauo. lar. ti. l. neque: secundū Odoff.

LEX XII.

SVMMARIVM.

1 *Frumenti pretium qualiter sit æstimandum.*

Septem. Olim erant septē dies in anno quibus tribunis prætorianis species resistentes ligna: fœnum & bladum dabant pro minori pretio quam aliis daretur, quod erat nomine stellaturæ hoc est pro emolumento alicuius officij, quòd hoc remouetur, vt de cætero dictæ species eis pro minori pretio non dentur: sed secundum ꝙ in foro venalium vendi poterant. h. d. Et sic hodie non habent priuilegium ante alios dictis septem diebus secundum Odof. Vel sic olim species quę deferebantur in ærariū pro annona militum emebantur vilius quā aliæ species, quia forte per septem dies nullus audebat emere priusquam essent emptæ species pro annona. pro hoc prohibet fieri Imperator, & vult ꝙ emantur sicut cæteræ res in foro rerū ve-

1 nalium. facit infra de cohor. l. speciebus. An. Et sic secundum vnam lecturam. no. hic casum ex-

a pressum ꝙ quantum frumētum[a] valeat vel aliæ res mobiles venales nunquam debet inspici nisi in loco publico fori, & quantum ibi vendi potuissent, vnde si res potest vendi multo plus vel multo minus, sed non in foro non debemus inspicere illum locum, sed æstimationem semper considerare debemus, secundum locum publici fori. Bar. & Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Quantum frumentum valet in foro, & non alibi est considerandum. De quo per Bar. in l. cum emptor. §. si. ff. de dam. infecto. & in l. non intelligitur. § diui. ff. de iur. fisci Bal. in l. 1. col. pe. vers. & si æstimatores supra de rescin. vend. & Panor. in c. cum Ioannes. extra de fi. instrum.

LEX XIII.

Lege. Si miles speciem aliquam a qua exclusus est, vt supra eo. l. fortissimi, & l. nulli tractat habere iterato, vel erogationes antiquas secundum ꝙ statutæ sunt, vt supra eo. l. 1. & l. fortissimi, & l. prouincialium, & l. excellētia. tentauerit immutare, dux si hoc facere tentauerit in c. libr. auri punietur, & eius officialis in tantumdem; nisi punierit facientem insuper, vt sacrilegus & legum contēptor puniri poterit, hoc dicit. est ergo sacrilegus legum contemptor seu violator, vt supra vt dign. or. seruetur. l. 1. & de domesti. l. r. Odoff.

LEX XIIII.

SVMMARIVM.

Legato facto priori de certa summa, deinde singulis prædicatoribus de alia summa, an etiam prior debeat de altero legato participare.

His scolaribus. Sunt scolæ. i. militiū societates, vt supra de priui. sco. per totum. in quibus milites stant, & examinantur & milites, dicitur ergo hic quòd si aliquis

aliquis dictorum scolarium diu laborauerit, & moruerit numerum suum gubernare: hoc habet priuilegium, quia de annonis fiscalibus datur sibi vnus solidus per opinatores, i. exactores. Item nihilominus eis dantur annonæ quas meruerunt occasione tabellationis, sicut aliis militibus, & hoc debet eis solui quando annona aliis erogatur, vt supra eo. l. 1 & l. fortissimi. & l. excellētia. sed si aliqui mortui sunt omnia sibi debita occasione militiæ, & occasione regiminis sui ad hæredes suos transeunt. h. d. secundum Odof. Hæc l. alleg. quidam legauit priori prædicatorum. 10. pro tunica, deinde legauit singulis prædicatoribus. 5. quæritur an etiam prior debeat habere 5. & dic q sic per. l. istam. & hæc. q. determinatur per dictas. ll. nam quia generalis prouisio, & specialis vadunt circa idem, & c. per specialem prouisionem derogatur generali. vbi autem generalis prouisio, & specialis tendunt ad diuersa, tūc non derogatur, sic concordantur duæ. ll. contrariæ. ff. de alimen. le. l. alimenta. §. Basilicæ, & de annu. le. l. qui Marco. Iac. Rebuffi.

LEX XV.

Annonas. Sicut annonæ præbentur militibus, vt supra per totum, ita & officiariis sacri palatij, & sacris scriniis, & diuersis officiis: quæ annonæ olim cum dispendio prouincialium exigebantur ab eis: hodie vero exigentur: sed tam annonæ quæ militibus præstabantur quā aliis officiis a sacro ærario præstabantur, & eis taxatis illis pretium taxatum soluere facit nomine sportularum. h. d. & secundum hoc corrigitur supra eo. l. mili. & l. sicut. Vel dic secundo q non corriguntur, quia vt olim ita hodie a prouincialibus præstabuntur collatoribus, vt infra ti. 1. l. 1. no. sed non vltra debitum petatur ab eis, q olim fiebat, vt supra eo. l. cænaticorum, & l. opinatoribus. Et si non sufficiat, ab ærario dabitur, & præstabitur, q decst, si pretium taxatum cum annonariæ species plures non habeantur. arg. supra eo. l. nulli. h. d. Vel dic tertio quòd olim in prouinciis exigebantur annonæ: ita & hodie exigūtur: sed quia exactores pro officiis sacri palatij missi de quibus hic dicitur male exigebant a prouincialibus, & sic eos grauabant quod esse non debet, vt supra eo. l. 3. forte ideo annona præstabatur in dictis officiis in speciebus exactis: ideo ne hoc amodo fiat præcepit Imperator, vt ad similitudinem erogationis militaris annonæ non in speciebus: sed in pretio limitato fiat erogatio. & sic cum non habeant annonam nisi certum pretium, & non vltra nil exigatur a prouincialibus vltra debitum. h. d. & iste intellectus litteræ consonare videtur rationi. Odof. Vnde hæc. l. dicit hoc in effectu: annonæ debitæ in publico vniuersis officijs, & sacri palatij ministris sacrisq; scriniis, & cæteris adminiculis dignitatum præberi eis debent in pretio taxato, hoc dicit Bar. Iac. Rebuffi.

LEX XVI.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores deputati ad soluendum stipendia non possunt soluere per substitutum.*

2 *Stipendium militum an possit per procuratorem recipi.*

3 *Sequestrum non debet fieri, nisi constet de debito per publicum instrumentum. testis præsumitur iuratus, ex eo quòd in eius depositione scriptum reperitur eum iuratum deponere.*

4 *Testis debet reddere rationem sui dicti per sensum actui congruentem.*

5 *Administrator publicus debet iurare, & etiam executor testamentarius.*

6 *Officiarius an possit per substitutum seruire.*

Iubemus per hanc. Hæc l. mittitur magistro equitum. Et dicitur primo quòd erogator annonæ iurare debet se officium legaliter, & secundum iustitiam peracturum, & sua manu debet numerare militibus annonam eis debitam. Secundo in §. hoc videlicet, dicitur q si actuarius qui debet erogare, vt supra eo. l. actuarij, & l. excellentia mutuet aliquid alicui militi seu militibus siue ad vnum annum siue ad plures, potest paciscei; vt pro quolibet solido tremissem recipiat, i. tertiam partem solidi occasione lucri; vltra autē ex pacto recipere non potest sub prætextu prolixitatis temporis. Tertio in §. si qua tamen, dicitur q si prætextu pactionis inter militem & actuarium aliqua cōtrouersia oriatur per instrumenta veritas inquiratur, & quæstio terminetur, interim pecunia sequestrata ad petitionē actuarij, donec inter eos lis finem debitum accipiat. Quarto in §. super his no. ad euidentiam q non debet dari licentia seu commeatus vltra quam 30. militibus, vnde si quæstio inter actuarium, & milites qui habuerunt cōmeatum super prædicto lucro: sic debet tantum sequestrari pecunia quæ debetur 30. militibus non vltra sed sequestratio fiat penes deuotissima principia. Si tamē actuarius de pactione docuerit per instrumentum publicum, vt cum milites redierint de absentia prædicta principalis quæstio terminetur, & si tribunus vltra 30. militibus dederit cōmeatum, tunc erogator annonæ nulla stipendia det illis qui fuerunt absentes vltra dictum numerum de 30. Sed illa stipendia redeant ad vtilitatē publicam vnde processerunt, tribunus autem de suo proprio soluet stipendia illis militibus, quibus indebite dederit licentiam se absentandi. s. vltra numerum de 30. Item dictus tribunus antea nō potest deserere suum officium, quam seruauerit eos indemnes. Quinto in §. hoc etiā adijciendo, dicitur q decem primates ex deuotissimis principibus, & quodliber caput scolæ iurati debent deponere apud acta sub suo conspectu vnumquenq; militem recepisse de manu erogatoris annonam & debitam, & hanc relationē tribuno, & deuotissimis principis transmittere de tribus mensibus in tres menses, & postea notificare principi. Sexto in §. hoc videlicet, dicitur q erogator intra duos vel tres vel quatuor menses secundum locorum distantiā faciat erogationē pecuniæ publicæ militibus: quod si non fecerit sed facere distulerit, omne resarciet principibus quod ex non erogatione sunt passi. Septimo in §. scientibus, dicitur quòd si erogator huius. l. præcepta violauerit aut in suo officio aliquod scelus commiserit, aut alias hæc constitutio non fuerit seruata, miles qui contrafecerit

non

non solum cingulo militię priuabitur, sed etiam bonorũ publicationem sustinebit, & exinde erogationis solicitudo ab officio magistri equitum ad alios transferetur, nisi violatorem manifestauerit principi vel magisteriæ potestati per quẽ ad aures nostras referatur, vt sic puniatur, vt dictum est, & si vnus duo pluresve milites læsi fuerint: quia huius cõstitutio non seruatur vnus vel duo comeatum accipiant, & nobis referant, & probent in quo læsi sunt, vt sic violator constitutionis puniatur. Octauo in §. illud, dicitur ꝙ si aliqui milites moriãtur pecuniæ eis debitæ tempore mortis per erogationem omnino soluantur eorum defunctorũ vxoribus & liberis, vt dicit ex recollecta. Odof. An. de Bar. & Bar. & alio
1 rum notatorum. In tex. ibi manu sua. no. ex hoc tex: ꝙ conseruatores monetæ ciuitatis qui deputati sunt ad soluendum stipẽdia non possunt soluere stipendium per substitutum, sed sua manu
2 propria soluere. Bar. In tex. ibi per suã manum solutio. No. ꝙ stipendiarij non possunt constituere procuratorem ad suum stipendium recipiendum, quia per propriam manum ipsorum recipere debent, & ideo sint cauti gubernatores communis quod nũquam procuratoribus ipsorum soluant. Bar. & hac causa forte est obseruãtia in regno Franciæ, ꝙ stipendiarij & officiarij faciunt instrumẽtum seu apocam de recepto, & illam mittunt thesaurariis per aliquem nũtium, & quando est magna causa vel quãdo talẽ apocam mittunt ad partes longinquas, vtputa Parisius, tunc tale instrumentũ seu apocam faciunt corã aliquo magistratu, &c. In tex. ibi cũ actuario. no. ꝙ officialis publicus potest mutare pecuniam stipendiariis sub vsuris: tamen vsuræ nõ possunt transcendere tertiam partem eius, quod mutuatur vt hic, qđ no. Bar. In §. super his vere. no. ꝙ illi qui mutuauerunt pecuniam stipendiariis, si sibi satis non fit possunt eorum stipendia sequestrari. ar. tamen ꝛ. in l. stipendia. de excep.
3 rei iudicatæ. In tex. ibi pyctatia. no. istã literam coniũcto verbo protulerit, quod est.) quod hic est casus quod nõ potest petere fieri sequestrum de rebus alicuius, nisi debitum ostẽdat per publi-
a cum instrumentum [a], Bar. In tex. ibi de propriis facultatibus. not. ꝙ conseruatores monetæ qui dant quandoq; literam stipendiariis se absentadi contra formã statutorum: nam stipendiarij non debent habere stipendiũ per illud tempus à cõi, sed ab istis conseruatoribus Bart. In tex. ibi iuratus deponat. not. hunc tex. pro eo quod dicitur
b testis iuratus deponit [b], &c. Nam per hoc probatur iuramentum præcessisse vt hic, & l. Theopompus. ff. de dotę præle. tutius tamen est, vt de
4 iuramento appareat, vt ibi no. Dy. In text. ibi sub obtutibus. no. ꝙ testis reddens cãm sui dicti, debet reddere per sensum corporis actui ꝯgruẽtem vt hic, & l. testium. ꝛ. de testi. Vltimo hic apparet, ꝙ si testis dicit rem agitatã prout superius dictum est meo conspectui, quod valet & ꝑbat hic tex. In tex. dãnum. no. ex isto text. ꝙ ille qui tenetur soluere stipendium stipẽdiariis, si habet pecuniam, & negligit eis soluere, & ob hoc stipendiarij accipiunt pecuniam sub vsuris ꝙ ille tenetur restituere omnes vsuras, & omnia dãna
5 quæ incurrerũt occasione talis negligẽtiæ. Circa prin. l. no. ꝙ qui susceperit administrationẽ pub. habet iurare: quod facit vt executor etiam testamentarius teneatur iurare. pro quo etiã videtur. l. ꝛ. de dona. l. si quis pro redemptione, & de bonis auc. iudi. poss. l. fi. §. fi. & in auth. iusiuran. qđ præsta. ab his. circa prin. col. 5 & in auth. vt hi qui
6 obli. se ha. perhi. re. mi. §. fi. coll. 6. Item no. ꝙ qui suscipit officium debet illud peragere per se non
c per substitutum [c], & ideo quia videtur esse electa industria personæ. ad quod. ff. de solu. l. inter artifices. Sed videtur cõtra. l. ꝙ possit exercere per procuratorẽ vel per alium. ff. manda. l. inter causas. §. 1. & de admi. tu. l. ita autẽ. §. gessisse: sed non ob. quia vbi mandatur alicui officiũ ratione industriæ suæ, & tunc exercere non potest per aliũ: & sic loquitur. l. ista. arg. ꝛ. de condi. in pu. horre. l. 1. lib. 10. Si autem eligatur nõ ratione industriæ sed ratione personæ, puta quia est de parentela vel alias est ei fidelis amicus, & tunc poterit exercere per substitutum, vt in contrarium, & ꝓ hoc supra de ponde. & aur. illa. l. 2. Et ꝙ transeat ad alium vbi eligitur industria personæ probatur. ff. de statu libe. l. si statulibe. §. fi. & pro hac distinct. sunt. ll. ꝛ. de prædi. mili. l. minorũ. ff. de re. eorum. l. magis. §. ne tamen, & per ista determinatur dubium. mandaui tibi vt venderes librum meum, non vendidisti sed alij tradidisti, & ille vendidit. nunquid videaris satisfecisse mandato: dic ꝙ sic. dum tñ ego mandans non elegissem industriam personæ tuæ: quia tunc nõ videris satisfecisse, vt patet per. l. in contrarium alleg. Iaco. Reb. doct.

ADDITIONES.

a Not. sequestrum non debere fieri nisi constet de debito per publicum instrumentum Adde omnino Alciat. in l. si fideiussor §. fi. ff. qui satisda. cogan Panor. in c. 2. col. fi. extra de sequestra. posses. & fruct. quod tamen potes limitare per ea quæ notaui in apostil. ad istum in l. iustbus. in fi. in versic. per publicum instrumentum supra de agri. & censib. lib. 11.

b Nota si in processu dicatur testis iuratus licet non constet ꝙ testis iurauerit ꝙ processus valet. Adde pro hoc Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra §. testium depositiones nu 2. vers. secundo quæro, & quod ibi notaui in apostil. ad eum extra de proba. vbi tenet contrarium pro quo vide Panor. in c. tuis in vlti. col. ver. vltimo quæritur extra de testi. vbi dicit testem qui in iudicio deponit in dubio præsumi nõ iuratum nisi appareat etiam si notarius scripserit ꝙ talis testis iuratus, & examinatus deposuerit, idem tenuit Barto. in l. Theopompus in prin. ff. de dote præle. & Feli. in alle c. tuis col 4 vers. item inquantum dom. Anto. & do. Abb de testi.

c Qui suscipit officium debet illud peragere per se non per substitutum, & an aliquis possit seruire per substitutum, vide hic & in l. 1. num 2. & quod ibi notaui in apostil. ad istum in versi. per substitutum supra de prin. ageo. in rebus co. tit.

LEX XVII.

SVMMARIVM.

1 *Milites Perusij, si destinantur ad custodiam ciuitatis castelli, à Perusio debent habere stipendium.*

2 *Expensas an teneatur facere petens custodiã militarem.*

b scriptionem esse necessariam instrumẽto[b] alias non esset carens suspitione. pro quo sup. de contrahen. emp. l. optimam. & de conueni. fisci. debi. l. a. & ff. de iure fi. l. in fraudem. §. quotiens. cũ si. Circa quod quæritur si notarius videatur mihi suspectus vtrum possim petere vt remoueatur vel vt alius sibi adiungatur vel quid iuris. & dicũt quidam ꝙ nõ remoueatur sed quod alius sibi adiungat vt dicitur in iudice ordinario: quia etiam notarius est communis omnibus de prouincia sicut iudex ordinarius vt sup. de iud. l. apertissimi iuncto §. in auth. de tabellio. Sed credo contrarium ꝙ sit remouendus. nec. ob. quod dicitur ꝙ æquiparatur iudici ꝙ nõ est verum cum ꝑtãs notarii dependeat ex voluntate partium in auth. de tabellio. §. 1. & supra de adop. l. adoptio. vbi habes ꝙ non habet iurisdictionẽ sed ordinarius habet iurisdictionem. Item iudex non est voluntarius ideo redditur in inuitum. ff. de ver. ob. l. inter stipulantem. §. 1. de verb. sig. l. pupillus. §. in territorium. sed dic ꝙ potest æquiparari delegato. ff. de offi. eius cui mãdata. est iuris. l. 1. § fi. vbi habes ꝙ delegatus nihil habet ex se sic nec notarius aliquid habet nisi auctoritate creãtis in auth. de tabellio. §. ꝙ si vero præter, sed delegatus potest excusari & remoueri vt d. l. apertissimi ergo & notarius. & pro hoc in auth. de trien. & se. §. quod sæpe. Sed pone ꝙ notario suspecto fuit alius adiunctus: sed post in processu continetur in aliqua parte: ꝙ partes comparuerunt coram illo suspecto nõ coram alio. quæritur an valeat processus. & videtur ꝙ nõ per l. istam. Tu tamẽ distingue aut nomen illius notarii adiecti reperitur in principio processus generalis & tunc valet quia videt repetitum in qualibet parte. ff. de eden. l. 1. §. 1. de leg. 1. l. si seruus pluriũ. & hoc verum nisi ex hoc emineret magnum præiudiciũ: quia tunc credo ꝙ debeat apponi nomen vtriusque quãdo est in substantialibus processus vt in examinationibus testium & similibus vt in auth. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. & ad prædicta facit. l. si stipulanus fuero. § grisogonus.
4 in fi. ff. de verb. obl. In tex. ibi. §. omnia ibi mentione nor. ꝙ quando duo notarii faciunt vnum instrumẽtum ꝙ quilibet in sua subscriptione debet facere mentionem alterius. Iac. Reb.

ADDITIONES.

a An iudex per se habeat ptãtẽ conficiendi acta. de quo vide Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra falsam §. interlocutoriæ & appellationes. nu 64. & quod ibi notaui in apostil. ad ipsum in ver. iudex notarius. extra de proba.

b Subscriptio est necessaria in instrumento & rõ est qa subscriptio dicitur testimonium quasi testificare videatur qui se subscribit. vt not. Bal in l. fi in 2. no. sup. si cer. pe. & habet vim depositionis. vt no. idem Bal. in l. fi. in 3. oppo. supra de edicto diui adr. tol. & pro principali dicto huius dic ꝙ subscriptio est necessaria quia auctorisat instrumentum cui subditur ita no. Bar. & docto. in l. eo ꝙ in 1. no. supra si cer. per. & in l. diuus §. item senatus. ff. de fal. & quando sit necessaria vide Spec. in tit. de instru. edi § instrumentum col 12. versi. item ꝙ non est in tabellione. & quare requiratur, vide eundem Spe. in tit. de cita. §. iam de citatione ver. litteris igitur.

LEX XI.

Officio. Olim aute. l. ista m numerarii durabant per biennium nunc statuit ad petitionem officialium magistri officiorum vt durent tantum per annum. An. Iac.

LEX XII.

Per hanc. Hæc. l. est obscura & loquitur præfecto ꝓtorio p Illiricũ & dicitur ꝙ cum eius scriniarii siue numerarii vel officiales deposito hoc officio efficiebant tribuni ꝓtoriani ascẽdendo ad maiorẽ dignitatẽ vt sup. co. l. mili. recitabat sñia siue decretũ electionis hmõi, & aliqd eis dabat: mãdat idẽ obseruari in officialib. siue scriniarii ꝑfecti ꝓtorio Illirici q ꝓmouent ad comitiuã primi ordinis & hæc eadẽ obseruantur per omnia in officialibus Macedoniæ. An. & Odo. Iac. Reb.

De cursu publico angarijs & parangarijs.

Rubrica.

Quia circa facta militaria ac bellica ad tuitionem reipublicæ ordinata, de quibus

quibus supradictum est. Est necessaria portatio armorum, & annonæ & aliarum rerum circa p̄missa necessaria cum curribus animalibus plaustris & talibus ad hæc deputatis, & ius publicum tangentibus: ideo subiicitur hic tit. de cursu publico, de quo in toto isto tit. & de angariis & par angariis, & de quibus expresse in l. nemo. & l. nullus. tamen de illis innuitur per totum hunc titu. Iacob. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Equum fuste vel baculo percutiens conductor an teneatur si deterioretur.*

Equos. Ad euidentiam. l. not. quæ hic dicuntur in glos. rubricæ, & dicitur in hac. l. q qui præest tali cursui publico nō verberet vel faciat verberari equos destinatos militibus cursui publ. & portantes annonam & arma, & fustibus & lignis: sed tantum flagellis idest corrigiis vel auerta hoc dicit secundum An. In
1 tex. ibi lignis vel fustibus. not. optimam. l. cōtra conductores equorum ad vecturam, qui equos conducunt vt ambulent, & postea equum conductum percutiunt cum ligno vel fuste, sic q ex hac percussione equus deterioratus est. nam ad eum spectat periculum, quia non debuit eū per-
a cutere ligno vel fuste[a] vt hic. Sed si eum percusserit flagello vel calcaribus, & casu quo equus fuerit mortuus vel deterioratus, tunc nō spectaret ad eum periculum, quia licite potuit eum flagello vel calcaribus cedere. Bar. Iac. Reb.

ADDITIO.

a No. bonam l. contra conductores equorum qui equū percutiunt cum ligno vel fuste q teneantur illa sing. colligit & no. Bar. hic per istum tex. quem refert & sequitur Anto Corf. sin gu. suis in ver conductor. inci. aliquis conduxit equū. & quod ibi not. in apostil. vbi vltra rationem per eum ibi assignatam alia quæ mihi videtur potior datur ratio.

LEX II.

SVMMARIVM.

1 *Subditorum animalia & res non sunt vsurpanda.*
2 *Per loca deuia non est eundum.*

Præsidibus. Præsidibus & rationalibus dātur expensæ de publico pro certis equis. vnde non debent vsurpare para ueredos prouincialium idest plaustra pro deferendis rebus suis: sed accipiant ad vecturas. Secundo dicitur q illi qui vehunt cursum publicū non debēt ire per aliā viam, nisi quam totus cursus publicus ire dignoscitur, & hoc vt tollatur fraudandi occasio. & per omnia dicitur idem in fra co. l. si quis per. Tertio dicit q præfecto prætorio præsto est licētia idest præstita vtendi cursu publico idest accipiendi plaustra publica vel prouincialium, & ducendi res suas per locum
1 non consuetum. hoc dicit secūdum And. de barulo. Nota. ex primo dicto huius. l. non debere vsurpari animalia, & alias res subditorum. quod male seruant præsides & officiales nostri temporis, q cum de publico stipendia percipiant quotidie equos aliorum accipiunt ad quod. Lu dicibus. infra eo. And. In text. ibi paraueredi declarius quam glo. q paraueredus dicitur ductor plaustri idest bubulcus siue auriga, & dicit a para quod est iuxta & veredus idest equus. & sic iuxta equum ducentem redam a veho & reda: quælibet enim reda, idest quadriga habet vnū equū in medio cum Sella in quo equo equitat paraue redarius & ille equus dicitur veredus idest vehēs redam. ponitur ergo hic pars pro toto idest ductor plaustri pro toto plaustro, sicut in toto isto tit. ponitur veredus pro tota quadriga. Item auriga vocatur veredarius infra cod. l. non patimur.
2 An. Habetur ex hac l. q nulli permittitur ire per loca deuia nisi præfecto prætorio. pone, quòd rex concessit cuidam monasterio, q possit extrahere de quibusdam salinis quantum posset portare cum quadriga duorum equorum, ibi est mala via sic q modicum posset extrahere & portare per illam viam, voluit facere nouam viā ad hoc vt possit plus extrahere, & portare de sale, quæritur an possit? & videtur q non vt hic. & infra eo. l. si quis per publicum 10 fi. Sed in contrarium facit infra eo. l. parhippum in fi. sed dic primum verius per l. si locus. & l. & seruitute. ff. quē admo. serui. amit. & ar. ff. de auro & argen. leg. l. si ita. & quia videntur facere nolum inter in fraudem, vt posset vti ampliore sale ad quod in simi li. ff. de leg. 3. l. nomen. §. filio. nec obst. l. parphipum. in fi. quia ibi non erat damnum fisci, nec in aliquo grauabatur licet per alium locum iret, in quæstione nostra sic. Iac. Reb.

LEX III.

SVMMARIVM.

1 *Scrutari se de mercibus non permittens, est suspectus de fraude.*

Euectiones. Euectiones idest equitaturæ siue equi forte cum quibus est cursus publicus deferendus ab omnibus scilicet prouincialibus postulentur: alias seu aliter dicūtur euectiones res quæ deferuntur vt infra co. l. grauissimæ. Secundo dicitur q illi qui præsunt cursui publico, vt sunt agentes in rebus vt supra de curiosis. l. 2. non ante patiantur huiusmodi euectiones transire cursum publicum deferentes, nisi totius euectionis idest cursus puplici seriem aspiciant, & tempus statuant infra quod quid cum illo cursu publico transeat. si qs dominis agentibus lo rebus putauerit resistendum, & infra tempus vel vltra tempus cursui publico deputatum transire voluerit, retineri debe bit in via vbi repertus fuerit & iudicis arbitrio punietur, & magis plebeius quā positus in dignitate. & hoc dicit An. Barto. autem dicit sic, nullus iudex vel custos publici cursus pati debet per publicum cursum aliquē ire nisi vadens primo seriem suæ euectionis ostendat. & hoc volens resistere aut vltra tempus vehere vbi repertus fuerit retinebitur & secundum qualitatem personæ
1 per iudicem plectentem punietur. Et ex hoc nota. contra illos, qui reperiuntur in itinere, de quibus

bus est suspitio ne portent aliquid vltra deuectum.nam si non permittant se scrutari possent capi & retineri per custodes ad hoc deputatos,
a & ex sola resistentia[a] debent acriter puniri hic secundum Bart.Iac.Reb.

ADDITIO.

a Si aliqui reperiunt in itinere de quibus est suspitio vt portent aliquid contra deuectum si non permittant se scrutari possent capi & retineri per custodes & ex sola resistentia debent puniri. Adde Anto.Cor.sing suis in ver.gabella.lo 2.in cip. aliqui reperiuntur in itinere vbi refert & sequitur Barto. hic.

LEX IIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulio an teneatur ad gabellas.*

Parhippum. Ad euidentiā no. ꝙ euectiones & equi siue plaustra ad cursum publicum deputata a prouincialibus postulantur vt supra eod. l.euectiones, & non accipiūtur omnes veredi siue equi vel plaustra prouinciæ simul in quolibet cursu: sed qualibet vice accipitur quarta pars veredorum siue equorum vel plaustrorum vt infra eo.l.in omnibus. dicitur ergo hic ꝙ agens in rebus qui subtrahit & mittit equos siue veredos quos euectio cōtinebat idest cursui publico deputatos: quia sūt de quarta parte ad euectionē deputata, & alios veredos non deputatos ad euectionem, extra ordinem idest iniuste commouet idest deputat euectioni idest cursui publico,& sic releuat non releuandos, & mittit non mittendos vocatur parhippus vt hic manifestè colligitur & nota.in gl.infra eod.l.iudicibus in fin.& infra eo.l.si quis pro vna. Secundo ibi nihil autem, dicitur quòd agens in rebus cui euectionum cura mandatur, vt dixi supra eodem l.tertia siue velis euectiones idest equitaturas pro suo itinere siue pro mulionibus, cum quis mittit res publicas, non peccat dummodo non excedat debitum modum, & formam euectionis, & hoc dicit lex ista obscu-
1 ra,quam pauci intelligunt. Andre.Nota. ex isto text. quòd si gabellarii dederant mihi licentiam portandi mea Arnesia extra ciuitatem, & est descriptum, si ista Arnesia portentur postea per mulionem, si mulio non sit descriptus in licentia,sed solum ego, tamen licite poterunt p eum
a portari,[a] quod not.Barto.In tex.ibi habendum esse scilicet quantum ad hoc vt puniatur.l. contenta infra eo.l.iudicibus. in fi.an euectio continebit,vult dicere ꝙ princeps agens in rebus non debet equos positos ad veredam deducendam deligere,& alios non destinatos ponere, cū plures sint ad hoc destinati.And.nec ad crimē.i.aliquem super hoc accusandum vel etiam puniendum vt sup.And.& Iac.Reb.doc.

ADDITIO.

a Licite poterunt per eum portari. Adde iterum An. Corse. sing.suis in ver.gabella. lo 3. iuci.gabellarij portarum vbi ad hoc alleg hunc tex.& Bar hic.

LEX V.

Si quis. Istam.l. not.ad id quod dixi supra eo.l.2.Bart.

LEX VI.

Euectionum. Senatus siue vocetur ad principem siue recedat ab eo pōt vti publicis euectionibus. Alij autem vtentes publicis euectionibus contra vetitum puniuntur, vt sunt præsides, qui non pub. euectionibus, sed equos ad vecturam de proprio inueniunt vt supra eod.l.2.& infra eo.l.iudicibus.And.In tex.ibi veneratione, allegatur hic tex.quòd si citatus compareat, & facta comparitione illicentiatus recedat, quòd reputetur contumax, siue quòd non videatur comparuisse facit supra de decurio.l.si quis decurio.& ff. de excu.tuto.l.scire oportet. §. scire. & l. hic allega.3. gloss.& extra de procu.capitu.constitutus. & de iudi.c.1.& est expressum.18.di.c.si quis autem.& 11.q.3.c.certum.Iac.Reb.

LEX VII.

SVMMARIVM.

1 *Stercus iumenti pro mercede dat fiscus.*
2 *Via publica per quos debeat reparari.distinguitur.*
3 *Scolaribus recedentibus an palea & fimus pertineant ad hospitem.*

In omnibus. Sicut patet supra eod. l. euectiones prouinciales debent dare euectiones siue equos cursui publico deputandos non omnino simul sed qualibet vice quartam veredorum, quod expone vt sup, eodem l.2.& hoc primo. Secundo dicit ꝙ stabula prouincialium non sunt reparanda expensis publicis, sed propriis prouincialium, & satis est quod habetur pro hostelagio stercus equorum
1 hoc dicit Not.mirabilem mercedem,quam fiscus dat hospitibus suis scilicet stercus, quæ quodam modo fructuosa est in aliquibus locis sed
2 onerosa in aliis. Secundum hanc hæc.l.allegatur per quosdam si via pub. indigeat refectione,
a quis habet eam reficere, [a] & dicunt aliqui per hanc.l.quòd illi in quorum territorio est & pro hoc supra de operi publicis.l.turres. tu distingue,qa aut erat via vrbana;& tunc refectio pertinet vnicuique secundum quòd se extendit domus sua ff.de via publica.l.ædiles.§ construant. Aut est via rustica, tunc aut est publica & pertinet ad omnes possessiones illius ciuitatis. supra de operibus publicis.l. omnes. & in authen.de ec.titu.§.ad hæc sancimus.colla.9. aut erant viæ vici-

ADDITIO.

a Quis habeat ipsam reficere. Adde ꝙ notaui in apostil. ad istum in l per bithiniam nume 1.in ver. sicu.de sacrosan.ecc. supra de immu. nemini conce.lib.10. & ibi an ecclesia teneatur & verum conductor.

vicinales, sunt viæ inter vineas constitutæ & similes, & tales habent refici ad expensas illorum possessorum: aut est via priuata; & tunc refectio spectat ad illum in cuius territorio est. ff. ne quid in loco publico. Nec obstat. l. turres. quia hoc facit vtilitas vsus quem sequitur, & ideo onus habeat. ff. de regulis iuris. l. secundum naturam. &
3 de vsufruct. l. hactenus. Item allegatur hæc. l. an recedentibus scolaribus paleæ & fimus pertineant ad hospitem: & videtur quòd sic per. l. istā. Sed dic quòd nihil facit, quia isti hospitantes nihil dabant pro hospitiosis, quia gratis recipiebant: & ideo non mirum si in remuneratione hospiti remaneat fimus: secus est in scolaribus. nam si gratis essent recepti tunc bene idem crederem argumen. ff. ad exhib. l. celsus. §. idem celsus. & pro hoc. l. in ratione. ff. manda. l. idemque. §. idem labeo. & loc. & conduct. l. sed addes. §. si quis cum in annum. Iac. Reb.

LEX VIII.

Vt agendi, Quando cursus publicus destinatur non debēt omnes veredi simul destinari, quia cum cursu se impedirent: sed per singulos dies deni idest viginti. videlicet decem in eundo, & decem in redeundo contrafacientes puniuntur. & facit infra eodem l. fina. & expone veredi vt supra eodem l. secunda. hic ponitur pro tota quadriga vt ibi dixi. And. Iac. Reb.

LEX IX.

Iudicibus. Omnes iudices, & officiales exceptis præfecto prætorio, & magistro officiorum & senatu non vtantur publicis euectionibus: sed accipiant ad vecturas seu ad loquerium. fallit in legatis vt supra codē l. his tantum. Secundo ibi his & enim &c. Dicit quod iudices agentes in rebus qui præsunt euectionibus, illos tātum veredos in translatione publicatum specierum pro suo scilicet iudicis arbitrio destinabunt, qui ad hanc translationem fuerunt deputati, puta in quarta veredorum vt supra eodem. l. in omnibus. non autem pro alio deputabunt, alias erit qui hoc fecerit parphipus vt supra eodem l. parphipum, & punietur in vigintiquinque libr. aur. & hoc dicit Andre.

LEX X.

Grauissime. Grauissimè puniunt emētes & vendentes euectiones, idest res publicas quæ vehuntur, & locantes ac conducentes animalia cursui publico deputata. And. Bartolus autem dicit sic, super animalibus publicis ad euectionem cursus publici deputatis nullus contractus locationis etiam ad vecturam vel emptionis tenet, pœna grauissima contrafacientibus imminente. Bartolus.

LEX XI.

Nullus. Non potest aliquis priuatus vti euectione, etiam si imperiale rescriptum fuit impetratum quinimmo quia hoc nec magistratibus licet vt supra codē l. iudicibus. And. & Iac. Reb. doct.

LEX XII.

Quoniam veredorum. Veredorū sella computato freno cum pectorali non transeat vltra 40. libras auri. Si autem sit vltra sella cedatur per frusta, pectorale vero publicatur, exceptis rusticis, qui in saculis onere portant. hoc dicit secundum Barto. Andr. autem de Barulo dicit, quòd isti hypocomi, de quibus hic tex. loquitur. sunt vilani qui ducunt auricentenaria in saculis solitis idest valde bene ligatis, quia illa nō vehuntur cum sellis: sed forte cum barca vel dorso equi, & sunt basti. Et not. quod hypocomi dicunt ab hypos quod est sub, & comos quod est villa, & sic hypocomi. i. vilani qui sūt in villa, & sm An. hoc dicit. Sed quæ est ratio inter istos duos casus quod sella frustet, & pectorale applicet fisco. dic quod pœna pecuniaria apponitur in detrimentum illius, qui patitur supra de summa trinita. l. 2. in fine & l. 3. vnde ita est quòd Sella est in honorem illius cuius est supra de hono. vehicu. l. prima. Sed pectorale, & auerta fiunt ad decorem equi, vnde fit maius in dedecus cum illi frangitur Sella quod est principallus quam si applicaretur. Et hæc faciunt quod si quis portet vestes contra statutum super hoc factū, quod debeant frustari. supra de vestib. olobe. l. 1. & nulli licere in fine. lege vnica.

LEX XIII.

Non patimur, Prohibet hypocomos etiam vilanos veredariis idest aurigis vt dixi supra eodem. l. secunda. indigna spoliatione vexari, nam quidam veredarij huiusmodi vilanis auferunt segea idest vestes tenues, & abrasas, contrafacientes punit hoc dicit Andre. vel sic, non debent rustici qui hypocomi appellantur, ducentes equos per publicum cursum indigna spoliatione vexari pœna contrafacientibus imminentę. hoc dicit Bartolus.

LEX XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Muli debent onerari secundum onus, ad quod iuxta consuetudinem reputantur sufficientes.*

Publici. Exhibitio siue cura publici cursus & ordinare vbi curtus debeant onerari, est committenda vel curialibus alias curijs vel cohortalibus secundum consuetudinem locorum, vel quibus hoc iniungitur a præfecto. hoc dicit Andre. vel aliter. Cursus secun-

cundum consuetudinem debet onerari. hoc dicit. Ex hac.l. nota optimum argumentum quòd muli debent onerari secundum onus, ad quod portandum sufficientes secundum consuetudinem reputantur. & facit quòd si ego onerani equum vel mulum onere librorum, qui sufficiēs reputabatur ad tantum pondus, Sed cum fuerit oneratus cecidit ex pondere, & fortè mortuus fuit, quòd ego non tenear, quia permissum est mihi ipsum onerare secundum consuetudinem & muli sufficientiam. Bar. Iac. Reb.

LEX XV.

Si quis per vnā mutationē.

Alias p̄ vna mutatione, & d̄r hic q̄ punit̄ agēs in rebus, qui mittit veredum non mittendum, & relevat mittendum. Et sic punitur pro tali mutatione saltem pro vna idest si etiam semel hoc fecerit. facit supra cod. l. parhippum. & l. iudicibus secundum Andre. vel sic mittens equum in cursum publicum non mittendum, quadruplū precij dicti equi fisco restituat hoc dicit Bart. Iacobus Rebuffi.

LEX XVI.

His tantummodo. Legati gētiū principi non subditarum cursu publico possunt vti. hoc dicit cum gloss. Et nota argumentum pro ambasiatoribus Florentiæ, vt possint onerare equos communis Perusij pro portandis rebus eorum perusij secundum Bar. Iac. Reb.

LEX XVII.

Nemo. Subtrahens mulionem mutationibus: idest euectionibus deputatum decem libras argenti persoluat. hoc dicit secundum And. Bar. Iac. Reb.

LEX XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Statuto potest caueri, vt tyronibus ciuitatem aduenientibus annonæ pro tanto pretio tradantur, dummodo non sit nimis vile.*

2 *Equus si deficiat ex defectu pabuli, conductor tenetur ad interesse.*

Animalia. Duo mala faciebant mancipes siue apparitores agentiū forte in rebus: quia pro animalibus publicis cursu publico deputatis a prouincialibus maiora pabula, quàm debebant exigebant: quia animalia debitis pabulis defraudabantur: quia non dabant eis integram præbendam, sicut faciunt muli scutiferi, & sic animalia vexabantur, quare mandat imperator vtrumque vitium emendari: & hoc disponat magister officiorum, & neque pabula mutationibus desint & euectionibus sine equis: sic exponit supra d. proxima. neq; prouinciales vltra debitum onerētur [a] Andreas.

1 Nota quòd potest fieri statutum, quod cum tyrones vel aliqui magnates communis Perusij veniunt ad ciuitatem, quòd præbenda annonæ non possit vendi nisi tanto precio dummodo

2 precium non sit magis vile quam debeat. Item nota quòd cum equus male habet ad comedendum non potest ambulare, & sic facit contra conductores equorum ad vecturam, qui non dederunt eis bene comedere: quia si made facti sunt, tenētur ad interesse per hanc. l. cum gloss. quod not. Vltimo est in argumētum l. ista quòd conductor equorum ad vecturam non tenetur dare tantum de præbenda ronsino cum est cara: quantum cum est vilis vel cum iusto precio venditur. Bartolus. Iacobus Rebuffi legum professor.

ADDITIO.

a Vltra debitum onerētur. Adde Barto. in l. qui insulam. §. qui mulas ff. loca. Flo. in l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad l. aqui. & Alex. in l. si vt certo. in prin. ff. commo.

LEX XIX.

Comperimus. Curiales & prouinciales non tenentur ad præstandum animalia indebita ad cursum publicum, dum grauantur: quia satis est si conferant in pabulo, & pecunijs equorum deputatorum cursui publico. Barto. Hæc lex facit contra barones nostri temporis qui licet habeant certa emolumenta a subditis & vltra hoc habeant certa stipendia occasione guerræ, ad quæ stipendia etiam subditi compelluntur per impositiones, talium impositionum & gabellarum & aliarum indictionum, quod ista grauamina non debeant amplius compelli ad subueniendum dominis pro equis emendis, aut alias, vt est hic tex. expressus ad quod supra vt rustici ad nullum obse. deuo. l. 1. & 2. lib. 11. & in auth. de man. prin. §. illud. Iac. Reb.

LEX XX.

Nemo. Prohibet ducem & suum officiū vti in itineribus cursu publico vel angarijs, & non accipiant aliena animalia, vel non vtantur euectionibus publicis, sed proprijs iumentis vel accipiant ad vecturam. Idem dicit secundo in cohortalibus. Tertio contra facientes punit & facit supra codem l. iudicibus. And. vel sic nullus dux postquam ducatum suum intrauit vti debet cursu publico, sed iumentis proprijs: quod etiam obseruatur in officialibus cohortalibus poena contrafacientibus iminente. hoc dicit Barto. Nota. in princip. huius l. duces postquam intrauerunt ducatum suum non debere vti veredis. Item nota. licitum esse etiam nobilibus vti iumentis, vt hic: de quo quidam verecundantur secundum Dulium Iacobus Rebuffi.

LEX

LEX XXI.

Nullus. Etiam ecclesia tempore expeditionis non excusat ab angariis & parangariis. Et not. hanc l. contra clericos, vt teneantur ad collectas quæ imponuntur ad defensionem contra gentes armorum, cum veniunt in patria deprædando, currendo, & occidendo secundum Barto. de quo scripsi supra de exact. trib. l. si diuina. In text. ibi tempore expeditionis, scilicet quo transit exercitus principis. Andreas.

LEX XXII.

Cursum. Loquitur præfecto prætorio orientis, & prohibet cursum publicum fieri in prouincia orientali idest vt in illa prouincia non accipiantur animalia prouincialium ad angariam pro deferendo res publicas: fallit cum est ibi vel transit inde exercitus imperialis, & pro translatione armorum, in quibus casibus cogetur tota prouincia ad euectiones, & plaustra seruata consuetudine. legatis vero transeuntibus per orientem dabunt euectiones ad vecturam non gratis vt supra. & merces alias: alias non merces &c. soluetur ab archa præfecti prætorio. Vltimo dicitur quòd tractorias idest litteras in quibus continetur data licentia vehendi animalia solus præfectus prætorio poterat indulgere. hoc dicit secundum Andr. Allega. hæc lex, q si scolaris vult recedere de studio, & veniat ad quendam qui habeat equum, quem consueuit locare, quòd compellatur ei locare, quoniam scolares sunt priuilegiati: sicut dicitur hic de istis. & pro hoc gl. supra loca. l. exceptio. dabit tamen salarium quod consueuit communiter præstari ar. insti. locati. §. 1. ff. cōmunia præ. l. venditor. §. constat. Iac. Reb.

LEX XXIII.

Iubemus. In l. ista prohibet per orientalem tractum ducere vel mouere vltra vnum veredum idest cursum, licet propriè ponatur pro equo ducente cursum, vt supra eo. l. 2. & vnum parauere dum nisi specialis euectio plurium animalium alicui a principe concedatur: & nisi sit facienda fiscalis auri translatio: in quo casu tot animalia poterunt duci quot ad translationem illam necessaria sunt. Vltimo punit contrafacientes. hoc dicit secundum And.

De tractatorijs & statiuis.

Rubrica.

Quia circa cursum vehendi, de quo supra dictum est, in titu. præcedenti sunt necessariæ tractatoriæ litteræ licentiæ secūdum communem intellectum, de quo habetur hic in rubrica, ideo sequitur hic titulus de tractatoriis &c. Iac. Rebuffi.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Licentia concessa extrahendi aliquid extra territorium, quot dies duret.*

Tractatores. Multis modis exponitur in rubrica hoc verbum, secundum tamen expositionem credo veriorem, vt dicantur tractatoriæ litteræ continentes licentiam vehendi equos cursui publico deputatos: vt supra titu. 1. l. penul. Dicitur ergo primo iste qui habet istas tractatorias siue licentiam debet incohare &c. infra biduum. Secundo dicitur quòd non dantur aliis huiusmodi tractatoriæ nisi deputatis ad equos prædictos ducendos, & reducendos. Tertio dicitur, quòd in corpore tractatoriarum, idest in libro in quo scribitur dies datæ licentiæ scribitur primo biduum supradictum ad arripiendum iter: & alii quinque dies scribuntur, & dantur in quibus possit morari & quiescere in itinere, vbi si pluribus diebus moram fecerit, capietur in loco, vbi inuenitur. Andre. vel melius licentia data pro animalibus vehendis ad arripiendum iter debet biduum continere, ad moram vero trahendum quinque dies tantum, & nullum debet dari pro se & necessariis sibi personis, nisi illis tantum qui animalia vsui publico deputata persequuntur. hoc dicit. Et nota ex hac. l. optimum argumen. quòd si alicui est data licentia de extrahendo certum frumentum extra ciuitatem licentia non extenditur vltra numerum septem
a dierum,[a] quorum quis habet duos pro arripiēdo iter, alios vero quinque pro itinere faciendo, quæ faciunt etiam pro licentiis quæ dantur per gabellarios portantibus sal extra districtum secundum Bar. Iac. Reb.

ADDITIO.

a Numerus septem dierum. Adde Anto. corse. sing. suis in versicu gabella titu. vlti. incip. si alicui est data licentia vbi refert & sequitur Bar. hic per istum tex. de quo vide Ludo. Roma. idem volentem in repe. rubr. de ac. col. 19.

De apparitoribus præfecti prætorio & priuilegijs eorum.

Rubrica.

Quia supra visum est de præfectis prætorio, & eorum dignitatibus in titulo de præfectis prætorio, etiam in multis aliis titulis superioribus: nunc videndum est de eorum officiariis, & apparitoribus & eorum priuilegiis, de quibus subiicitur de apparitoribus &c. quoniam apparitores dicuntur, quia faciunt apparere gentes coram officiariis, qui alibi dicuntur nūtij alias exceptores & aliis multis nominibus vt not. in auth. de jud. §. nullo. super verbo exceptoribus. coll. 6. Iac. Reb. Doct.

LEX PRIMA.

Præfecturæ. Cornicularijs hoc honore præfunctis cōceditur adorare

adorare principem, & ab omnibus muneribus personalibus, pcipue susceptionis immunitas indulgetur. hoc dicit And. & idem Barto. Iacobus Rebuffi.

LEX II.

Præfectiarios. Præfectiarios idest officiales præfecti prohibentur se immiscere propriis quæstibus aut prouincialium. Item prohibentur gerere custodiã publicorum hortorum, vel curiarum ius non assumant, idest officium curiosi; quasi dicat sint agentes in rebus, contrafacientes puniuntur. hoc dicit secundum Andream & Barto. Iacobus Rebuffi.

LEX III.

Cornicularij. Cornicularijs & numerariis præfecti post finitum officium indictionum immunitatem indulget, & etiam priuilegium fori. Secundo versi. huic sanxioni &c. dicit quòd si aliquis prædictorum sine legitimo successore decessit intestatus non ad fiscum vel aliorum bona: sed ad præfectum defertur eius hæreditas. Tertio in versic. scriniarlis &c. dicit quòd prædictis in prima militantibus legione concedit priuilegium fori. & hoc dicit Andre. vel breuius cornicularij idest primi scriniatij numerarij præfecti prætorio sortita laborum requie priuilegiis hic insertis gaudent. hoc dicit Bartolus. In text. in versic. huic sanctioni. an autem barones habeant bona suorum subditorum decedentium sine hærede? & videtur quòd non: quia talia reputantur regalia. in feud. quæ sunt regalia. capitulo primo. Item quia bona vacantia spectant ad principem. supra de bonis vacantibus. l. prima. & l. vacantia. Contrarium tenent communiter doctores, cum barones habeant communiter hodie imperium, quod est diuisum. & nota. supra de studiis libera. vrb. Ro. in rubrica, vt sic etiam habeant confiscationes & similia; pro quo quia barones purgant terram suam ab hæreticis. in feud. de statu. & consuetudi. contra li. eccle. fac. §. si vero dominus temporalis. & de pa. te. & eius vio. §. si clericus. & §. si iudex. Iacobus Rebuffi.

De apparitoribus præfecti vrbis.

Rubrica.

Viso de apparitoribus præfecti prætorio sequitur videre de apparitoribus præfecti vrbis.

LEX PRIMA.

Præter. Officialibus præfecti prætorio & præfecti vrbis tantum conceditur post finitum officium principem adorare: quod omnibus aliis officialibus denegatur in prouinciis constitutis hoc dicit. Et no. quod honor est adorare principem vt supra tit. j. l. ij. interdum autẽ salutatur. l. 1. And. & Iac.

LEX II.

Quicunque. Punitur apparitor præfecti vrbis qui pistorem concussit, vt perpetuo paneficij nexibus alligetur idest efficiatur de corpore pistorum qui panem faciunt. Et hoc si habes paneficij. & cru spe cisic contra. l. ne quis supra de pœnis. alias beneficij etiam est plana. And.

De apparitoribus magistrorum militum & priuilegijs eorum.

Rubrica.

Quia etiam magistri militum habent apparitores, ideo sequitur de eis videre subijciendo rubricam de apparitoribus.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Militem se dicenti an & quando credatur.*

Qui sese. Apparitores magistrorũ militum a muneribus sunt immunes. & ita ad nulla munera vocantur concor. supra titu. 2. l. 1. In tex. ibi super verbo monstrauerit. quid si probari non potest; quia matricula est amissa, vel est in remotis partibus dicit quòd

a postquam est in actu militiæ creditur sibi [a] arg. in authen. vt li. ma. & anie. §. quod autem. & ff. de re militari. l. 3. §. penul. & de excusatio. l. scire §. sufficit. Et idem dicerem in clericis & sacerdotibus si nõ habeant litteras qualiter fuerint promoti postquam sunt in tali statu alias habitu. & facit quod nota. supra lo. matri. l. si quidem melius. extra de senten. excommun. capitu. si iudex. lib. 6. & facit quod ille, qui factus est miles in remotis partibus, & vult collectitare suos homines ad hoc obligatos, quòd si negent eum militem debeant credere suo iuramento. argumen. contra huic. cum dicit monstrauerint & infra de cohor. l. 2. & de diuer. offi. l. probatorias. & l. in his. sed dic vt supra. Item facit quod si sint plures iudices habentes notarios vel seruientes sub se quilibet puniat suos officiarios in sua iurisdictione delinquentes. & facit supra de palati. l. viros. & de agentibus in re. l. ex eo. de offi. rect. prouinciæ. l. in officiales. & hoc nisi sint supranumerum vt hic. Item ad hoc allega. supra de offic. præfec. præto. orien. l. si quos. & l. de ordinario. & ff. de pœnis. l. si quis forte. §. si quos comitum. Iacob. Rebuffi.

ADDITIO.

a Creditur sibi. Adde Bald. docto. & pe. de sen. in l. si solemnibus supra de fi instrum. & an clericus possit per testes probari vide guidonem Papæ in deci. 341. & quod ibi notatur in apostil.

LEX II.

Qui in officio. Apparitores prædicti sũt in ordine militari. hoc dicit. An. & Iac. Reb.

LEX III.

Probari. Cohortales & censibus astricti nō possunt esse apparitores magistri militum. hoc dicit Andr.

LEX IIII.

Numerarios. Numerarij magistri militum tam præsentium & illorum qui sunt cum principe quam illorum qui sunt in oriente post finitum officium socientur tribunis prætorianis, & ab omnibus indictionibus & muneribus sunt immunes. illi vero magistri militum, qui functi sunt munere principatus: quia maiores inter alios fuerunt tribunis vigilum militaribus aggregantur, de quibus tribunis dicitur supra de comiti.rei mili. l.1. Andr. & Iaco. Rebuffi.

LEX V.

Eos. Officiales magistri officiorum qui sunt infra numerum, habent fori prærogatiuam, qui sunt vltra numerum prærogatiuam non habent. hoc dicit And. Et facit ꝙ canonici expectantes non habent vocem in capitulo: ad quod. ff. de peti. hæredi. l. item veniunt. §. illud. & not. per doct. in auth. de defen. ciui. §. interim. colla. 3. & intelligo expectantes qui sunt vltra numerum constituti vt hic. Sic est de seruientibus armorum de quibus propriè loquitur hic tit. Iac. Rebuffi.

De apparitoribus proconsulis & legati.

Rubrica.

Quia Consules & eorum legati habent apparitores sunt, & nominati in præcedentibus: ideo sequitur hic rubrica de apparitoribus proconsulis, &c.

LEX PRIMA.

Officio. Obsecondans proconsuli vel legato non debet esse curialis vel astrictus alicui corpori: & si astrictus est debet restitui, & tales apparitores debent esse 40. h. d. cum. ll. sequenti. Et not. ꝙ magistratus ciuitatis debet esse membrum ciuitatis. Bar. And. de Barulo ponit casum sic in l. ista. prohibet curialem alicuius ciuitatis vel aliis corporibus annexos puta pistores, fieri apparitores procōsulis Africæ: & si facti fuerint restitui eos suis corporibus. h. d. And. Et facit hæc. l. officio. in fi. quòd quando rex vocat comites & duces, & alios maiores sui regni ad exercitum, quòd debet eis mittere barones, & alios nobiles subditos illis qui sic vocantur, vt veniant cum illo duce vel comite ad exercitum, & in eorum comitiua, & est expressum in feu. de allo. §. fi. ad quod facit. ꝫ. l. proxi. Iaco. Rebuffi.

LEX II.

Apparitioni. Idem dicit quod superior nisi quòd taxat numerum apparitorum procōsulis Africæ. & not. quòd diuersa officia dicuntur membra reipublicæ. An. & Iac. Rebuffi.

LEX III.

In proconsulari. Proconsul postulat à prouincia sua quod consuetum est nec impudēter se vel operas suas inserat secundum Andream. Iac. Rebuf. legum comes.

De apparitoribus comitis orientis.

Rubrica.

Etiam Comes orientis habet apparitores: ideo de his subijcitur. Iac. Rebuffi.

LEX PRIMA.

In officio. Hic taxat numerum apparitorum comitis orientis, qui numerus abundanter sufficit secundum And. qđ multis bene facit, vt dominus non debeat ponere seruientes in castro, nisi solum illos qui sufficiunt ad custodiam. & ad officium necessarium facit quod not. in authē. de iudi. §. his qui causas colla. 6. Iaco. Rebuffi.

De cohortalibus & principibus cornicularijs ac primipilaribus.

Rubrica.

Visum est supra de multis apparitoribus in tit. præcedentibus, qui sunt astricti ad citandum, & ad faciendum apparere eos, qui habent agere coram officiarijs, de quibus not. in authen. de iudi. §. nullo. super verbo exceptoribus colla. 6 & scripsi supra de appa ri. præfec. præto. super rubrica: verum quia sunt aliqui astricti cohorti seu officio cohortis pistorum seu monetariorū aut multorum aliorum, ideo subijcitur hic titulus generalis, de cohortalibus: ideo quia sunt cohortati seu astricti alicui officio, vt not. hic in glo. rubricæ, & de quibus infra cod. l. officia, & l. quicunque la. 2. & l. si quis & l. si cohortalis, & l. fina. & de principibus. Isti principes erant maiores aliorum, vt not. per glo. & in l. pen. supra tit. 3. Cornicularijs declara, vt no. supra de apparito. præfec. præto. l. 1. & primipilaribus. de istis habetur infra eo. l. solita, & l. quicumque, la 1. & l. ordinariorum, & l. speciebus, & l. si quis & l. nullum. Iac. Rebuffi legum comes.

LEX PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Cohortalis an possit aliquem incarcerare, & vtrum malefactorem in crimine deprehensum possit capere & iudici tradere.*

2 *Carcer an sit meri imperij.*

Iac. Rebuffi, super Cod. Cc Om-

Omnes. Stationarij qui irenarchæ dicuntur seu vocantur non debent facere exactiones, nec aliquem incarcerem mittere, etiam si crimen sit manifestum; contra faciens punitur. h. d. Bar. Et intellige hãc l. ꝙ ratione huius officij sibi commissi non potest incarcerare aliquem tamen malefactorem deprehensum in crimine bene potest capere, & iudici tradere, quoniam etiam priuatus hoc facere posset, vt ff. de adulte. l. capite quinto. Item ꝙ exercens iurisdictionem quam non habet, vel vltra terminos suæ iurisdictionis, & idem in seruientibus ꝙ capi
2 taliter puniantur. Item allegatur hæc l. ꝙ carcer est de mero imperio pro quo l. 2. ff. de in ius vocan. quod est verum quando competit maiori iudici habenti merum imperium, secus si non habet merum imperium: quia tunc non est imperij, sed iurisdictionis de quo per Doct. in l. 2. ff. de iurisdi. om. iudi. quod apparet quod non sit semper imperij, quia quandoq; competit etiam priuato. ff. quæ in frau. credi. l. ait prætor. §. si debitorem, & l. capite quinto. ff. de adulte. Iacob. Rebuffi.

LEX II.

Nullus. Nullus iudex volentem militare approbare debet sine sacra probatoria, nec permittere vehere exceptis prouinciæ officialibus qui cursus publici solicitudinem sustinent. hoc dicit Barto.

LEX III.

Solita. Priuilegia solita concessa per diuũ Diocletianum principem confirmantur: & etiam extenduntur, vt hic describitur hoc dicit Bar. vel dic clarius cohortalibus priuilegia siue immunitatem indulget, vt nec ad officium bastagæ nec ad nauiculariorum munus eligantur inuiti, vt eandem prærogatiuam prædicta officia recusandi concedit cohortalibus, qui fuerunt in officio primipili, & si habeas post dictionẽ primipili dictionem pastus, vel faustus ordina, & expone vt in glo. si non habeas sic ergo litera est plana. Item expone literam bastage, & vastage, & vtrunque officium publicum erat quod gerentes bastagarij dicebantur idest qui rusticos ad bestiam quintam principi dandã cogebant, vt supra de murileg. l. 3. & l. æternam. An. Iaco. Rebuffi.

LEX IIII.

Officia. Officiales rectorum prouinciæ comprobati per principem priuilegijs cohortalium gaudent hoc dicit An. & Iaco. Rebuffi.

LEX V.

SVMMARIVM.

1 *Antiquior causa est præferenda: ex quo infertur ad legatum factum per habentem duos equos legando vnum hospitali alterum alteri monasterio cui sit danda facultas eligendi meliorem num. 2.*

2 *Ordo scripturæ attendendus.*

Quicumque. Primipilarius osdrosenæ prouinciæ si multos habet filios, vnum loco sui substituat: alterum tradat curiæ: alios vero deputabit militiæ, cui volet: si vero duos tantum habeat satisfaciet curiæ, & cohorti; si vero vnum tantum habeat tradat ordini suæ patriæ priuilegio contra hoc indulto nullatenus valituro, & hoc dicit secundũ
1 An. & Bar. In tex. ibi hæreditario iure vel alijs qui vnum ex filiis tantum hæredem instituunt, & hoc faciunt ne hæreditas in plures diuisa desoletur. Guil. de Cung. Item not. ex hac l. quód antiquior causa præferenda est: nam antiquior est causa patriæ propria liberorum. ff. de capti. l.
2 postliminium. §. filius. de ventre inspi. l. 1. §. & generaliter. Et hæc faciunt ad dubium pone quidam miles habens duos equos reliquit vnum hospitali Beati Ioannis, & alium conuentui prædicatorum: vbi sepeliri volebat: quæritur quis istorum debeat habere meliorem equum, & per hanc l. videtur ꝙ hospitale Beati Ioannis tanquam antiquius, vt not. l. supra alleg. Item
a attenditur ordo scripturæ. [a] ff. de vsufruc. l. quotiens, & hoc etiam licet habeat alios ad maiorẽ affectionem ratione sepulturæ. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. si a te. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a Ordo scripturæ Adde Floria. gloss. & Docto. in l. quotiens ff. de vsufruct. Barto. & Bal. in 1. constitu. C. §. quibus. Bal. in l. 1. supra de impu. & alijs substi. & in l. 1. supra de fur. plene. in l. cum pater. §. pen. ff. de lega. 2 & in l. nec enim. ff. de fof. Cardin. in clem. 1. in 14. q. extra de iure patr. & Gemi. in c. mandato. in fin. & ibi notaui in apostil. ad eum. in versi. ordinem extra de præben. lib. 6.

LEX VI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an possit in criminali proferri contra absentem*

2 *Citatio qualis præcedere debeat antequam possit contra absentem ferri sententia.*

Si apparitor. Criminosus fugiens citandus est, ꝙ nisi compareat infra talem diem cõtra eum proferetur
1 sententia. No. hic ꝙ licet sententia contra absentem non proferatur in criminali, vbi est pœna a relegatione supra, tamen contra officialem proferri potest, vt hic, & supra de pœnis l. ne diu.
2 No. etiam ex hac glo: hic posita modum citandi, cum debet ferri sententia contra absen-
a tem [a] quia debet fieri comminatio, quód nisi veniat citatus infra terminum feretur sentẽtia cõdem.

ADDITIO.

a Cum debet ferri sententia contra absentem. Adde Bartol. in l. fin. ff. de publi. iudi. Bald. in l. vt perfectius. de annali exceptio. Alexand. in l. 1. de requi. reis. Innocen. in capitu. si aduersarius. de eo qui mitti in possess. & Lanfranc de Oria. in capi. quoniam contra §. citationes. nume. 4. versicu. quinto quæro ad fi. extra de probat.

demnatoria contra eum, non ergo sufficit eum citari simpliciter ad audiendum sententiam, sed quòd veniat alias feretur sententia contra eum, quod not. & idē credo in ciuili vbi lite non contest. non potest ferri sententia, vt si pars est absens debet fieri comminatio modo prædicto. alias non noceat. Bartolus.

LEX VII.

Ordinariorum. Apparitores quorumcumque iudicum non possent scribi in numero aliquorum militum aut contemplatione alicuius stipendij relaxari, priusquam primipili rationem reddiderint. nec etiā petere vt quieti donentur. Item soluti militia ob delictum non ob hoc quietem accipiunt, & bona talis delinquentis illi militiæ relinquentur. Bart. Vel dic clarius apparitores speculatorum id est præsidum, & aliorum ordinariorum iudicum non ante ab hac solicitudine absoluantur alterius contemplatione militiæ quam compleuerint digesta ratione pastum primipili idest reddiderint rationem officij primipili quod exercuerunt. Primo enim sicut homo comedit postea digerit: sic iste primo gerit officium postea rationem reddit. Idem per omnia dicit in illis apparitoribus, qui petunt se absolui ob valitudinem vel senectutem. Illi autem qui pro suis sceleribus ab huiusmodi officio deijciuntur, & peculio integro non lætantur, quia salarium perdunt, & etiam bona sua tenebuntur militiæ in qua militant. & si extrema id est minima militia erant obnoxij obseruare. Nota q̄ speculatores dicuntur præsides prouinciarum, quia semper debent esse in speculo, vt videant, & inquirant delinquentes, vt supra de priua. car. l. 1. & ff. de officio præsidis. l. congruit. cum similibus. Secundo nota, quòd principium huius l. vsque ibi quòd si ante &c. videtur loqui de honesta missione. Sed vsque ibi eos &c. loquitur de causaria. tertio de ignominiosa secundum An. Iaco. Rebuffi.

LEX VIII.

Speciebus. Cum species adhærentur. i. ad ærarium deducūtur primipilaribus assignandæ fiet illa æstimatio, quæ fieri consueuit in publicis venalibus speciebus, ad quod facit supra de eroga. milita. anno. l. septem quæ istam legem aperit. An. & Iaco. Rebuffi doctor.

LEX IX.

Per illiricum. In illirico centum apparitores, singulis iudicibus obsecondant, & non vltra: ad quæ obsequia non deputātur iniqui: sed illi tantum qui solicitudines debitas obsequuntur. Bart. Iacob. Rebuffi.

LEX X.

Quicumque. Non aliter permittatur aliquis ad aliquod cohortale officium accedere, nisi suo nomine scripto in matricula. cōtrafacientes puniuntur. hoc dicit An. Bar. autem sic ad officium emendum cartas vel tabulas vbi acta publica describuntur nullus deputatur, nisi prius nomen suum
a in matricula [a] scribi fecerit secundum Bartol. Iaco. Rebuffi.

ADDITIO.

a In matricula scribi fecerit. Adde Bal. in l. scriniarios supra de testam. mil. Bar. & Imo. in l. sed si cum de peti. hæredi. & idem dic in matriculando de proximo. arg. l. pe. ff. de testa. mili. oot. Ang. in l. ex eo. ff. de testam. mili. & Alexan. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. om. iud.

LEX XI.

Si quis. Exemptus de grege cohortalium propter crimen, si voluerit ad idem sacramentum repedare, allegare debet, & ostendere principis oraculum de certa scientia concessum. Not. hic de verbo, repedare, quod idem est quòd à capite incipere. Bart. & Iacob. Rebuffi.

LEX XII.

SUMMARIUM.

1 *Nemo debet egredi terminos suos, & manum mittere in messem alienam.*
2 *Filij debent sequi conditionem, & vestigia patris.*
3 *Vassallus præscribit libertatem, spatio triginta annorum, & minori tempore.*

Si cohortalibus. Apparitor cohortalis, vel cohorti obnoxius, & eorum filij nulla temporis præscriptione obstante ad aliam militiam conuolantes retrahi possunt ad primam conditionem: quod etiam in omnibus deputatis alicui negotiationi vel ergasterio obseruandum est, vt non possint ad aliqua prouincialium officia conuo-
1 lare. hoc dicit Bar. Not. ex. l. præsenti q̄ nemo debet egredi terminos suos, & alterius aspirare quam sua cōditio patiatur iuxta illud poeticum, bene qui latuit bene vixit, & inter formam de-
2 bet quisque manere suam. Item not. quòd filij
